Quis autem litem dijudicet, aut ſermonem cognoſcat,
Qui non prius utriusque partis clare perceperit verba?

Seneca Medea, v. 199.

Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera,
Æquum licet ſtatuerit, haud aequus fuit.

Unde Magiſtratus apud *Apulejum* l. X. *partim decuriones deprecari, partim populareis compeſcere, ut rite & more majorum judicio reddito, & utrimque ſecus allegationibus examinatis, civiliter ſententia promeretur: nec ad inſtar barbaricæ feritatis, vel tyrannicæ impotentiæ, damnaretur aliquis inauditus; & in pace placida tam dirum ſaeculo proderetur exemplum.* P. Syrus:

In judicando ſemper criminoſa eſt celeritas.

J. T.

53. Πρὶν δέ γε ἀντεξετάσαι] *Menander:*

Ὁ προκαταγινώσκων δὲ πρὶν ἀκοῦσαι σαφῶς,

ἀπολογίαν τῇ κατηγορίᾳ, παντελῶς ἀσεβῆ καὶ ἀνόσιον ἡγήσαντο ἔσεσθαι τὴν κρίσιν. καὶ γὰρ ἂν καὶ αὐτοὺς ἀγανακτῆσαι τοὺς θεοὺς εἴποιμεν, εἰ τῷ [a] μὲν κατηγόρῳ μετ' ἀδείας ἃ θέλει λέγειν ἐπιτρέποιμεν, ἀποφράξαντες δὲ τῷ κατηγορουμένῳ τὰ ὦτα, ἢ τῷ στόματι σιωπῶντες, καταψηφιζοίμεθα τῷ προτέρῳ λόγῳ κεχειρωμένοι. ὥστε οὐ κατὰ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ νόμιμον, καὶ τὸν ὅρκον τὸν δικαστικὸν, φαίη τις ἂν γίγνεσθαι τὰς διαβολάς. εἰ δέ τῳ μὴ ἀξιόπιστοι δοκοῦσιν οἱ νομοθέται, παραινοῦντες οὕτω δικαίας καὶ ἀμερεῖς ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις, ποιητήν μοι δοκῶ τὸν ἄριστον [b] ἐπα-

mini defenſio, impium plane & profanum fore judicium arbitrati ſunt. Etenim ipſos quoque indignari Deos dixerimus, ſi accuſatori ſine metu dicere permittamus, quae velit; obturatis vero defendenti auribus, vel ipſo oris ſilentio calculum contra alterum, priore oratione ſubacti feramus. Igitur non ex juſto, neque ex lege, neque ex judicialis jurisjurandi religione, delationes fieri aliquis dixerit. Si cui vero non ſatis digni fide videantur legiſlatores, cum jubent ſic juſta & in neutram partem propenſa judicia facere; Poëta optimus inducendus

a Μὲν] Non habet B. *b* Ἐπαγαγεῖν] Ἐπάγειν B.

65. Δικαίας καὶ ἀμερεῖς] Ἀντὶ τοῦ μηδὲν μέρος κατειληφυίας. *V.* Ἤτοι μὴ ἑτερορρεπεῖς. *G.*

Αὐτὸς πονηρός ἐστι πιστεύσας κακῶς.
Qui prius damnat, quam cauſam recte cognoverit,
Is homo improbus eſt, ut qui temere crediderit.

J.T.

57. Εἰ τῷ μὲν κατηγόρῳ] Egregium eſt Juliani Imperatoris reſponſum apud *Ammianum Marcellin.* lib. XVIII. *Numerium*, inquit auctor, *Narbonenſis paulo ante rectorem, accuſatum ut furem, inuſitato cenſorio rigore pro tribunali palam admiſſis volentibus audiebat: qui cum inficiatione defenderet objecta, nec poſſet in quoquam confutari, Delphidius orator acerrimus, vehementer impugnans, documentorum inopia percitus, exclamavit: Ecquis, florentiſſime Cæſar, nocens eſſe poterit usque, ſi negare ſuffecerit? Circa quem Julianus: Ecquis, ait, innocens eſſe poterit, ſi accuſaſſe ſufficiet?* *J.T.*

58. Ἀποφράξαντες δὲ τὰ ὦτα] Contra Alexander M. apud *Plutarchum* in ejus vita: λέγεται δὲ καὶ τὰς δίκας διακρίνων ἐν ἀρχῇ τὰς θανατικὰς, τὴν χεῖρα τῶν ὤτων τῷ ἑτέρῳ προστιθέναι, τοῦ κατηγόρου λέγοντος, ὅπως τῷ κινδυνεύοντι καθαρὸν φυλάττηται καὶ ἀδιάβλητον. *Jam initio, quum judicia capitalia diſceptaret, fama tenet, manum eum alteri auri, dum diceret accuſator, admovere ſolitum, reo ut alteram integram & intactam ſervaret a calumniis.* A qua tamen conſuetudine poſtea deſcivit. *J.T.*

63. Εἰ δέ τῳ μὴ ἀξιόπιστοι] Hic non tam *fide dignos*, ut interpres voluit, quam *auctoritate pollentes*, quibus obtemperandum ſit, τὸ ἀξιόπιστοι ſignificat. Latini *idoneos auctores* dicerent. *J.T.*

66. Ποιητήν μοι δοκῶ τὸν ἄριστον] Paulo ante eadem ferme hæc verba ex *Ariſtophane* citavimus, qui ea ab *Homero* accepit. *J.T.*

69. Φησὶ δὲ, Μήτε δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς] Excidit particula ἂν. Sic enim integrum memini me (locus nunc non ſuccurrit) hunc verſum legere,

Μήτε δίκην δικάσῃς πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.

Corruptius hoc habet editio Florentina, πρὶν ἄμφω μῦθον ἀκούσεις. Porro praecipuum, quod obſervare ſoleant Calumniatores, illud eſſe Noſter ait, quod ubi in quempiam amici ſui odium velint concitare, ea fingant, quae probe norint abhorrere a mente & inclinatione audientis. Puta, ſi quis ſit pietati ſummopere addictus, ut tum eum, quem calumniari velint, dicant Atheum, & pietati infeſtum: quo ita exacerbent audientis animum, ut nullam amici ſui defenſionem auribus velit admittere; inopinato crimine tamquam vero praeoccupatus. Haec ultima Graece ita effert c. 15. (praecedit autem ὥστε) ἀλλὰ κἂν θέλῃ τις ἀπολογεῖσθαι, μὴ προσίεσθαι, τῷ παραδόξῳ τῆς ἀκροάσεως (dictae calumniae) ὡς ἀληθεῖ προκατειλημμένον. Cur hic haeſitet *Tollius* pag. 417. edit. *Amſt.* nihil cauſſae. Τὸ, ἀληθεῖ eodem, quo praecedens παραδόξῳ, modo ſe habet; ſatisque ſenſus patet; cumque recte interpretatus eſt Interpres. *J.J.*

Ibid. Μήτε δίκην δικ.] Haec verba apud *Platonem* eadem prorſus leguntur in Demodoco ſuſpecto. 737. C. apud *Plutarchum* etiam 1901, 2. Extant etiam, ſed paulo aliter, apud *Ariſtophanem* in Veſp. 484. AB. ἦ του σοφὸς ἦν, ὅστις ἔφασκε, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς οὐκ ἂν δικάσαις; ſunt etiam qui *Heſiodo* tribuant. V. *Muret.* Var. lect. VII. 18. *Eur.* paulo aliter idem effert. Ἡρ. p. 590. C. Vid. & *Demoſth.* de Cor. ipſo initio ex quo patet jurejurando adſtrictos judices τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, ex quo autem Poëta habeat, incertum eſſet, niſi Scholiaſtes Phocylideum eſſe doceret: nam quod in Phocylide hodierno non reperitur; cum genuinus non ſit, movere nos non debet. Pro ea ſententia Chriſtianam hanc perſonatus hic Phocylides ſup-

dus orationi videtur, qui praeclare de his pronuntiavit, vel legem tulit potius. Ait autem, *Judicium cave ferre, prius quam dixit uterque.* Noverat enim, puto, ille etiam, cum multa ſint injuſta in vita facinora, nullum inveniri poſſe deterius nec injuſtius, quam ſi ſine judicio, & indicta cauſſa quidam damnentur, quod omni ſtudio delator conatur efficere, indemnatum objiciens eum, quem petit calumnia, irae audientis, & clandeſtina accuſatione cauſſae dicendae facultatem illi intercipiens.

9. Etenim fiduciae in dicendo expers &

γαγεῖν τῷ λόγῳ, εὖ μάλα περὶ τούτων ἀποφηνάμενον, μᾶλλον δὲ νομοθετήσαντα. Φησὶ δὲ, Μήτε δίκην δικάσῃς, πρὶν [c] ἀμφοῖν μῦθον [d] ἀκούσῃς. ἠπίστατο γὰρ, οἶμαι, καὶ οὗτος, ὡς πολλῶν ὄντων ἐν τῷ βίῳ ἀδικημάτων, οὐδὲν ἄν τις εὕροι χεῖρον οὐδὲ ἀδικώτερον, ἢ [e] ἀκρίτους τινὰς, καὶ ἀμοίρους λόγων καταδεδικάσθαι· ὅπερ ἐξ ἅπαντος ὁ διαβάλλων ἐπιχειρεῖ ποιεῖν, ἄκριτον ὑπάγων τὸν διαβαλλόμενον τῇ τοῦ ἀκούοντος ὀργῇ, καὶ τὴν ἀπολογίαν τῷ λαθραίῳ τῆς κατηγορίας παραιρούμενος.

Καὶ γὰρ ἀπαρρησίαστος καὶ δειλὸς ἅπας ὁ τοιοῦ-

c Ἀμφοῖν] Ἄμφω B. Cod. *Schol.* & *Fl.* *d* Ἀκούσῃς] Ἀκούσεις *Fl.* *e* Ἀκρίτους] Ἀμυνήτους B.

69. Φησὶ δὲ] Φωκυλίδης. *V.* Τὸν Φωκυλίδην ποιητήν μοι δοκεῖ. C.

Ibid. Ἄμφω μῦθον ἀκούσῃς] Ἀττικὸς σολοικισμός. *V.* Πλούταρχος ἐν τῷ περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων (p. m. 1901.) πρὸς τὸν εἰπόντα. μηδενὶ (*Plut.* μηδὲ) δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς, ἀντέλεγεν ὁ Ζήνων (*Plut.* τοιούτῳ inſerit) τινὶ λόγῳ χρώμενος. εἴτε ἀπέδειξεν ὁ πρότερος εἰπὼν, οὐκ ἀκουστέον τοῦ δευτέρου λέγοντος· πέρας γὰρ ἔχει τὸ ζητούμενον. εἴτ' οὐκ ἀπέδειξεν, ὅμοιον γὰρ ὡς [εἰ] μηδὲ ὑπήκουσε κληθεὶς, ἢ ὑπακούσας ἐτερέτισεν. ἤτοι (δὲ *Plut.*) ἀπέδειξεν ἢ οὔ. (*Plut.* οὐκ ἀπέδειξεν.) οὐκ ἀκουστέον ἄρα τοῦ δευτέρου λέγοντος. Τοῦτον δὲ τὸν λόγον ἐρωτήσας αὐτὸς ἀντέγραφε (Pl. ἀντέγραψε) μὲν πρὸς τὴν Πλάτωνος πολιτείαν. ἔλυε δὲ σοφίσματα, καὶ τὴν διαλεκτικὴν, ὡς τοῦτο ποιεῖν δυναμένην, ἐκέλευε παραλαμβάνειν τοὺς μαθητάς. καίτοι ἀπέδειξε (Pl. ἢ ἀπέδειξε Πλάτων) ἢ οὐκ ἀπέδειξε τὰ ἐν τῇ πολιτείᾳ. κατ' οὐδέτερον ἦν ἀναγκαῖον ἀντιγράφειν, ἀλλὰ πάντως περιττὸν καὶ μάταιον. G.

76. Ὑπάγων] Ὑποφέρων. G.

Ibid. Τῇ τοῦ ἀκούοντος ὀργῇ] Αὐτό που τὸ ὂν φάσκεις, Λουκιανέ. *V.*

ſuppoſuit; vſ. 8. ἀδίκως μὴ κρῖνε πρόσωπον [Ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσει.] *M. du S.*

Ibid. Πρὶν ἀμφοῖν] Nondum cum Cl. *Jenſio* ἂν inſero; nam vel ſine eo verſus conſtat, quum πρὶν etiam ſit ſyllaba longa ap. *Homer.* Il. B. 348. Πρὶν Ἄργος δ' ἰέναι — Et Z. 81. Πάντη ἐποιχομένοι, πρὶν αὖτ' ἐν χερσὶ γυναικῶν· Etſi brevis quoque B. 413. Μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι — Et ap. *Theogn.* vſ. 957. ubi & ἂν additur: Μή ποτ' ἐπαινέσῃς, πρὶν ἂν εἰδῇς ἄνδρα σαφηνῶς. Tamen quia *Plutarchus* loco ſcholiis hic inſerto, qui in Ed. *Fr.* eſt p. 1034. E. non addit ἂν, etiam ego non ingero. *Solanus* noſter in *Juntina* ἂν quoque inſeruerat, adleveratque ex ſcholiaſta, *Phocylidis* eſſe; ſed cum non inveniatur in ejus editis carminibus; quis dixerit quid is reliquerit? At quia in *Ariſtoph.* tamen additur, liberum eſto legentis arbitrium in re nullius momenti. Sed ἄμφω forſan non contemnendum. *J.F.R.*

72. Χεῖρον οὐδὲ ἀδικώτερον] Cleanthus apud *Stobaeum* Serm. XL.

Κακουργότερον οὐδὲν διαβολῆς ἐστι πω,
Λάθρα γὰρ ἀπατήσασα τὸν πεπεισμένον,
Μῖσος ἀναπλάττει πρὸς τὸν οὐδὲν αἴτιον.
Nihil fere tam eſt malignum, quam calumnia.
Haec enim ubi clam aliquem a ſe perſuaſum decepit,
Odium excitat adverſum eum, qui nihil eſt commeritus.
J.T.

73. Ἢ ἀκρίτους τινὰς] *Seneca* de Ira lib. II. cap. 29. *De parvula ſumma judicaturo tibi res ſine teſte non probaretur; teſtis ſine jurejurando non valeret. Utrique parti dares advocationem, dares tempus, ne ſemel audires. Magis enim veritas elucet, quo ſaepius ad manum venit. Amicum condemnas de praeſentibus, antequam audias, antequam interroges? illi, antequam accuſatorem ſuum noſſe liceat, aut crimen, iraſceris?* Menander:

Ὁ προκαταγινώσκων δὲ, πρὶν ἀκοῦσαι σαφῶς,
Αὐτὸς πονηρός ἐστι πιστεύσας κακῶς.

J.T.

79. Ἀπαρρησίαστος] Idem *Seneca* ibidem: *Hic ipſe, qui ad te detulit, deſinet dicere, ſi probare debuerit. Non eſt*, inquit, *quod me protrahas: ego productus negabo: alioqui nihil umquam tibi dicam. Eodem tempore & inſtigat, & ipſe ſe certamini & pugna ſubtrahit. Qui dicere tibi niſi clam non vult, pæne non dicit.* Verumtamen ubi deprehenſi jubentur incoram accuſare, ab impudentia audaciam mutuantur. Uti Apelles fecit, cum a Philippo delatos falſo Aratos cogeretur praeſentes arguere. Hiſtoria eſt apud *Polyb.* lib. IV. *J.T.*

τοιοῦτος ἄνθρωπος, οὐδὲν ἐς [a] τὸ ἐμφανὲς ἄγων, ἀλλ᾽ ὥσπερ οἱ λοχῶντες, ἐξ ἀφανοῦς πόθεν τοξεύων, ὡς μηδὲ ἀντιτάξασθαι δυνατὸν εἶναι, μηδὲ ἀνταγωνίσασθαι, ἀλλ᾽ ἐν ἀπορίᾳ καὶ ἀγνοίᾳ τοῦ πολέμου διαφθείρεσθαι. ὃ μέγιστόν ἐστι σημεῖον, τοῦ μηδὲν ὑγιὲς τοὺς διαβάλλοντας λέγειν. ἐπεὶ εἴ τις γε τἀληθῆ κατηγοροῦντι ἑαυτῷ συνεπίσταται, οὗτος, οἶμαι, καὶ εἰς τὸ φανερὸν [b] διελέγχει, καὶ διευθύνει, καὶ ἀντεξετάζει τῷ λόγῳ· ὥσπερ οὐδεὶς ἂν ἐκ τοῦ προφανοῦς νικᾶν δυνάμενος, ἐνέδρᾳ ποτὲ καὶ ἀπάτῃ χρήσαιτο κατὰ τῶν πολεμίων.

Ἴδοι δ᾽ ἄν τις τοὺς τοιούτους μάλιστα ἔν τε βασιλέων αὐλαῖς, καὶ περὶ τὰς τῶν ἐξ-

meticuloſus unusquisque hujus farinae homo nihil aperte molitur, ſed, inſtar collocatorum in inſidiis, ex obſcuro alicunde jaculatur, ut neque contra conſiſtendi in acie facultas ſit, neque repugnandi; ſed inopia conſilii & belli ignorantia pereundum: quod quidem maximo eſt indicio, ſani nihil a delatoribus proferri. Si quis enim vera a ſe accuſari, ſibi conſcius ſit, ille, puto, etiam aperte convincit, & ad rationem dicendam vocat, & oratione contra contendit: quemadmodum nemo, qui aperto Marte ſe vincere poſſe ſperet, inſidiis unquam & fraude contra hoſtes temere utatur.

10. Videas vero tales maxime in Regum aulis, & principum atque potentium virorum

a Τὸ ἐμφανὲς] Τοὐμφανὲς B. magis Attice. b Διελέγχει] Ἐλέγχει B.

81. Ἐξ ἀφανοῦς] *Alcaeus*: τῷ δ᾽ ἀφανεῖ πᾶς ἕπεται δόλος. *Obſcura quivis comitatur dolus.* *J.T.*

82. Τοξεύων] Ut Niſus apud *Virgilium* lib. VII. Æn. Unde

Saevit atrox Volſcens, nec teli conſpicit usquam
Auctorem, nec quo ſe ardens immittere poſſit. *J.T.*

Ibid. Ὡς μηδὲ ἀντιτάξασθαι] Verte: *ut nec ex adverſo conſiſtere, nec repugnare detur.* *J.T.*

85. Ὁ μέγιστόν ἐστι σημεῖον] Ita & Caſſander Alexandro nimium facili ad credendas de patre ejus Antipatro calumnias reſpondit, τοῦτο αὐτὸ σημεῖον εἶναι τοῦ συκοφαντεῖν, ὅτι μακρὰν ἥκουσι τῶν ἐλέγχων, *eſſe id ipſum calumniae indicium, quod procul probationibus veniſſent:* ut eſt apud Plutarchum in ejus vita. *J.T.*

88. Εἰς τὸ φανερὸν διελέγχει] *Cicero* pro Cælio, cap. 3. *Accuſatio crimen deſiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teſte confirmet.* *J.T.*

89. Διευθύνει καὶ ἀντεξετάζει] Potius, *perſequitur, ſeque adverſarium profeſſus rem judicio committit*: vel, *judicio cum eo experitur.* *J.T.*

90. Ὥσπερ οὐδεὶς ἂν] Nobile eſt Alexandri M. ad Parmenionem & Polyſperchontem reſponſum apud *Curtium*, lib. IV. cap. 13. nam cum Parmenio furto, non prælio opus eſſe cenſeret, aſſentiente præ ceteris Polyſperchonte, *Latrunculorum*, inquit, *& furum iſta ſolertia eſt*, &c. *J.T.*

Ὥσπερ οὐδεὶς ἂν] Melius, ni fallor, vertiſſet interpres: *uti neminem tam ignavi abjectique animi reperias, qui, quum hoſtem aperto marte vincere poſſit, dolo eum ac inſidiis circumvenire malit.* *J.T.*

91. Ἐνέδρᾳ ποτὲ] *Q. Calaber.* l. III. v. 76.

Κρύβδα δ᾽ ἀνάλκιδες αἰὲν ἀγαυοτέρους λοχόωσι.
Clanculum autem imbelles ſemper praeſtantioribus inſidiantur. *J.T.*

93. Ἔν τε βασιλέων αὐλαῖς] *Sarisberienſis* in Policratico lib. VII. cap. 24. *Ceterum detractores & invidos ſic in curia videbis abundare, ac ſi in eam, quaſi totius orbis ſentinam, confluxerint.* De adulatoribus autem *Plutarch.* in libello, de diſcrimine amici & adulatoris ita loquitur: ἔτι δὲ ὥσπερ ὁ Σιμωνίδης τὴν ἱπποτροφίαν φησὶν οὐ λεκύθῳ ὀπαδεῖν, ἀλλ᾽ ἀρούραισι πυροφόροις, οὕτω τὴν κολακείαν ὁρῶμεν οὐ πένησιν, οὐδὲ ἀδόξοις, οὐδὲ ἀδυνάτοις ἀκολουθοῦσαν, ἀλλ᾽ οἴκων τε καὶ πραγμάτων μεγάλων ὀλίσθημα καὶ νόσημα γινομένην, πολλάκις δὲ καὶ βασιλείας καὶ ἡγεμονίας ἀνατρέπουσαν. *Atque ut Simonides ait, equos alendi ſtudium non lecythos comitari, ſed agros frugiferos: ita videmus adulatores non pauperibus ſe adjungere, aut ingloriis & plebeiis, ſed magnarum familiarum rerumque amplarum ruinam hanc morbumque eſſe, qui ſaepe etiam regna imperiaque ſubvertat.* *Plato* in epiſt. ad Dionyſium: Ἑώρων γὰρ καὶ τότε, καὶ νῦν ὁρῶ, τὰς μεγάλας οὐσίας, καὶ ὑπερόγκους, τῶν τε ἰδιωτῶν, καὶ τῶν μονάρχων, σχεδὸν ὅσωπερ ἂν μείζους ὦσι, τοσούτῳ πλείους καὶ μείζους τοὺς διαβάλλοντας, καὶ πρὸς ἡδονὴν μετ᾽ αἰσχρᾶς βλάβης ὁμιλοῦντας τρεφούσας, οὗ κακοῦ οὐδὲν μεῖζον γεννᾷ πλοῦτός τε καὶ ἡ τῆς ἄλλης ἐξουσίας δύναμις. *Videbam id temporis, & adhuc video, magnas & immenſas opes tum privatorum hominum, tum monarcharum, quo fuerint abundantiores, eo plures majoresque calumniatores alere, quique cum turpi damno ad gratiam loquuntur: quo nihil deterius divitiae, altaeque potentiae generant.* *Q. Curtius* adulationem *perpetuum malum regum* vocat, *quorum opes ſaepius aſſentatio, quam hoſtis everterit:* lib. VIII. cap. 5. Unde *Galenus* de Dignotione & Curat. proprior. affectuum, virum veridicum explorare docens: Καὶ πρῶτον, inquit, ἐὰν ἴδῃς αὐτὸν ἐπὶ τὰς

τῶν

rum amicitiis florere, ubi invidia multa, ſuſpiciones ſexcentae, adulationumque & delationum argumenta quam plurima. Ubi enim ſpes ſemper majores, ibi etiam graviores invidiae, & odia perículoſiora, & maleficentiores obtrectationes. Quare intentis ſe invicem ſpeculantur oculis, & tanquam gladiatores obſervant, ſi quam nudam corporis partem conſpiciant, dumque unusquisque primus eſſe cupit, detrudit & cubito dimovet alterum, eumque qui ante ſe eſt, ſi poſſit, detrahit & ſupplantat. Hic vir bonus ſtatim videlicet everſus trahitur,

χόντων καὶ δυναστευόντων φιλίας εὐδοκιμοῦντας, ἔνθα πολὺς μὲν ὁ φθόνος, μυρίαι δὲ ὑπόνοιαι, πάμπολλαι δὲ κολακειῶν καὶ διαβολῶν ὑποθέσεις. ὅπου γὰρ ἀεὶ μείζους [c] ἐλπίδες, ἐνταῦθα καὶ οἱ φθόνοι χαλεπώτεροι, καὶ τὰ μίση ἐπισφαλέστερα, καὶ ζηλοτυπίαι κακοτεχνέστεραι. πάντες οὖν ἀλλήλους ὀξὺ δεδόρκασι, καὶ ὥσπερ οἱ μονομαχοῦντες ἐπιτηροῦσιν, εἴ πού τι γυμνωθὲν μέρος θεάσαιντο τοῦ σώματος. καὶ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος εἶναι βουλόμενος, παρωθεῖται, καὶ παραγκωνίζεται τὸν [d] πλησίον, καὶ τὸν πρὸ [e] αὐτοῦ εἰ δύναιτο, ὑποσπᾷ, καὶ ὑποσκελίζει. ἔνθα ὁ μὲν χρηστὸς ἀτεχνῶς εὐ-

c Ἐλπίδες] Deeſt in B. d Πλησίον] Πόλεμον marg. A1. e Αὐτοῦ] Ἑαυτοῦ B.

9. Ἔνθα ὁ μὲν χρηστὸς] Οἷον τοῦτο εἶπας ἀληθέστατον. V.

τὰς πλουσίων τε καὶ πολὺ δυναμένων, ἢ καὶ τὰς τῶν μοναρχῶν οἰκίας ἀπιόντα συνεχῶς, γίγνωσκε μάτην ἀκηκοέναι τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ἀληθεύειν ἅπαντα· ταῖς γὰρ τοιαύταις κολακείαις ἕπεται καὶ τὸ ψεύδεσθαι. *Ac primum quidem, ſi eum videris divitum domos aut potentium, ſive etiam regum, frequentantem, certo tibi perſuadeas velim, fruſtra rumorem illum ad aures tuas accidiſſe, qui de ejus integritate in dicendo verum ferebatur. Hujusmodi enim adulationibus mentiri cognatum eſt.* *J. T.*

1. *Ζηλοτυπίαι κακοτεχνέστεραι*] Sed nulla verſutior aut fraudulentior ſupplantandi calumniandique ratio, quam laudando. Nam & hanc invidia reperit aulicorum. Καινὸς γὰρ δή τις, inquit *Polyb.* IV. οὗτος εὕρηται τρόπος διαβολῆς, τὸ μὴ ψέγοντας, ἀλλ' ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι τοὺς πέλας· εὕρεται δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον τοιαύτη κακεντρέχεια, καὶ βασκανία, καὶ δόλος ἐκ τῶν περὶ τὰς αὐλὰς διατριβόντων, καὶ τῆς τούτων πρὸς ἀλλήλους ζηλοτυπίας καὶ πλεονεξίας. *Novus enimvero calumniandi modus hic eſt inventus, cum non obtrectando, ſed laudando alicui nocetur. Quae malignitas, invidia, & fraus ab illis primo fuit excogitata, qui in aulis principum vitam degunt: ea eſt illorum hominum aemulatio inter ipſos, ea avaritia.* Quare jure *Tacitus* in Agricolae vita *peſſimum genus* vocat *inimicorum, laudantes.* *J. T.*

4. Ἐπιτηροῦσιν εἴ που] *Homerus* de Achille cum Hectore pugnante, Il. X. v. 319.

Ὡς αἰχμῆς ἀπέλαμπ' εὐήκεος, ἣν ἄρ' Ἀχιλλεὺς
Πάλλεν δεξιτερῇ, φρονέων κακὸν Ἕκτορι δίῳ,
Εἰσορόων χρόα καλόν, ὅπῃ εἴξειε μάλιστα, &c.
Sic ex cuſpide fulgor ſplendebat bene acuta, quam Achilles
Vibrabat dextera, cogitans malum Hectori divino.
Inſpiciens corpus pulchrum, ubi cederet maxime.

Similiter fere *Virgil.* de Darete l. V. Æneidos:

Ille, velut celſam oppugnat qui molibus urbem,
Aut montana ſedet circum caſtella ſub armis,
Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat
Arte locum, & variis aſſultibus irritus urget.
J. T.

5. Καὶ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος εἶναι βουλόμενος] *Seneca* lib. III. de Ira, cap. 31. *Nulli ad aliena reſpicienti ſua placent. Inde diis quoque iraſcimur, quod aliquis nos antecedat, obliti quantum hominum retro ſit; &, paucis invidentes quantum a tergo ſequatur ingentis invidentia.* *J. T.*

7. Παραγκωνίζεται] *Alciphr.* I. p. 26. παραγκωνίσασθαι τοὺς ἀντεραστὰς βουλόμενος, ubi *Bergl.* idem verbum ex *Heliod.* & hoc Luciani loco adfert. *J. F. R.*

9. Ἔνθα ὁ μὲν χρηστὸς] *Plutarch.* de diſcrim. amici & adulatoris: οὗτος δὲ τοὺς ἀληθινοὺς ἀποσοβεῖ φίλους, καὶ οὐκ ἐᾷ πλησιάζειν· ἂν δὲ μὴ δύνηται, φανερῶς μὲν ὑποσαίνει, καὶ περιέπει, καὶ τέθηπεν, ὡς ἀμείνονας, λάθρα δ' ὑφίστι τινὰς καὶ ὑποσπείρει διαβολάς· κρυφίου δὲ λόγου κνίσαντος ἕλκος, κἂν μὴ παντελῶς εὐθὺς ἐξεργάσηται, τὸ τοῦ Μηδίου φυλάττει μεμνημένος. ἦν δὲ ὁ Μήδιος τοῦ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον χοροῦ τῶν κολάκων οἷον ἔξαρχος, καὶ σοφιστὴς κορυφαῖος ἐπὶ τοὺς ἀρίστους συντεταγμένος. ἐκέλευεν οὖν θαρροῦντας ἅπτεσθαι καὶ δάκνειν ταῖς διαβολαῖς, διδάσκων, ὅτι κἂν θεραπεύσῃ τὸ ἕλκος ὁ δεδηγμένος, ἡ οὐλὴ μένει τῆς διαβολῆς· ταύταις μέντοι ταῖς οὐλαῖς, μᾶλλον δὲ γαγγραίναις καὶ καρκινώμασι διαβρωθεὶς Ἀλέξανδρος ἀπώλεσε καὶ Καλλισθένη, καὶ Παρμενίωνα, καὶ Φιλώταν, &c. *Adulator autem veros amicos arcet, neque appropinquare ſinit: aut, ſi hoc non poteſt, palam quidem eos demulcet, colitque, & admiratur, ut meliores: clanculum autem ſubmittit aliquas & ſpargit calumnias. Ubi autem occultus ſermo ulceris pruri-*

εὐθὺς ἀνατέτραπται, καὶ παρασέσυρται, καὶ τὸ τελευταῖον ἀτίμως ἐξέωσται. ὁ δὲ κολακευτικώτερος, καὶ πρὸς τὰς τοιαύτας κακοηθείας πιθανώτερος, εὐδοκιμεῖ. καὶ ὅλως [a] ὁ φθάσας κρατεῖ. τὰ γὰρ τοῦ Ὁμήρου πάνυ ἐπαληθεύουσιν, ὅτι

Ξυνὸς ἐνυάλιος, καὶ [b] τὸν κτανέοντα κατέκτα.

τοιγαροῦν ὡς οὐ περὶ μικρῶν τοῦ ἀγῶνος ὄντος, ποικίλας κατ' ἀλλήλων ὁδοὺς ἐπινοοῦσιν, ὧν ταχίστη καὶ ἐπισφαλεστάτη ἐστὶν ἡ τῆς διαβολῆς· τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ φθόνου [c] ἡμισευέλπιδος λαμβάνουσα· οἰκτρότερα δὲ, καὶ τραγικὰ ἐπάγουσα τὰ τέλη, καὶ πολλῶν συμφορῶν ἀνάπλεα.

Οὐ μέντοι μικρὸν, οὐδὲ ἁπλοῦν ἐστι τοῦτο, ὡς ἄν τις ὑπολάβοι, ἀλλὰ πολλῆς μὲν

expellíturque tandem cum ignominia: floret contra ea, qui plus adulando valet, & ad malas id genus artes eſt probabilior. In univerſum vincit, qui alterum occupat, veraque deprehenduntur Homerica illa:

Nam communis amat caedentem caedere Mavors.

Igitur cum de rebus non parvis certamen ſit, varia comminiſcuntur contra ſe invicem compendia, quorum celerrimum & periculoſiſſimum eſt delatio, quae initium ſumit ab invidia bonae aliquid ſpei reliquum habente, ſed miſeriores longe tragicoſque exitus, & multis refertos calamitatibus inferens.

11. Verum enim vero non parvum, neque ſimplex quiddam hoc eſt, ut ſuſpicetur

a Ὁ] Artic. addunt *J.* & *V2.* Omittunt B. Cod. & Edd. *Fl. Fr. P. S.* &c. *b* Τὸν] Τε *Homer.* *c* Ἡμισευέλπιδος] Nil mut. Edd. neque Cod. B. ἢ μίσος ἢ ἐλπίδος forſ. legend. adpinxit aliquis margini.

tum excitavit, ſi non ſtatim rem perfecit, memoria tamen tenet atque obſervat Medii dictum. Fuit is Medius chori adulatorum, qui Alexandrum cingebat, veluti princeps, & calumniatorum ſummus, praeſtantiſſimis imminens. Jubebat autem ſuos audacter calumnias jacere, iisque mordere alios: docens, tametſi admorſus ulcus ſanarit, tamen calumniæ cicatricem manſuram. His quidem cicatricibus, ac vomicis, aut gangraenis potius & cancris corroſus Alexander Calliſthenem perdidit, & Parmenionem & Philotam, &c. Cujus quidem, Philotæ hiſtoriam ab æmulo Cratero per calumniam ſubverſi operæ pretium eſt legiſſe apud *Curtium* lib. VI. cap. 8. quæ mirum in modum hæc, & ſequentia illuſtrat. *J.T.*

13. Εὐδοκιμεῖ, καὶ ὅλως φθάσας κρατεῖ] Haec ita potius interpretarer: *primas tenet, & illum denique prævertens ſuperat: quandoquidem exemplo ſuo hujus Homerici dicti veritatem confirmant.*

Mars dubius ſaepe & victorem ſtravit ovantem.
J.T.

14. Ὁ φθάσας] *Ven.* utraque agnoſcunt hunc articulum; reliquae reſpuunt. *M. du S.*

Ibid. Τὸ γὰρ τοῦ Ὁμήρου] Sic fere in Ep. ad *Roman.* 2. 14. Ὅταν — τὰ τοῦ νόμου ποιῇ. quibus verbis *Elſner.* haec Luciani aliaque ſimilia addit. *J.F.R.*

16. Ξυνὸς ἐνυάλιος] Hectoris verba ſunt *Iliad.* Σ. v. 309. *Livius* lib. XXVIII. cap. 19. *ubi Mars communis & victum ſaepe erigeret, & affligeret victorem. Propert.* II. 27. *Cum Mavors dubias miſcet utrimque manus. Ovid.* 1. Amor. el. 9. *Mars dubius*, &c. *J.T.*

Ξυνὸς ἐνυάλιος] *Hom.* Il. Σ. 309. *M. du S.*

Ibid. Τὸν κταν.] Adſcripſerat *Solan.* τε in *Homero* eſſe pro τὸν, recte; ſed quod etiam adleverat *B.* i. e. Baſilienſes, ſic habere, erravit; nam utraque *Baſ.* aeque τὸν habet, ac reliquae. Forſan Codicem B. ſignificare voluit, quod credo, non tamen recipio, quia etiam τὸν in ipſo Homero legi poteſt. *J.F.R.*

19. Ποικίλας — ὁδοὺς ἐπινοοῦσιν] Unde invidiam πολυμήχανον καὶ παντόλμον θηρίον *Photius* vocat, epiſt. prima, commate ϛʹ. *J.T.*

22. Ἡμισευέλπιδος] Scriptum fuiſſe ἢ μίσος ἢ ἐλπίδος, minime dubito. Vulgatam tamen tuentur omnes libri & ipſe Codex Ox. *M. du S.*

26. Ἀλλὰ πολλῆς μὲν τέχνης] Vere, nam, ut ait *Plautus* Captiv. II. 1.

Doli non doli ſunt, niſi aſtu colas:
Sed malum maximum, ſi id palam provenit.
J.T.

30. Οὐδ' ἂν κατίσχυσε] *Cicero* pro Cluentio, cap. 65. *Hoc uno modo ſaepe multorum improbitate depreſſa veritas emergit, & innocentiæ defenſio interclusa reſpirat: quod aut ii, qui ad fraudem callidi ſunt, non tantum audent, quantum excogitant: aut illi, quorum eminet audacia, atque projecta eſt, a conſiliis malitiæ deſeruntur. Quod ſi aut confidens aſtutia, aut callida eſſet audacia, vix ullo reſiſti modo poſſet.* *J.T.*

35. Ὁ τιμώμενος] *Sarisberienſis* lib. VII. Policratici, cap. 24. *Ubique tamen, qui illuſtrioribus clareſcunt meritis, acrius invidia toxicato dente roduntur. Vellejus* *Paterc.* lib. II. c. 40. *Numquam eminentia invidia carent.*

tur aliquis, ſed arte multa, nec ingenio pauco, exquiſitaque cura indigens. Neque enim tantum noceret delatio, niſi probabili quadam ratione fieret: neque valeret aliquid, contra valentiorem omnibus veritatem, niſi allectamenti plurimum, & probabilitatis, & ſexcenta alia ad audientes machinaretur.

12. Defertur ergo ut plurimum ille, qui maximo in honore eſt, atque ob id ipſum eorum, quos poſt ſe reliquit, invidiae expoſitus. In hunc enim tela omnes dirigunt, tanquam obſtaculum quoddam atque impedimentum ipſum intuentes, dum putat unusquisque, primum ſe ſe futurum, expugnato illo principe, & de amicitia regis amoto. Quale quid in gymnico etiam certamine fit in curſoribus. Nam ibi quoque bonus curſor, ubi primum decidit repagu-

τέχνης, οὐκ ὀλίγης δὲ ἀγχινοίας, ἀκριβοῦς δέ τινος ἐπιμελείας δεόμενον. οὐ γὰρ ἂν τοσαῦτα ἔβλαπτεν ἡ διαβολὴ, εἰ μὴ πιθανόν τινα τρόπον ἐγίγνετο. οὐδ' ἂν [d] κατίσχυσε τὴν πάντων ἰσχυροτέραν ἀλήθειαν, εἰ μὴ πολὺ τὸ ἐπαγωγὸν, καὶ πιθανὸν, καὶ μυρία ἄλλα παρεσκεύαστο κατὰ τῶν ἀκουόντων.

Διαβάλλεται μὲν οὖν ὡς τὸ πολὺ μάλιστα ὁ τιμώμενος, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ὑπολειπομένοις αὐτοῦ ἐπίφθονος· ἅπαντες γὰρ τῷ δ' ἐπιτοξάζονται, καθάπερ τι κώλυμα καὶ ἐμπόδιον προορώμενοι. καὶ ἕκαστος οἴεται πρῶτος αὐτὸς ἔσεσθαι, τὸν κορυφαῖον ἐκεῖνον ἐκπολιορκήσας, καὶ τῆς φιλίας ἀποσκευασάμενος. οἷόν τι καὶ ἐπὶ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν [e] ὑπὸ τῶν δρομέων γίγνεται. κἀκεῖ γὰρ ὁ μὲν ἀγαθὸς δρομεὺς, τῆς ὕσπληγγος εὐθὺς κατα-

d Κατίσχυσε] Κατίσχυε *Coll.* & Schol. *e* Ὑπὸ] Ἐπὶ Edd. priores, & B.

30. Κατίσχυε] Καταδυνάστευε. *G.*
43. Τῆς ὕσπληγγος] Καὶ ὁ τόπος καὶ ὁ σ. ο. ο. ν. λ. φ. ἐνταῦθα μὲν τὴν ἀφετηρίαν σημαίνει. σημαίνει δὲ καὶ φραγέλλιον, καὶ βούκεντρον, καὶ μύωπα. *G.*

rent. Livius lib. XLV. cap. 35. de Paulo Macedonico, cui triumphus negabatur: *Intacta invidia media ſunt; ad ſumma fere tendit.* Apollodorus Comicus:

Πρὸς γὰρ τὸ λαμπρὸν ὁ φθόνος βιάζεται.
Nam rebus obſtat praeluſtribus invidia.

Cyprianus de Zelo & Livore: *Quanto ille, cui invidetur, ſucceſſu meliore profecerit, tanto invidus in majus incendium livoris ignibus inardeſcit.* Philo περὶ Ἰωσήφ· φθόνος δὲ ἀεὶ ταῖς μεγάλαις εὐπραγίαις ἀντίπαλος. *Invidia ſemper magnæ felicitatis adverſaria eſt. Lucret.* lib. III.

Conſimili ratione ab eodem ſaepe timore
Macerat invidia, ante oculos illum eſſe potentem,
Illum adſpectari, clarus qui incedit honore:
Ipſi ſe in tenebris volvi, cœnoque queruntur.

Infinita porro ſunt, quæ in hanc ſententiam cum apud Græcos, tum apud Latinos Scriptores belle dicta reperias. *J.T.*

Ibid. Τοῖς ὑπολειπομένοις] *Nam qui invidet, minor eſt*, ut ait *Plinius* lib. VI. epiſt. 17. Et, ſecundum *Plautum* in Captiv. Act. III. Sc. 4.

Eſt miſerorum, ut malevolentes ſint, atque invideant bonis. *J.T.*

Τοῖς ὑπολειπομένοις] Melius, dignatione inferioribus. *J.T.*

37. Τῷ δ' ἐπιτοξάζονται] Ita recte pleraeque editiones. uti eſt apud *Homerum* Il. Γ. O. tamen & *Fl.* τόνδε, prave. *M. du S.*

39. Τὸν κορυφαῖον ἐκεῖνον] Verto, *modo principem illum & in faſtigio dignationis collocatum, expugnaverit, ac de illo amicitiæ gradu deturbaverit.* *J.T.*

41. Καὶ ἐπὶ τοῖς γυμνικοῖς] *Pindarus* Iſthm. Carm. IV.

Ἔστιν δ' ἀφάνεια τύχας
Καὶ μαρναμένων,
Πρὶν τέλος ἄκρον ἱκέσθαι.
Τῶν τε γὰρ διδοῖ τέλος,
Καὶ κρέσσον ἀνδρῶν χειρόνων
Ἔσφαλε τέχνα καταμάρψαισα.

Id eſt,

Eſt tamen incertitudo fortunæ etiam pugnantium, priusquam ad finem ſummum veniant. Horum enim dat finem, & virorum deteriorum ars corripiens praeſtantiorem ſupplantat. *J.T.*

42. Ὑπὸ] In omnibus Impreſſis & Mſſ. ἐπὶ, quod ego mutare non ſum cunctatus. *M. du S.*

Ἐπὶ τῶν δρομέων] Non ſuſtinui vulgatum ἐπὶ repetere, quod ex praemiſſo ἐπὶ, & ſcribendi compendio natum locum hic habere nequit. Quare audaciae veniam dabit ipſa neceſſitas. *J. F. R.*

43. Τῆς ὕσπληγγος εὐθὺς καταπεσούσης] Ὕσπληγξ ſive βαλ-

καταπεσούσης, μόνον τοῦ πρόσω ἐφιέμενος, καὶ τὴν διάνοιαν ἀποτείνας πρὸς τὸ τέρμα, [a] κἂν τοῖς ποσὶ τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἔχων, τῷ πλησίον οὐδὲν κακουργεῖ, οὐδέ τι τῶν κατὰ τοὺς ἀγωνιστὰς πολυπραγμονεῖ. ὁ δὲ κακὸς ἐκεῖνος, καὶ ἄναθλος ἀνταγωνιστὴς, ἀπογνοὺς τὴν ἐκ τοῦ τάχους ἐλπίδα, ἐπὶ τὴν κακοτεχνίαν ἐτράπετο· καὶ τοῦτο μόνον ἐξ ἅπαντος σκοπεῖ, ὅπως τὸν τρέχοντα ἐπισχὼν, [b] ἢ ἐμποδίσας, ἐπιστομιεῖ, ὡς, εἰ τούτου διαμάρτοι, οὐκ ἄν ποτε νικῆσαι δυνάμενος. [c] ὁμοίως δὲ τούτοις, κἂν ταῖς φιλίαις τῶν [d] εὐδαιμόνων γίγνεται· ὁ γὰρ προέχων, αὐτίκα ἐπιβουλεύεται· καὶ ἀφύλακτος ἐν μέσῳ

lum, ſolum anteriora petens; & ad metam intendens animum, ſuiſque in pedibus ſpem victoriae reponens, nihil mali infert alii, neque quidquam adverſus certatores machinatur. At ille malus, abjecta ſpe celeritatis, ad malas artes converſus, illud ſolum omnino ſpectat, quomodo retentum impeditumve illum curſorem ſufflaminet, ut qui, ſi hoc non ſuccedat, vincere nunquam poſſit. Simile quid hiſce in amicitiis beatorum ſolet evenire. Qui enim primas tenet, inſidiantibus ſtatim expoſitus eſt, & ſi incautus deprehendatur inter medios inimicos,

a Κἀν] Recte *J. S.* Κἂν male P. Καὶ etiam male Cod. B. *b* Ἢ] Καὶ B. *c* Ὁμοίως] Ὅμοιος male *Fl.*
d Εὐδαιμ. γίγνεται] Εὐδαιμόνων τούτων γίγν. B.

βαλβὶς, item γραμμὴ Polluci, repagula, quæ Latini *Carceres* vocabant, quibus apertis, non *fractis*, ut interpres habet, emittebantur currus. Videtur hic extentus funis fuiſſe, quo velut repagulo curſores continebantur; eoque remiſſo procurrebant. *J.T.*

Τῆς ὕσπληγγος — καταπεσούσης] Conſtat jam ſatis, docente praeſertim *Salmaſio* Plin. exercit. p. 648. ὕσπληγγα eſſe *repagulum*, vectim transverſum, qui aequaret vel equos vel curſores, jam in linea ſtantes, ac paratos ad curſum. Haec ὕσπληγξ ſubito utrinque laxata decidebat in ſubjectam γραμμὴν, βαλβῖδα, lineam cavatam, ad cujus modulum ita attemperate facta erat, ut decidens illam cavitatem impleret, & reliquo ſolo aequaret. Unice huc facit *Statii* locus Theb. 6, 593.

Ut ruit, atque aequum ſubmiſit regula limen,
Corripuere leves ſpatium.

ad quem caeteros laudat *Barthius*. Diſertus etiam *Harpocrationis* locus in βαλβίς. Haec faciunt etiam ad ſimilem locum noſtri, ſupra *Timon.* c. 20. *J.M.G.*

44. Μόνον τοῦ πρόσω] Interpres vertit *primas affectare*, ac ſi τῶν πρωτείων legeretur. Τοῦ πρόσω ἐφιέμενος, eſt: *tota mente intentus in ſpatium, quod curſu conficiendum reſtat, quo id abſolvat.* Nemo hunc locum melius interpretabitur, quam *Virgil.* lib. V. Æneidos:

—— — Signoque repente
Corripiunt ſpatia audito, limenque relinquunt
Effuſi, nimbo ſimiles: ſimul ultima ſignant.

Quod ad verbum eſt, τὴν διάνοιαν ἀποτείνουσι πρὸς τὸ τέρμα. *J.T.*

47. Οὐδέ τι τῶν κατὰ τοὺς ἀγωνιστὰς] Οὐδέ τι κατὰ τῶν συναγωνιστῶν legendum videtur. F.G.

49. Καὶ ἄναθλος ἀνταγωνιστὴς] *Cicero* Philippica X. cap. 1. *Declaraſti enim verum eſſe id, quod ego ſemper ſenſi, Neminem alterius, qui ſua confideret, virtuti invidere.* *J.T.*

53. Ἐπιστομιεῖ] An in os cadere faciat? Supra *pro Imag.* c. 10. μὴ δὲ ὑπὲρ τὸν πόδα ἔσω τὸ ὑπόδημα, μὴ καὶ ἐπιστομίσῃ μέ φησιν ἐμπεριπατοῦσαν. F G. Alias eſſe *os obturo*, niſi notum, vid. notata ad l. d. & *Jov. Trag.* c. 35. ac *Liban.* Ep. 12. f. *J.F.R.*

56. Ὁ γὰρ προέχων] Peſſime interpres expoſuit, *qui prominet*. Repone, *qui ceteris antiſtat*: ut apud Catullum:

Veranni, omnibus e meis amicis
Antiſtans mihi millibus trecentis.

J.T.

57. Καὶ ἀφύλακτος] Cyprianus de ſimplicitate Prælatorum: *Facilior cautio eſt, ubi manifeſta formido eſt; & ad certamen animus ante praeſtruitur, quando ſe adverſarius confitetur.* Verum, ut bene Seneca, *Profeſſa perdunt odia vindictæ locum.* *J.T.*

Ibid. Ἐν μέσῳ ληφθεὶς] Non ſatisfacit mihi interpres. Malim, *circumventus rapitur*. Eleganter Auſonius in Cupidine Crucifixo locum hunc illuſtrat:

—— Hoſtemque unum loca non ſua nactum
Facta nube premunt. Trepidantem, & caſſa parantem
Suffugia, in cœtum mediæ traxere catervæ.
Eligitur moeſto, &c.

Contra apud *Ciceronem* pro Cluentio c. 65. *Innocentiæ defenſio ſaepe multorum improbitate intercluſa reſpirat.* *J.T.*

64. Ἢ καὶ ἀλλότριον] Sic *Ven.* utraque: reliqui Impreſſi & Cod. Ox. μηδὲ vel μὴ δέ. *M. du S.*

Ibid. Μηδὲ ἀλλότριον] Lege ἠδὲ, i. e. καὶ. Τὸ μηδὲ hic locum non habet. F.G. Adeo placet, ut putem in con-

cos, abripitur. At iſti amantur & videntur amici ob id ipſum, quod laedere viſi ſunt alios.

ληφθεὶς τῶν δυσμενῶν, ἀνηρπάσθη· οἱ δὲ ἀγαπῶνται, καὶ [e] φίλοι δοκοῦσιν, ἐξ ὧν ἄλλους βλάπτειν ἔδοξαν.

13. Fidem autem delationi non temere excogitant, ſed in eo omni elaborant ſtudio, veriti, ne quid abſonum affingant aut alienum. Quare plerumque iis, quae inſunt huic, quem calumniari volunt, in pejorem partem detortis, crimina faciunt non improbabilia: medicum, ut hoc utar, calumniantur veneficum, divitem vero tanquam dominationis appetentem; miniſtrum denique dominationis *ſuſpectum* proditionis *faciunt*.

Τό, τε ἀξιόπιστον τῆς διαβολῆς οὐχ ὡς ἔτυχεν ἐπινοοῦσιν, ἀλλ' ἐν τούτῳ τὸ πᾶν αὐτοῖς ἐστὶν ἔργον, δεδοικόσι τι [f] προσάψαι ἀπῳδὸν, [g] ἢ καὶ ἀλλότριον. ὡς γοῦν ἐπὶ πολὺ τὰ προσόντα τῷ διαβαλλομένῳ πρὸς τὸ χεῖρον μεταβάλλοντες, οὐκ ἀπιθάνους ποιοῦνται τὰς κατηγορίας, οἷον τὸν μὲν ἰατρὸν διαβάλλουσιν ὡς φαρμακέα, τὸν πλούσιον δὲ ὡς τύραννον, τὸν τυραννικὸν δὲ ὡς προδοτικόν.

Ἐνίο-

e Φίλοι]. Φίλον B. cetera deſunt usque ad ἀξιόπιστον, ex quo πίστον tantum adſcivit. *f* Προσάψαι] Προσάψεται B. *g* Ἢ καὶ] Recepi ex marg. *A1.* & *V2.* & *J.* Μηδὲ *P. S Amſt.* Μὴ δὲ *Fl. Ald. Fr. H.* aeque male. Μηδ' B.

contextum recipiendum. *J.F.R.*

65. Τὰ προσόντα] Hic ſunt vel fortunæ, vel ingenii, vel quaecunque alia bona, commoda, conditio: quæ alicui adſunt, quibusve conſpicuus eſt. *J.T.*

66. Πρὸς τὸ χεῖρον μεταβάλλοντες] *Baſilius Magnus* de Invidia: Δεινὸν δὲ ταῖς εἰς τὸ χεῖρον διαστροφαῖς τὸ ἐπαινετὸν διαπτύσαι, καὶ ἐκ γείτονος κακίας τὴν ἀρετὴν διαβάλλειν. *Improbum autem eſt, in pejus deflectendo, quod laudabile eſt, culpare, & e malitiæ vicinia virtutem criminari. Sarisberienſis* lib. VII. Policratici, capite 24. de calumnia loquens: *Et nunc quidem*, inquit, *bona aliena pervertit, nunc minuit: mala autem fingit, quæ non ſunt; aut magnificat, & extollit, ſi qua ſunt.* Contra ea *Quintilianus* lib. II. cap. 12. *Eſt praeterea quaedam virtutum vitiorumque vicinia, qua maledictus pro libero, temerarius pro forti, effuſus pro copioſo accipitur.* Sic & in amore, & in amicitia vitia proximarum virtutum appellationibus velantur. *Lucretius* lib. IV.

Nigra μελίχρους *eſt, immunda & fœtida* ἄκοσμος.
Caeſia παλλάδιον, *nervoſa & lignea* δορκὰς, &c.

Et apud *Theocritum* Battus Idyl. X.

Βομβύκα χαρίεσσα, Σύραν καλέοντί τυ πάντες,
Ἰσχνὰν, ἁλιόκαυστον. ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον.
O Bombyce venuſta, omnes te Syram vocant,
Tenuem, ſole aduſtam. ego vero ſolus flavam mellis inſtar.

Eſt item apud *Ariſtaenetum* illius vitiorum in melius interpretationis amatorium exemplum, lib. I. epiſt. 18. Καὶ ὁ μέν τις τῶν νέων, ὅτι σιμὸς, ἐπίχαρις παρὰ σοὶ κληθεὶς ἐπαινεῖται· τοῦ δὲ τὸ γρυπὸν βασιλικὸν ἔφης· τὸ δὲ διὰ μέσον τούτων ἐρεῖς ἐμμετρότητα ἔχειν· μέλανας δὲ ἀνδρικοὺς ὀνομάζεις, λευκοὺς δὲ θεῶν παῖδας προσείρηκας· μελιχρώτους δὲ οἴει τοὔνομά τινος, ἀλλ' οὐ ποίημα εἶναι. Ubi niſi & in Platone ita legeretur, & a Plutarcho in προσποίημα mutatum eſſet, χρῶμα pro ποίημα legerem. Neque vel ita tamen Platonis mihi locus ſanus eſſe videtur. Μελαγχλώρους δὲ καὶ τοὔνομα οἴει τινὸς ἄλλου ποίημα, ἢ ἐραστοῦ ὑποκοριζομένου τε καὶ εὐχερῶς φέροντος τὴν ὠχρότητα, ἐὰν ἐπὶ ὥρᾳ ᾖ. Lege, μελαγχλώρους, (ſive μελίχρους, ut alii malunt) δὲ καὶ τοὔνομα οἴεσθε ἀλλ' οὐ χρῶμα εἶναι ἐραστοῦ &c. ad plures illi ſermo inſtitutus eſt, ſic ut τὸ οἴει vitioſum eſſe, quivis facile deprehendat. Ceteræ mendæ manifeſtæ ſunt. Poſſet autem τὸ ποίημα *facies* verti: niſi quis προσποίημα cum Plutarcho malit: cujus vocis vim *Cicero* pluribus explicat, lib. II. de Oratore cap. XIV. *ut cùm in ſole ambulem, etiamſi aliam ob cauſam ambulem, fieri natura tamen, ut colorer.* De Amicitia locus eſt eximius, ſed prolixior, apud *Horatium* lib. I. Sat. 3. ubi tandem livorem noſtrum, & animi æruginem perſtringit, dicens:

At nos virtutes ipſas invertimus; atque
Sincerum cupimus vas incruſtare. probus *quis*
Nobiſcum vivit? multum demiſſus homo. *illi*
Tardo *cognomen* pingui damus. *pro* bene ſano,
Ac non incauto, fictum, aſtutumque *vocamus*, &c.

Plura ad Lucret. & Horatium *Lambinus* congeſſit, quæ deſcribere nolo, ne alienæ fructum diligentiæ videar velle intercipere. *J.T.*

69. Τὸν τυραννικὸν] Malim, *tyrannidis*, vel *tyranni miniſtrum*, quam *tyrannum*, vertere. *J.T.*

Τὸν τυραννικὸν] Mutuo ſe explicant ὁ βασιλικὸς apud *Joannem* Evangeliſtam 4, 46. & hic noſter τυραννικός. Non eſt tyrannus ipſe ὁ τυραννικὸς, ſed miniſter tyrannidis, humilis apud tyrannum, ad opprimendos cives operam ſuam illi commodans, certe pollicens, atque opportunus ob id ipſum ſuſpicioni, illum adeo ſedulo agere omnia, uti proditionis conſilium tegat:

ut

Ἐνίοτε μέντοι καὶ ὁ ἀκροώμενος αὐτὸς ὑποβάλλει τῆς διαβολῆς τὰς διαφοράς. καὶ πρὸς τὸν ἐκείνου τρόπον οἱ κακοήθεις αὐτοὶ ἁρμοζόμενοι, εὐστοχοῦσιν. ἢν μὲν γὰρ ζηλότυπον αὐτὸν ὄντα ἴδωσι, Διένευσέ, [a] Φασι, τῇ γυναικί σου παρὰ τὸ δεῖπνον, καὶ ἀπιδὼν ἐς αὐτὴν, [b] ἀπεστέναξε. καὶ ἡ Στρατονίκη πρὸς αὐτὸν οὐ μάλα [c] ἀηδὴς, καὶ ὅλως ἐρωτική· καί τινες καὶ μοιχικαὶ πρὸς αὐτὸν αἱ διαβολαί. ἢν δὲ ποιητικὸς ᾖ, καὶ ἐπὶ [d] τούτῳ μέγα φρονῇ, μὰ Δί', ἐχλεύασέ σου Φιλόξενος τὰ ἔπη, καὶ διέσυρε, καὶ ἄμετρα εἶπεν αὐτὰ, καὶ κακοσύνθετα. πρὸς δὲ τὸν εὐσεβῆ, καὶ φιλόθεον, ἄθεος καὶ ἀνόσιος ὁ φίλος διαβάλλεται, καὶ ὡς τὸ θεῖον παρωθούμενος, καὶ τὴν πρόνοιαν ἀρνούμενος. ὁ δὲ

14. Interdum vero ipſe, qui audit, diverſam calumniandi rationem ſubjicit, ut maligni, ad ipſius ſe mores dum componunt, ſcopum feriant. Si enim Zelotypum eſſe videant, *In coena*, inquiunt, *innuit uxori tuae*, *& intuitus eam ingemuit: viciſſim ad illum Stratonice reſpexit non ſane injucunde*, *& vultu omnino amatorio.* Et *praeſto ſunt*, quaedam etiam aliae de ipſius adulteriis calumniae. Si vero valeat poëtica facultate, eaque in re ſibi placeat, *Per Jovem*, ait, *riſit verſus tuos Philoxenus*, *& traduxit*, *& immodulatos eſſe dixit*, *& male compoſitos.* Apud religioſum autem atque pium, pro atheo & profano amicus defertur, qui Deum reſpuat, & neget providen-

a Φασι] Sic reſtituit *Solan.* Vulgo φησι. In B. erat φῆ per compend. pro φα. b Ἀπεστέναξε] Sic Edd. Ἐστέναξε B. Forſan ὑπεστέναξε. c Ἀηδὴς] Sic B. Cod. ut *Toll.* voluit. Ἀηδῶς Edd. d Τούτῳ] Τοῦτο per compend. B.

77. Καὶ Στρατονίκη] Τὴν Σελεύκου Στρατονίκην λέγει, ἧς ὁ υἱὸς * Σελεύκου Ἀντίοχος † ἐρασθεὶς πείθει τὸν πατέρα ‡ ταύτης παραχωρῆσαι τῷ υἱῷ· πείθει δὲ νόσῳ ἁλοὺς καὶ § εἰς αὐτὸ γεγονὼς τὸ θανεῖν διὰ τὸν εἰς τὴν Στρατονίκην ἔρωτα. ἐν ἀμηχανίᾳ γὰρ τοῦ πατρὸς γεγονότος Σελεύκου, διὰ τὸν υἱὸν Ἀντίοχον, εἶτα σοφίᾳ ¶ Ἐρασιστράτου τοῦ ἰατροῦ γνωσθέντος τοῦ παραιτίου τῆς νόσου τοῦ ἔρωτος, ὑπεξέστη ταύτης ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ. *V.*

* Σελεύκου] Καὶ Σελεύκου C. Sed errat Scholiaſtes; mater enim non erat. Pro καὶ ergo legendum τοῦ. *M du S.*

† Ἐρασθεὶς] In C. ἠράσθη . . . ὡς νοσῆσαι καὶ θανεῖν ἀπειλεῖν τῷ πατρί.

‡ Ταύτης παραχωρῆσαι] C. D. male αὐτοῦ παραχωρῆσαι. *M. du S.* In editis male etiam legebatur παραχωρησάσθαι. *J. F. R.*

§ Εἰς αὐτὸ γεγονὼς —] C. D. male πρὸς αὐτῷ γ. τῷ θανάτῳ διὰ τὸν πρός. *M. du S.*

¶ Ἐρασιστρ.] Omiſſum erat in editis: addidit *M. du S.*

ut ille Callicrates, qui dum ſe τυραννικὸν ſimulat apud Dionem Syracuſanum, illum evertit. Vid. *Nepos* 10, 8. *J.M.G.*

75. Φασί] In omnibus libris noſtris φησὶ, quamvis vertant, *inquiunt*, ego mutavi. *M. du S.*

77. Ἡ Στρατονίκη] Alluſit partim ad hiſtoriam Antiochi Seleuci R. filii, qui novercæ amore flagrans ope Medici voti compos fuit factus: partim ad calumniam, qua Combabus fuit impugnatus apud eundem Seleucum, ac ſi Stratonices manifeſtarius adulter eſſet. Utramque noſter fuſe exponit in libello de Dea Syria: illam *Plutarchus* in vita Demetrii Poliorcetæ: quam breviter item noſter attigit in Icaromenippo: Σελεύκου δὲ Ἀντίοχον ἑώρων Στρατονίκῃ διανεύοντα λάθρα τῇ μητρυιᾷ. *Seleuci autem filium Antiochum videbam clam Stratonicæ novercæ innuentem.* Ex hac hiſtoria effictam habes narratiunculam apud *Ariſtaenetum* lib. I. epiſt. XIII. Repoſui autem, ejecta *uxoris* voce, nomen proprium, in quo ad hiſtoriam reſpicitur, quam expoſuimus. Mox legam ἀηδής. Interpres non nimis bene vertit. *J.T.*

Ibid. Στρατονίκη] Adverſantur haec fidei hiſtoriae; nemo enim vel tantillum Antiochi amorem ſubodoratus erat; quem ars Heraſiſtrati ſola detexit: ſed & alibi noſter in eundem incidit errorem. V. Ἰκαρ. c. 15. *M. du S.*

78. Ἀηδὴς] Mſ. Ox. uti conjecerat *Tollius.* In reliquis ἀηδῶς. *M. du S.*

Ἀηδὴς] Cl. *Jenſ.* ad *Hermot.* ſub init. vulgatam contra *Toll.* defendit, & poteſt mihi etiam ea ratione defendi, quod εἶχε intelligi queat, vel aliud verbum, quale Cl. *Geſner.* addit. Verum quando Cod. bonae notae habemus conjecturae *Tollianae* faventem, & melius procedit oratio, id recepi. *J.F.R.*

79. Ἐρωτική] Ἐρωτικῶς. *F.G.*

81. Μὰ Δί'] *Th. Mag.* v. Μὰ haec adferens obſervat rariſſime adfirmare τὸ μά. Sed vid. ſupra ad *Icarom.* c. 14. notata. *J.F.R.*

82. Φιλόξενος] Nobilis poëta Lyricus, qui cum Dionyſii tyranni carmina liberius damnaret, ab eo in Latumias detruſus eſt: unde Tarentum aufugiens Dionyſio revocanti epiſtolam miſit una litera O, id eſt οὔ, no-

dentiam. Alter autem audiens, oeſtro ſtatim in aure percuſſus, incenditur, ut facile eſt ad intelligendum, & averſatur amicum, non expectata accurata demonſtratione.

ἀκούσας, εὐθὺς μύωπι διὰ τοῦ ὠτὸς τυπεὶς, διακέκαυται ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ ἀπέστραπται τὸν φίλον, οὐ περιμείνας τὸν ἀκριβῆ ἔλεγχον.

15. Talia enim omnino excogitantque & dicunt, quibus maxime norunt ad iram provocari audientem. Cumque ſciant, ubi quisque vulneri maxime ſit opportunus, eo collineant, & feriunt: adeo ut praeſenti ira turbatus, non amplius veritati inquirendae vacet; ſed etiam ſi cauſſam dicere velit aliquis, non admittat, qui nec opinata auditione, tanquam vera, jam ante occupatus ſit.

Ὅλως γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐπινοοῦσι καὶ λέγουσιν, ἃ μάλιστα ἴσασιν ἐς ὀργὴν δυνάμενα προκαλέσασθαι τὸν ἀκροώμενον· καὶ ἔνθα [e] τρωτός ἐστιν ἕκαστος ἐπιστάμενοι, ἐπ' [f] ἐκεῖνο τοξεύουσι, καὶ ἀκοντίζουσιν ἐς [g] αὐτό, ὥστε τῇ παραυτίκα ὀργῇ τεταραγμένον, μηκέτι σχολὴν ἄγειν τῇ ἐξετάσει τῆς ἀληθείας· ἀλλὰ κἂν θέλῃ τις ἀπολογεῖσθαι, μὴ προσίεσθαι τῷ παραδόξῳ τῆς ἀκροάσεως, ὡς [h] ἀληθεῖ προκατειλημμένον.

16. Efficaciſſimum enim profecto genus

Ἀνυσιμώτατον γὰρ [i] ὂν τὸ εἶδος τῆς διαβο-

e Τρωτός] Ex emendatione *Toll.* quam recepit etiam *A.* Πρῶτός Edd. vulgo male. *f* Ἐκεῖνο] Recte ſic Ed. *Toll.* & *A.* Ἐκεῖνον male cett. *g* Αὐτὸ] Bene ſic *Pell.* Αὐτὸν Edd. male, ne *Tolliana* quidem excepta. *h* Ἀληθεῖ] Ἀληθῆ *Fl.* ἀληθείᾳ *Toll.* *i* Ὂν] Omittit B. Ὄντως vult *Jenſ.*

2. Ἀνυσιμώτατον] Δυνάμενον ἀνῦσαι. *G.*

notatam. plura *Suidas.* Meminit & *Plutarchus* de fortuna Alexandri, Orat. II. in initio. *J.T.*

Ibid. Καὶ ἄμετρα] *Hiulca*, interpres. Rectius, *immodulata*, ut *Horatius* in Arte:

Non quivis videt immodulata poëmata judex.

J.T.

84. Ὁ φίλος διαβάλλεται] Hæc ad Lucianum ipſum ſpectare videntur impietatis accuſatum. *M.V.La Croz.*

86. Ὁ δὲ ἀκούσας] Verte: *quo ille*, ſc. amicus, *audito, ſtatim velut æſtro percitis auribus, uti par eſt, inflammatur, & moram accuratæ inquiſitionis non ferens, averſatur amicum, repellitque. Plane enim iſtiusmodi mendacia confingunt, queis maxime norunt audientis animum ad iram poſſe provocari.* *J.T.*

93. Καὶ ἔνθα τρωτός ἐστιν] Sic Alexander Parmenionis auctoritatem moleſte ferens, a Cratero in Philotam, invidioſa illius & ſuſpicioſa commemoratione accenditur: *Curtius* l. VI. cap. 8. Sic Nero a Capitone Coſſutiano in Thraſeam inflammatus, quod non adfuiſſet in Poppeæ Sabinæ conſecratione, quam Nero præ ceteris dilexerat: *Tacitus* lib. XVI. cap. 22. Sic apud Phædrum libertus ille,

Adjecit id, quod ſentiebat maxime
Doliturum amanti.

Ceterum exemplorum ὅσα κόνις. Benedictus male legit πρῶτος, pro τρωτὸς, vertitque *& qua parte praeſtat.* nos emendavimus & contextum, & interpretationem, vertentes, *& qua quisque parte maxime vulneri patet.* *J.T.*

Ibid, Τρωτός] Certa eſt *Tollii* haec emendatio. Quid enim eſt, quod ante eum in omnibus Impr. & O. Mſ. legebatur πρῶτος? *M. du S.*

94. Ἐπ' ἐκεῖνον] Ἐπ' ἐκεῖνο Interpres legiſſe videtur. *F.G.*

95. Ἐς αὐτὸν] Gloſſema videtur. *F.G.*

97. Μηκέτι σχολὴν ἄγειν] Verterim: *indagandæ, ſeu perſcrutandæ, veritati non modo non vacet: verum etiam, ſi quis objectum crimen diluere voluerit, non admittat defenſionem, inſolentia auditæ criminationis, tamquam veritate pracoccupatus.* *J.T.*

99. Ὡς ἀληθεῖ] Niſi ἀληθεῖ hic neutro genere accipitur pro ſubſtantivo, legendum hic vel ἀληθείᾳ, quod malim; vel ἀληθοῦς, ut ad ἀκροάσεως referatur. *J.T.*

1. Ἀληθεῖ] Neſcio quid *Tollius* haeſitarit, ἀληθεῖ enim certe neutrum eſt, & ſanum, ac de mutatione ne cogitandum quidem. Vid. paullo ſupra notam *Jenſii.* *J.F.R.*

2. Ἀνυσιμώτατον γὰρ ὂν] Atticiſmus, pro ἀνυσιμώτατον γάρ ἐστι. Sic *Homer.* Iliad. Θ. v. 306.

Μήκων δ' ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν, ἥτ' ἐνὶ κήπῳ
Καρπῷ βριθομένη, νοτίῃσί τε εἰαρινῇσιν.

Pro βρίθεται. Pro ὁπότε malim, ὅ ποτε. *J.T.*

Ἀνυσιμώτατον γὰρ ὂν τὸ εἶδος τῆς διαβολῆς, τὸ ὑπεναντίον τῆς τοῦ ἀκούοντος ἐπιθυμίας, ὁπότε καὶ παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ Διονύσῳ ἐπικληθέντι, ἐγένετό τις, &c.] Peſſime, niſi ve-

he-

βολῆς, [a] τὸ ὑπεναντίον τῆς τοῦ ἀκούοντος ἐπιθυμίας, [b] ὁπότε καὶ παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ Διονύσῳ ἐπικληθέντι, ἐγένετό τις, ὃς διέβαλε τὸν Πλατωνικὸν Δημήτριον, ὅτι ὕδωρ τε πίνει, καὶ μόνος τῶν ἄλλων γυναικεῖα οὐκ ἐνεδύσατο ἐν τοῖς Διονυσίοις. καὶ εἴ γε μὴ [c] κληθεὶς ἕωθεν ἔπιέ τε πάντων ὁρώντων,

calumniae, quod contrarium eſt audientis cupiditati: cum etiam apud Ptolemaeum illum qui Dionyſus appellatus eſt, fuerit, qui deferret Platonicum Demetrium, quod aquam biberet, & ſolus muliebrem veſtem non indueret Dionyſiis. Et niſi ille vocatus poſtridie bibiſſet in conſpectu omnium, &

a Τὸ ὑπεναντίον] Τῷ ὑπεναντίῳ B. b Ὁπότε] Ὡς πότε vult *Toll.* Sed nil mut. Edd. nec B. c Κληθεὶς] Recte BC. *Fl. Fr. P.* &c. Κλιθεὶς male *J.* cum *V2.*

hementer me animus fallit, haec ſeſe habent. Luxata eſt plane oratio, & male conjuncta, quae omnino eſt dividenda. Primo pro ὂν τὸ, ſcripſiſſe Lucianum exiſtimo ὄντως. Dein poſt ἐπιθυμίας ponenda τελεία στιγμὴ, nec aliter video feciſſe Florentinos; recte. Quae ſequitur, eſt nova hiſtoria. Primum horum verborum membrum pertinet ad ſuperius memorata, quemadmodum nimirum quis apud muliebriter pium accuſatus, licet falſiſſime, impietatis, nullius veniae, immo ne defenſionis quidem locum obtinere queat. *Revera enim* (addit Lucianus pro cauſſa) *haec eſt efficaciſſima calumniae ſpecies, quae alienum quid ab animi affectione audientis contineat. Quin etiam cum apud Ptolemaeum*, &c. *J.J.*

Ἀνυσιμώτατον γὰρ] Facile probaverim emendationem doctiſſimi *Jenſii.* Sed in eo aliter mihi videtur, quod illud ὁπότε καὶ παρὰ Πτολεμαίῳ κ. τ. λ. ſejungit a praecedentibus, & interpretatur, *Quin etiam cum apud Ptolemaeum.* Immo, quod ipſa etiam relativa particula ὁπότε indicat, artiſſime iſta connexa ſunt. Exemplum ſubjicitur illius obſervationis, quod dixerat τὸ παράδοξον τῆς ἀκροάσεως movere beatulos illos, τὸ ὑπεναντίον τῆς ἐπιθυμίας. Nempe quod vehementer optant homines, illud facile credunt, V.G. amari ſe: at cum ſemel adverſantis huic perſuaſioni ſuſpicionis, paradoxae initio, ſcintilla in animum incidit; ilicet ardent toti, a zelotypia in furorem ruunt. Sic Ptolemaei ἐπιθυμία eſt, Bacchum videri: hinc facile credit, bacchaturos in ſuam gratiam ſuos amicos. Παράδοξον eſt, Demetrium huic cupiditati regis adverſari, in ea re, quam cordi adeo regi eſſe norit. Sed cum illud παράδοξον, illud ὑπεναντίον τῇ ἐπιθυμίᾳ, ſemel percuſſit aliqua fidei ſpecie animum: actum eſt, periit Demetrius, niſi praeſenti & extemporali remedio ſibi ſuccurrat. Huc etiam alterum de Alexandro & Hephaeſtione exemplum convenit. *J.M.G.*

Ibid. Τὸ εἶδος] Impreſſi omnes ὂν τὸ εἶδος. Cl. *Jenſius* ὄντως ſcribendum putat; deinde poſt ἐπιθυμίας ponendam τελείαν στιγμήν. Ox. Cod. ὂν non agnoſcit, recte. *M. du S.*

Ibid. Ὂν] *Solanus* ὂν delerat: ego certe non intruderem, ſi & in cett. abeſſet. At nondum rejicio, cum probabile non ſit Librarios id quod difficilius eſt tam diligenter ingeſſiſſe; nam neque inſolitus eſt Atticiſmus, ſive πλεονάζειν putes; ſive participium pro ἐστὶ poſitum accipias, (cujus exempla ſatis dedimus alibi) adde *Herodian.* III. 12. 2. εἰδὼς δὲ ἀδύνατον ὂν δύο διαχειρίζεσθαι βασιλέας. Sed vel magis abundat verbum εἰμὶ ibid. V. 8. 8. οὐδὲν ὂν εἶναι αὐτὴν ἐλάνθανε, quod *Steph.* expungendum cenſet, vel mutand. in ἦν ὅ. At forſan eodem modo hic in Luciano abundat ὂν atque infra *Pſeudol.* c. 6. ἡ ἀναισχυντία οὖσα, quod ibi expoſitum vide; aliaque etiam de abundante verbo εἶναι addita. Conf. mox c. 20. ἐστὶ — ἀδελφή τις οὖσα. *J.F.R.*

4. Πτολεμαίῳ] Δ. Νέος v. not. *Toll.* & *Herodian.* I. qui Antigoni etiam meminit Bacchum imitantis. Adde de hoc cognomento *Spanh.* 435. qui ex *Euſeb.* Chron. confirmat. 61. 73. 194. Diſerte apud *Clem. Alex.* IV. Ptolemaeorum dicitur, p. 22. A. ubi plures memorantur Reges deorum nomina uſurpantes. At neque *quartus* neque *undecimus*, ſed *decimus* erat. Vid. Tabulam Chronol. Cl. *Humphr. Prideaux.* Idem enim eſt cum *Aulete*, cui ſucceſſit Cleopatra Regum Ægypti ultima, primo tamen una cum Fratre regnans. Niſi forte hic Διόνυσος Νέος ideo Νέος dicatur, quia jam ante eum alius, nempe quartus ille, Διόνυσος dictus fuerit, qua de re nunc inquirere non vacat. Certe uterque Bacchi nomine non indignus, ſi id nominis non ab Ethnicis Bacchum ut numen colentibus, ſed a nobis eſſet inditum, qui execramur. *M. du S.*

5. Τῷ Διονύσῳ ἐπικληθέντι] Qui undecimus fuit Ptolemæorum. *J.T.*

6. Τὸν Πλατωνικὸν Δημήτριον] Cujus & Antoninus Imp. meminit lib. VIII. cap. 22. adeatur Jonſius in Hiſtor. Philoſophica. *J.T.*

Ibid. Πλατ. Δημήτρ.] Quis ille Platonicus Demetrius, de quo nihil Diogenes? Adi *Tollium.* *M. du S.*

7. Γυναικεῖα] De eo more multa apud *Euripidem* in Bacchis p. 545. & ſeq. *M. du S.*

9. Ἕωθεν ἔπινε] Quo nihil viro gravi turpius, niſi cum res poſcit, aut jubet valetudo: antiquis autem tam rarum & inuſitatum, ut etiam Apoſtolos illud diei tempus ab ebrietatis potuerit ſuſpicione vindicare. Res igitur erat extremæ luxuriæ, quam & feminæ adamabant nequiores. *Apulejus* lib. IX. *Quanto me felicior Daphne vicina, quæ mero & prandio matutino ſaucia cum ſuis adulteris voluptatur.* Idem eodem libro: *matutino mero, & continuo ſtupro corpus emancipat.* *J.T.*

10. Ταραντινίδιον] *Pollux* lib. VII. cap. 17. καὶ μὴν τό γε ταραντινίδιον διαφανές ἐστιν ἔνδυμα, ὠνομασμένον ἀπὸ τῆς Ταραν-

& Tarentinula indutus ſaltaſſet cum cymbalis; perierat homo, qui non delectaretur vita regis, ſed aemulatione quadam ductus ſententiis, vitae, luxuriae, Ptolemaei contradiceret.

καὶ λαβὼν [d] ταραντινίδιον, ἐκυμβάλισέ [e] τε καὶ προσωρχήσατο, ἀπολώλει ἄν, ὡς οὐχ ἡδόμενος τῷ βίῳ τοῦ βασιλέως, ἀλλ᾽ ἀντισοφιστὴς ὢν, καὶ ἀντίτεχνος τῆς Πτολεμαίου τρυφῆς.

17. Apud Alexandrum vero maximum omnium crimen dictum eſſet, ſi quis neque

Παρὰ δὲ Ἀλεξάνδρῳ, μεγίστη [f] τότε ἂν ἁπασῶν διαβολὴ λέγοιτο, εἰ ἕλοιτό τις μὴ

d Ταραντινίδιον] Τυραντινίδιον male B. *e* Τε] Omittit B. *f* Τότε ἂν ἀπ.] Ποτὲ πασῶν ἂν B. Ἂν ποτὲ ἀπ. *Fl.* Vulgatum tenent cett.

10. Ταραντινίδιον] Θέριστρον λεπτὸν καὶ διαφανὲς ἱμάτιον οὐ πάντως πορφυροῦν. V. Ταραντίνων χρήσεως καὶ τρυφῆς. *Eſt autem pellucida veſtis, Tarantinidion, ita a Tarentinorum uſu luxuque appellata.* Heſychius: Ταραντινὸν, ſive, ut alii legunt, ταραντινίδιον, ἱμάτιον γυναικεῖον λεπτὸν, κρόσσους ἔχον ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρους. *Tarantinidium, veſtimentum muliebre tenue, fimbrias, ſeu villos habens ab una parte.* Utebantur eo plerumque meretrices. Lucian. in *Dial. Meretr.* VII. Οὐκ αἰσχύνῃ μόνη τῶν ἑταιρῶν οὐκ ἐλλόβιον, οὐχ ὅρμον, οὐ ταραντινίδιον ἔχουσα. Apud *Pollucem* cap. XIII. lib. VII. fragmentum eſt veteris poëtæ, Παρθένος δ᾽ εἶναι δοκεῖ, φορῶν κροσσωτοὺς, καὶ γυναικείαν στολήν. *Virgo eſſe videtur, gerens fimbriatas veſtes, & muliebrem ſtolam.* Muliebri autem veſte Bacchus amiciebatur. Vide Senecam. Et Tragœdi, omneſque Dionyſiaci artifices, quorum nota *Syrmata.* Apud eundem *Pollucem*, Λυδῶν χιτών τις βασσάρα, διονυσιακὸς, ποδήρης. Et apud *Heſych.* βασσάραι χιτῶνες, οὓς ἐφόρουν αἱ Θράκιαι βάκχαι. Hinc & Bacchus βασσαρεὺς dictus. Commentator vetus *Horat.* l. I. Od. XVIII. Baſſareus *dictus eſt liber pater a genere veſtis Baccharum:* unde *& Bacchæ* Baſſarides *dictæ Perſ.* Baſſaris *& Lyncem.* Baſſaris *enim genus veſtis eſt, ad pedes usque demiſſa, dicta a* Baſſara, *loco Lydiæ*, ubi fit. Ubi *Baſſara* pro *Baſſaris* legendum videtur. Verum Etymologici auctor & in etymologia, & in ipſa nominis denotatione variat. Quamquam etiam *Baſſaris* apud Perſii Scholiaſten inveni, ad Sat. I. v. 101. *Baſſarides*, inquit, *Bacchæ. Quibusdam videtur a genere veſtis, qua Liber pater utitur, demiſſa ad talos, quam Thraces* Baſſarin. *Quidam a vulpibus, quarum pellibus Bacchæ ſuccingebantur. Vulpes Thraces* Baſſares *dicunt.* *J.T.*

Ibid. Ἐκυμβάλισέ τε] Cymbala namque cum ſaltatione jungebantur in Deorum effeminato cultu: præſertim in feſtis Bacchi, Herculis, & Matris Deûm Cybeles. *Juſtinus* de Ptolemæo Philopatore, lib. XXX. *adduntur inſtrumenta luxuriæ, tympana & crepundia;* ſive, ut alii malunt, *crepitacula.* Ubi tamen τὸ *crepundia* ab interprete eſſe cenſuerim. Nam de eodem loquens *Plutarch.* tympani tantum meminit. Sed, uti dixi, & cymbala in ejusmodi feſtis ſolemnia fuere. *Apulejus* de Gallis Cybeles, lib. VIII. Mileſ. *Qui per plateas & oppida cymbalis & crotalis perſonantes, Deamque Syriam circumferentes mendicare compellunt.* *Lucretius* lib. III.

Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum
Concava, rauciſonoque minantur cornua cantu.
Et Phrygio ſtimulat numero cava tibia mentis.

Erant autem ea vel ex ære, vel e buxo, quæ mutuo colliſu non ingratum ſonum edebant. *Auſonius* in Epiſt. ad Paulinum XXV.

Cymbala dant flictu ſonitum: dant pulpita ſaltu
Icta pedum: tentis reboant cava tympana tergis.

Propert. lib. III. el. XVI. ad Bacchum:

Levis odorato cervix manabit olivo,
Et feries nudos veſte fluente pedes.
Mollia Dircææ pulſabunt tympana Thebæ;
Capripedes calamo Panes hiante canent.
Vertice turrigero juxta Dea magna Cybelle
Fundet ad Idæos cymbala rauca choros.

Anthol. lib. IV. de Herc. & Baccho:

Ἀμφοῖν δὲ στῆλαι συντέρμονες· εἴκελα δ᾽ ὅπλα
Νεβρὸς, λεοντῆ, κύμβαλα δὲ, πλαταγή.
Sudorumque pares metæ, paria arma: leonis
Exuviæ, hinnuleus, cymbala cum ſtrepitu.

Eleganter ad rem *Tertullian.* de Pallio: *At quin alius & ſericatus & crepidam æratus inceſſit, & ut digne quidem Bacchantibus indumentis aliquid ſubtinniret, cymbalo inceſſit.* *J.T.*

12. Ἀντισοφιστὴς] Exprobrator. *Lactant.* lib. V. cap. 6. *Et quoniam mores ac vitia regis imitari genus obſequii judicatur, abjecerunt omnes pietatem; ne exprobrare regi ſcelus viderentur, ſi aliter viverent.* Vid. *Tacit.* XVI. 22. Et *Lactant.* l. V. cap. 9. p. 482. *Iſocr.* p. 10. *J.T.*

15. Παρὰ δὲ Ἀλεξάνδρῳ] Malim ità vertere: *Ita & apud Alexandrum haec omnium maxime valebat calumnia, ſi quis neque colere ut Deum, neque adorare velle Hephaeſtionem deferebatur.* *J.T.*

μὴ σέβειν, μηδὲ προσκυνεῖν τὸν Ἡφαιστίωνα. ἐπεὶ γὰρ ἀπέθανεν Ἡφαιστίων, ὑπὸ τοῦ ἔρωτος Ἀλέξανδρος ἐβουλήθη προσθεῖναι καὶ τοῦτο τῇ λοιπῇ μεγαλουργίᾳ, καὶ θεὸν χειροτονῆσαι τὸν τετελευτηκότα. εὐθὺς οὖν νεώς τε [a] ἀνέστησαν αἱ πόλεις, καὶ τεμένη καθιδρύετο, καὶ βωμοὶ, καὶ θυσίαι, καὶ ἑορταὶ τῷ καινῷ τούτῳ θεῷ ἐπετελοῦντο, καὶ ὁ μέγιστος [b] ὅρκος ἦν ἅπασιν, Ἡφαιστίων. εἰ δέ τις ἢ μειδιάσειε πρὸς τὰ γιγνόμενα, ἢ μὴ φαίνοιτο πάνυ εὐσεβῶν, θάνατος ἐπέκειτο ἡ ζημία. ὑπολαμβάνοντες δὲ οἱ κόλακες τὴν μειρακιώδη ταύτην τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐπιθυμίαν, [c] προσεξέκαιον εὐθὺς, καὶ ἀνεζωπύρουν, ὀνείρατα διηγούμενοι τοῦ Ἡφαιστίωνος, ἐπιφανείας τινὰς, καὶ ἰάματα προσάπτοντες αὐτῷ, καὶ μαντείας ἐπιφημίζοντες. καὶ τέ-

colendum ſibi neque adorandum ſumſiſſet Hephaeſtionem. Cum enim deceſſiſſet Hephaeſtion, prae amore illius Alexander reliquae ſuae hoc etiam adſtruere magnificentiae voluit, & Deum ſuo ſuffragio facere defunctum. Statim ergo & templa excitare urbes, & loca conſecrari & arae, atque ſacrificia, feſtique dies novo Deo parari, ſanctiſſimumque omnibus jusjurandum eſſe Hephaeſtion. Si quis vero ſubrideret ad iſta, aut non ſatis religioſus eſſe videretur; mortis illi poena erat propoſita. Excipientes porro puerilem hanc Alexandri cupiditatem adulatores, magis ſtatim eam incenderunt, excitaruntque, qui immiſſa ſibi ab Hephaeſtione inſomnia narrarent, praeſentiamque ſibi illius oblatam, & ſanationes quasdam illi tribuerent, vulgarentque edita ab illo oracula. Tandem ſacrificarunt velut Aſ-

a Ἀνέστησαν] Ἀνήσασαν marg. *A1.* *b* Ὅρκος ἦν ἅπασιν] Ἅπασιν ἦν ὁ ὅρκος B. *c* Προσεξέκαιον] Ἐξέκαιον male B.

28. Ὑπολαμβάνοντες] Ἀντὶ τοῦ * προλαμβάνοντες. *V.*
29. Τὴν Ἀλεξάνδρου ἐπιθυμίαν προσεξέκαιον] Ὡς ὁ Μάγιστρος † Συλοκάκας ‡ λέγεται Λέοντα τὸν βασιλέα ὅτι ἐξεβάκχευε περὶ Θεοφάνους πολλὰ καὶ τερατώδη διεξιὼν ἐνύπνια, § ἅτε καὶ ἄκη, ἵνα μόνον εὐδοκιμοίη ψευδόμενος. *V.*

* Προλαμβάνοντες] Recepi ex C. Προσλαμβ—— *V.*
† Συλοκάκας] C. D. male Σιλοκάκας λ. ὄντα τ. β. διεκβάκχευε. *M. du S.*
‡ Magiſtri fuit ſumma dignitas in aula Conſtantinopolitana, de qua vide *Meurſium* in Lexico Græco barbaro. Quis autem hic Leo intelligatur, Thrax, Iſauricus, vel Copronymi filius, quaerent quibus per otium licebit. Interea hinc liquet, Scholiaſtam noſtrum ſaltem ante 1229. annos non vixiſſe, quandoquidem tum regnare coepit Leo Thrax. *J. Cler.*
§ Ἅτε καὶ ἄκη] Exc. *G.* ἅτε καὶ ἄκη. Barbare. Sed tamen genuinam puto eſſe ſcripturam. In C. ἅτε καὶ ἄκη, ut in V. *M. du S.*

19. Ἐβουλήθη προσθεῖναι καὶ τοῦτο τῇ λοιπῇ μεγαλουργίᾳ] Præceſſit Melanchthon in vertendo *ad reliquam funeris magnificentiam additum voluit*. Et ſequitur prompte Benedictus verba hæc ipſa ſic exprimens, quod miror ab aliis, qui hunc dialogum & verſionem ejus tam accurate exegerunt, pro bono acceptum, quum nulla prorſus in Græcis fiat mentio illius funeris. Quin etiam μεγαλουργία non patitur, ut de impenſa pecuniaria intelligatur, Græcis ad eam exprimendam alia voce utentibus. Immo nec conſideratio magnificentiæ funeris poteſt hic locum habere. Majora deſiderantur, quæ habebis, ſi recte vertas mecum *ad reliquam rerum ſuarum magnitudinem addi voluit, ut & Deum crearet eum, qui erat mortuus.* Inter alia ingentia acta ſua referri voluit, ipſum ex mortuo feciſſe Deum. *J. G.*

20. Καὶ θεὸν χειροτονῆσαι] Pluribus haec Arrianus, Curtius, Plutarchus in vita Alex. M. *J. T.*

24. Καὶ ὁ μέγιστος ὅρκος] De Caligula *Suetonius* refert, eum inter cetera amoris erga Druſillam documenta nunquam deinceps niſi *per numen Druſillæ* dejeraſſe. Idem in morte Julii Cæſaris narrat, controverſias quasdam a plebe *interpoſito per Cæſarem jurejurando* diſtractas: & Claudium Imp. *jusjurandum* ſibi *neque ſanctius*, neque *crebrius* inſtituiſſe, quam *per Auguſtum*: quin & violata perjurio numina iſta gravius vindicata, quam ſi quis per ipſum Jovis numen, aut majorum gentium Deos pejeraret. Sicut vere dixerit *Tertullianus* in Apologetico: *Citius denique apud vos per omnes Deos, quam per unum genium Cæſaris pejeratur.* *J. T.*

31. Ὀνείρατα] Id enim inter divinitatis ſigna. Unde & ægrotantes, & futura praenoſcere cupientes, in Deûm, Æſculapii præcipue, & Serapidis, nec non Apollinis, ſeſe templa conferebant, per ſomnium illorum voluntatem, reſponſave expiſcaturi. *J. T.*

32. Ἐπιφανείας] Illuſtravit hanc vocem, locumque Luciani, Vir illuſtris *Ez. Spanhemius* in V. Diſſertatione de re Nummaria: quod opus a me juventuti nunquam non erit commendatiſſimum. *J. T.*

33. Μαντείας] Et oracula ad auctoritatem novo Deo conciliandam efficta. Æmulatus eſt in Antinoo Hadria-

Aſſeſſori Depulſorique malorum Deo. His audiendis delectari Alexander, ac tandem credere, & placere ſibi, qui non Dei modo filius eſſet, ſed facere etiam poſſet Deos. Quot ergo amicis Alexandri putamus eo tempore, male expetiiſſe Hephaeſtionis divinitatem? cum deferrentur, ut qui non colerent communem omnium Deum, ejiciendi ea cauſſa, atque benivolentia regis excidentes.

18. Tum etiam Agathocles Samius qui ordines duxerat apud Alexandrum, & in honore fuerat, parum abfuit quin cum leone concluderetur, delatus nempe, ut qui ſepulcrum Hephaeſtionis praeteriens fleviſſet. Verum ſuccurriſſe illi dicitur Perdiccas, dejerans per omnes Deos, ipſumque

λος ἔθυον παρέδρῳ, καὶ ἀλεξικάκῳ θεῷ. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἥδετό τε ἀκούων, καὶ τὰ τελευταῖα ἐπίστευε, καὶ μέγα [d] ἐφρόνει, ὡσανεὶ οὐ θεοῦ παῖς ὢν μόνον, ἀλλὰ καὶ θεοὺς ποιεῖν δυνάμενος. [e] πόσους τοίνυν [f] οἰόμεθα τῶν Ἀλεξάνδρου φίλων [g] παρὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀπολαῦσαι τῆς Ἡφαιστίωνος θειότητος; διαβληθέντας, ὡς οὐ τιμῶσι τὸν κοινὸν ἁπάντων θεόν, καὶ διὰ τοῦτο ἐξελαθέντας, καὶ τῆς τοῦ βασιλέως εὐνοίας ἐκπεσόντας.

[h] Τότε καὶ Ἀγαθοκλῆς ὁ Σάμιος ταξιαρχῶν παρ' Ἀλεξάνδρῳ, καὶ τιμώμενος παρ' αὐτοῦ, μικροῦ δεῖν συγκαθείρχθη λέοντι, διαβληθεὶς ὅτι δακρύσειε παριὼν τὸν Ἡφαιστίωνος τάφον. ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν λέγεται βοηθῆσαι Περδίκκας, ἐπομοσάμενος κατὰ πάντων [i] τῶν θεῶν, καὶ κατὰ Ἡφαιστίωνος,

d Ἐφρόνει] Εὐφρόνει male *P.* *e* Πόσους] Ὅσους B. *f* Οἰόμεθα] Οἴει B. *g* Παρὰ] Et ſic *Fl.* cum cett. *h* Τότε] Ὅτε B, recte, ait *Solan.* *i* Τῶν] Sine articulo B.

drianus, quem non ſecus ipſe, ac Hephæſtionem Alexander, dilexerat. *Spartianus* in ejus vita: *Et Græci quidem volente Hadriano eum conſecraverunt, oracula per eum dari aſſerentes, quæ Hadrianus ipſe compoſuiſſe jactatur.* *J.T.*

34. Παρέδρῳ] *Servius* in VII. Æneid. *Revera Virbius eſt numen conjunctum Dianæ, ut matri Deûm Attis, Minervæ Erichthonius, Veneri Adonis.* Id eſt πάρεδρος. Πάρεδροι etiam σύνθρονοι dicti, teſte *Heſychio*, quamquam viri docti τοὺς παρέδρους τοῖς συνθρόνοις inferiores exiſtimant, & ordine, & dignatione. quin & Gallus ſeſe apud noſtrum in dialogo ſui nominis πάρεδρον Ἑρμοῦ jactat. *J.T.*

Παρέδρῳ] *Ælianus* de Demade V. 12. ἐψηφίσατο θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον τρισκαιδέκατον, id eſt πάρεδρον τῶν δώδεκα θεῶν. Συνθρόνους etiam vocabant; *Salmaſius*. Unicuique Deorum ſuos tribuebant παρέδρους. Matri Deûm Idaeos Dactylos, Æſculapio Ὑγίειαν, Ἰασὼ & Τελεσφόρον. Et ſic aliis alios aſſeſſores. *M du S.*

Παρέδρῳ & ἀλεξικάκῳ] Πάρεδρον hic eſſe praeſentem auxilio, & tanquam *aſſidentem mortalibus aegris* Deum vel Heroëm, recte monuit Vir doctus *Ger. d'Arnaud* de Diis παρέδροις c. 27. cujus obſervatis adjiciendum, quod *Salmaſ.* docuit Exerc. *Plin.* p. 248, b, B. ex Juſtino M. & Euſebio, jungi etiam ſolere παρέδρους & ὀνειροπομποὺς δαίμονας. Ἐπιφάνειαν etiam de ſomniis dici, ibidem monet vir ſummus. Verum de hac quidem omnia jam laudatus *Tollio*, *Spanhem.* diſſ. 7. divini operis p. 425. ſeq. *J.M.G.*

Ibid. Ἀλεξικάκῳ] Quod Herculi, quem æmulabatur Alexander, cognomen datum in Deorum numerum cooptato. Fuit item Apollinis cognomen, de quo videndus *Pauſanias* in Atticis, pag. VI. *J.T.*

36. Ἐπίστευε] *Juvenal.* Sat. IV.

—— Quid apertius? Et tamen illi
Surgebant criſtæ. Nihil eſt, quod credere de ſe
Non poſſit, cum laudatur dis æqua poteſtas.

J.T.

41. Τὸν κοινὸν ἁπάντων θεὸν] Erant enim & peculiares vel populis, vel familiis, ſeu gentibus Dii; *Auſon.* in Cæſaribus:

Æneadum generis qui ſextus & ultimus heres,
Polluit, & clauſit Julia ſacra Nero.

Inprimis heroes in Deûm numerum relati; ut populo Romano Quirinus. Ceterum, qui plura Deorum nomina deſiderat, uni tantum culta vel cognita populo, legat cap. XXIV. *Apologetici Tertulliani*, & lib. IV. *Auguſtini* de Civitate Dei, cap. 8. & paſſim. *Sermon.* VIII. *Theodoreti* ad infideles Græcos, &c. *J.T.*

44. Ταξιαρχῶν] Verte; *Ordinum ductor, quique magno apud Alexandrum in honore erat.* *J.T.*

46. Συγκατείρχθη λέοντι] Alludit ad hiſtoriam Lyſimachi, quem Alexander Leoni objecerat. *J.T.*

49. Ἐπομοσάμενος] Eodem ferme dolo, quo Julius Proculus uſus, interfecto, ſeu diſcerpto a Patribus Romulo, quo deſiderium plebis leniret. Adi *Livium* lib. I. & Florum, cap. 1. *J.T.*

νος, ὅτι δὴ κυνηγετοῦντι οἱ, φανέντα ἐναργῆ τὸν θεὸν ἐπισκῆψαι εἰπεῖν Ἀλεξάνδρῳ, φείσασθαι Ἀγαθοκλέους. οὐ γὰρ ὡς ἀπιστοῦντα, οὐδὲ ὡς ἐπὶ νεκρῷ δακρῦσαι, ἀλλὰ τῆς πάλαι συνηθείας [a] μνημονεύοντα.

Ἡ γοῦν κολακεία καὶ ἡ διαβολὴ τότε μάλιστα χώραν ἔσχε πρὸς τὸ Ἀλεξάνδρου πάθος συντιθεμένη. καθάπερ γὰρ ἐν πολιορκίᾳ οὐκ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ, καὶ ἀπόκρημνα, καὶ ἀσφαλῆ τοῦ τείχους προσίασιν οἱ πολέμιοι, ἀλλ' [b] ἐν ᾗ ἀφύλακτόν τι μέρος ἢ σαθρὸν [c] αἴσθωνται, ἢ ταπεινὸν, ἐπὶ τοῦτο πάσῃ δυνάμει χωροῦσιν, ὡς ῥᾷστα παρεισδῦναι καὶ ἑλεῖν δυνάμενοι· οὕτω καὶ οἱ διαβάλλοντες, ὅ, τι ἂν ἀσθενὲς ἴδωσι τῆς ψυχῆς, καὶ ὑπόσαθρον, καὶ εὐεπίβατον, τούτῳ προσβάλλουσι, καὶ προσάγουσι τὰς μηχανάς· καὶ τέλος ἐκπολιορκοῦσι, μηδενὸς ἀντιτασσομένου, [d] μηδὲ τὴν ἔφοδον [e] αἰσθομένου. εἶτ' ἐπειδὰν ἐντὸς ἅπαξ τειχῶν γένωνται, πυρπολοῦσι πάντα, καὶ καίουσι, καὶ σφάττουσι,

adeo Hephaeſtionem, venanti ſibi apparuiſſe manifeſtum Deum, ac juſſiſſe dicere Alexandro, parceret Agathocli; neque enim quod fidem non haberet, vel tanquam de mortuo, ſed veteris conſuetudinis memoria, fleviſſe.

19. Adulatio igitur atque calumnia tum maxime locum invenere apud Alexandrum, cum ad illius ſe affectionem animi componerent. Quemadmodum enim in obſidione non ad excelſa, & praerupta, & tuta murorum accedunt hoſtes, ſed ſi qua incuſtoditam partem aliquam corruptamve animadvertunt, aut humilem; hanc viribus omnibus invadunt, ubi nempe facillime ſubire, & capere urbem poſſint: ſic delatores quamcumque imbecillam viderint animi, vitioſamque partem, & ſuperatu facilem, hanc oppugnant, huic machinas adhibent, & expugnant denique, cum objiciat ſe nemo, quin oppugnationem neque ſentiat. Deinde cum ſemel ſunt intra moenia, igne vaſtant omnia, urunt, caeduntque & abigunt,

a Μνημονεύοντα] Μνημονεύσαντα B. & *Fl.* *b* Ἐν] Etiam adeſt in *Fl.* *c* Αἴσθωνται] Αἴσθονται B. *d* Μηδὲ] Μὴ δὲ Edd. vett. ut ſemper. *e* Αἰσθομένου] Et ſic *Fl.* *B1.* *P.* &c. An αἰσθανομένου; adſcripſit *Solan.*

51. Ὅτι δὴ] Legebam initio, ὅτι ἤδη. verum τὸ ὅτι eleganter ſaepe παρέλκει. *J.T.*

58. Καθάπερ γὰρ ἐν πολιορκίᾳ] Eadem in Halieuticis ſimilitudine uſus eſt Oppianus lib. V.

Ὡς δ' ὅτε δυσμενέων βριαρὸς λόχος ἀντιβίοισι
Λάθριος ἐμπελάσῃ μεσάτην ἐπὶ νύκτα δοκεύσας,
Εὕδοντας δὲ κίχῃσι φυλακτῆρας πρὸ πυλάων
Ἄρεος εὐμενέοντος, ἐνιπλήξας δ' ἐδάμασσεν.
Ἔνθεν ἔπειτ' ἄκρην τε πόλιν, καὶ τύρσιν ἐπ' αὐτὴν
Θαρσαλέοι σπεύδουσι, πυρὸς βέλος, ἀστέος ἄτην,
Δαλὸν εὐδμήτων μεγάρων αἰστῆρα φέροντες
Ὡς τότε &c.

Ac veluti inſidiæ media ſub nocte propinquant
Hoſtibus occulto, & curis ſomniſque ſolutas
Excubias arcis nactæ ſub Marte quieto,
Cædunt; & ſternunt cuſtodum corpora paſſim:
Hinc propere vadunt ſumma ad veſtigia muri,
Audaceſque locant flammas in arce micantes,
Urbis caſuræ ſignum, torremque ferentes,
Qui ſit robuſtus jam prenſæ malleus arcis:
Sic tunc &c.

Ut & *Apulejus* ex parte lib. V. Metam. *Tunc nocte jam portis patentibus nudatum ſororis animum facinoſæ mulieres, omiſſis tectæ machinæ latibulis, deſtrictis gladiis fraudium ſimplicis puellæ paventes cogitationes invadunt.* *J.T.*

61. Ἀλλ' ἐν ᾗ] Non ſatis placere mihi fateor hoc ἐν ᾗ. Poſſis quidem intelligere χώρᾳ· ſed uſum formulae hujus deſidero: ac malim legi ἀλλ' ἔνθα, vel, quod magis probo, ᾗ ἂν vel εἴ πῃ, quod forte omnium proxime ad ſcripturam receptam accedit, ἀφύλακτόν τι μέρος κ. τ. λ. & ſic interpretatus ſum. *J.M.G.*

65. Ὅτι ἂν ἀσθενὲς] *Themiſtius* Orat. III. Καὶ ὅπου ἂν αἴσθηται αὐτὴν εὐπραγοῦσαν, ἠρέμα εἰσοικισαμένη κατὰ σμικρὸν ὑπορύττει καὶ ἐλέγχει τὸ ἄφρακτόν τε καὶ ἀσθενῆ. *Quæ ubi ad votum ſuccedere ſibi conatus ſuos ſenſerit, perblande irrepens paulatim eum ſubruit, & ſcrutatur, qua parte minime munitus, ac minime valens eſt.* *J.T.*

67. Καὶ προσάγουσι τὰς μηχανάς] *Eique ſuas machinas admovent.* *J.T.*

76. Προσλιπάρησις] Non eſt *obſecratio*, uti reddidit interpres: ſed eſt *aſſiduitas* in calumniando; aut ſi ita mavis, in aſſentando ſimul & calumniando, qua quaſi obtunditur ille, quem in amicum veterem volunt concitare. *J.T.*

78. Συγγενὴς] Πρόδρομον ὑποκρίσεως vocat Themiſtius, *emiſſariam ſimulationis.* *J.T.*

82. Διατριβὰς] Et hic ſecutus ſum Ed. *J.* quod enim

gunt, qualia nempe victo animo & in ſervitutem redacto, fieri probabile eſt.

ϗ ἐξελαύνουσιν, οἷα εἰκὸς ἁλισκομένης ψυχῆς, ϗ ἐξηνδραποδισμένης ἔργα εἶναι.

20. Machinae autem illis contra abſentem fraus, & mendacium, & perjurium, & improba aſſiduitas, & impudentia & ſexcenta alia maleficia. Maxima autem omnium adulatio eſt, cognata vel ſoror potius delationis. Nemo enim tam generoſus eſt, & adamantino muro ſic munitum pectus habet, quin concedat adulationis calumniis: cum praeſertim velut cuniculis quibusdam fundamenta ſubruat delatio.

Μηχανήματα δὲ αὐτοῖς κατὰ τοῦ [f] ἀπόντος ἥτε ἀπάτη, ϗ τὸ ψεῦδος, ϗ ἡ ἐπιορκία, ϗ προσλιπάρησις, ϗ ἀναισχυντία, ϗ ἄλλα μυρία ῥᾳδιουργήματα· ἡ δὲ μεγίστη πασῶν ἡ κολακεία ἐστὶ, συγγενὴς, μᾶλλον δὲ ἀδελφή τις οὖσα τῆς διαβολῆς. οὐδεὶς γοῦν οὕτω γεννάδας ἐστὶ, ϗ ἀδαμάντινον τεῖχος τῆς ψυχῆς προβεβλημένος, ὃς οὐκ ἂν ἐνδοίη πρὸς τὰς τῆς κολακείας [g] διαβολάς· ϗ ταῦτα ὑπορυττούσης, ϗ τοὺς θεμελίους ὑφαιρούσης τῆς διαβολῆς.

21. Et extra quidem ſunt iſta. Intus vero proditiones multae *hoſtem* adjuvant, quae manum praebent, & portas aperiunt, & omni modo expugnationi audientis favent. Primo quidem novitatis amor, qui natura ineſt omnibus hominibus; & illud celere eorum, quae vix attigimus, faſtidium: tum quod mirabiles auditiones ſectamur. Gaudemus enim, neſcio quomodo, univerſi

Καὶ τὰ μὲν ἐκτὸς ταῦτα. ἔνδοθεν δὲ πολλαὶ προδοσίαι συναγωνίζονται, τὰς χεῖρας ὀρέγουσαι, ϗ τὰς πύλας ἀναπετῶσαι, ϗ πάντα τρόπον τῇ ἁλώσει τοῦ ἀκούοντος συμπροθυμούμεναι. πρῶτον μὲν τὸ φιλόκαινον, ὃ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, ϗ τὸ [h] ἀψίκορον. ἔπειτα δὲ τὸ πρὸς τὰ παράδοξα τῶν ἀκουσμάτων ἐπόμενον. οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως ἡδόμεθα πάντες [i] λαθρηδὰ, καὶ πρὸς

f Ἀπόντος] Sic *Fl. Fr. H. P.* &c. & B. Ἀκούοντος *J.* & *V2.* *g* Διαβολάς] Sic B. cum *Fl. Fr. H. V2.* &c. Διατριβάς *J.* ſola, & marg. *A1.* *h* Ἀψίκορον] Sic *J. Ald. Fr. H. S.* Adſpirate *Fl. B. P.* *i* Λαθρηδὰ] Conſtans lectio, ait *Solan. Ald.* 2. tamen aliter, v. not. *Geſn.*

91. Τὸ ἀψίκορον] Παρὰ ἄψ, ὃ σημαίνει τὸ εὐθέως, ϗ τὸ κόρος, ὁ εὐθέως κόρον λαμβάνων, ϗ ταχέως πληρούμενος. καινοπρεπὲς τὸ σχῆμα· * οὐκ οἶδα γὰρ ὅπως τὸ κοινὸν τὸ καθωμιλημένον. *V.*

92. Οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως] Καινοπρεπὲς τὸ σχῆμα. οὐκ οἶδα γὰρ ὅπως τὸ κοινὸν τὸ καθωμιλημένον. *V.* alter. (In Ed. ad Λαθρηδὰ relatum, & poſt σχῆμα omnia omiſſa.)

* Οὐκ οἶδα] In C hic novum ſcholion conſtitutum, quod jam ſupra alicubi habuimus. In Editis vero οὐκ omiſſum implevit aliaque menda correxit *M. du S.*

nim in aliis erat διαβολὰς, ferri nequaquam poteſt, cum ſtatim ſequatur ϗ ταῦτα θεμελίους ὑφαιρούσης τῆς διαβολῆς. *M. du S.*

89. Τὸ φιλόκαινον] *Plin.* lib. XII. Nat. Hiſt. cap. 1. *Eſt natura hominum novitatis avida.* *Plin.* Junior lib. VIII. epiſt. XVIII. *aures hominum novitate laetantur.* Hinc *Homerus:*

Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.
J.T.

91. Τὸ ἀψίκορον] *Propert.* lib. II. eleg. 33.

Elevat aſſiduos copia longa viros.

Monetque *Iſocrates* ad evitandam illam ſatietatem, τὰς ἐντεύξεις μὴ πυκνὰς ποιεῖν τοῖς αὐτοῖς. *ne ſaepius eosdem alloquamur*, in orat. ad Demonicum. Eximium hac de re præceptum eſt apud *Ciceronem* de amicitia cap. 19. *Non enim*, inquit, *amicitiarum eſſe debent, ſicut aliarum rerum, ſatietates. Veterrima quaeque, ut ea vina, quae vetuſtatem ferunt, eſſe debent ſuaviſſima: verumque illud eſt, quod dicitur, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiae munus expletum ſit, novitates autem, ſi ſpem afferunt, ut tamquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non ſunt illae quidem repudiandae: vetuſtas tamen ſuo loco conſervanda eſt.* *J.T.*

93. Λαθρηδὰ ϗ πρὸς τὰς λεγομένας] Locus depravatus. *F.G.*

Λαθρηδὰ τὸ πρὸς τὸ οὖς λεγόμενα ϗ μεστὰ ὑπονοίας ἀκ.] Ita locum hunc fere conclamatum refinxi fauſtis, ni vehementer divinatio me fallit, avibus. Vide quid

[a] πρὸς τὰς λεγομένας καὶ μεστὰς ὑπονοίας [b] ἀκούοντες. οἶδα γοῦν τινας οὕτως ἡδέως γαργαλιζομένους τὰ ὦτα ὑπὸ τῶν διαβολῶν, ὥσπερ [c] τοὺς πτεροῖς κνωμένους.

Ἐπειδὰν τοίνυν ὑπὸ τούτων ἁπάντων συμμαχούμενοι προσπέσωσι, κατὰ κράτος αἱροῦσιν, οἶμαι, καὶ οὐδὲ δυσχερὴς ἡ νίκη γένοιτο, μηδενὸς ἀντιπαρατατομένου, μηδὲ ἀμυνομένου τὰς προσβολάς. ἀλλὰ τοῦ μὲν ἀκούοντος ἑκόντος ἑαυτὸν ἐνδιδόντος· τοῦ διαβαλλομένου δὲ τὴν ἐπιβουλὴν ἀγνοοῦντος. ὥσπερ γὰρ ἐν νυκτὶ πόλεως ἁλούσης, καθεύδοντες οἱ διαβαλλόμενοι φονεύονται.

audire, quae clanculum atque ad aurem dicuntur, & plena ſunt ſuſpicionum. Novi enim quosdam, quorum aures non minus ſuaviter titillantur a calumniis, quam ſi plumis tangerentur.

22. Cum igitur tantis undique auxiliis nixi ingruunt, vi vincunt, puto, nec difficilis victoria fuerit, cum nemo ſtet in contraria acie, nec impetum repellat; ſed ille qui audit ſua ſe ſponte dedat; qui vero petitur, ignoret inſidias. Velut enim capta noctu urbe, dormientes caeduntur quos petit delatio.

23. Et

a Πρὸς τὰς &c.] Sic Edd. omn. & B. Πρὸς τὸ οὖς λεγόμενα καὶ μεστὰ vult *Solan.* ac *Geſn.* optime. *b* Ἀκούοντες] Ἀκοὰς *Ald.* 2. *c* Τοὺς] Τοῖς B.

in omnibus noſtris libris antea fuerit. οὐ. γ. ὁ. ὁ. ἡδόμεθα πάντες λαθρηδὰ, καὶ πρὸς τὰς λεγομένας καὶ μεστὰς ὑπονοίας ἀκούοντες. Nullo prorſus ſenſu. Quid ad id Viri docti? quid *Tollius?* Conatus eſt quidem emendare; eo usque laudem meritus eſt; ſed friget ejus emendatio. Noſtra ſcribentis mentem ipſam jam liquido praeſtat. Nec ullus jam ſcrupulus, pauculis tantum litteris mutatis, ſupereſt. Quod jam Lucianus dicit, nemo eſt, qui non a ſe dictum, aut ſcriptum hoc in loco credat aut velit, quod certae emendationis ſignum eſt. Haec autem cum ſcriberet Lucianus, ob oculos hunc *Demoſthenis* l. habuiſſe videtur, π. στεφ. circa initium p. Ed. *Wolf.* 473. φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει τῶν μὲν λοιδοριῶν καὶ τῶν κατηγοριῶν ἀκούειν ἡδέως, τοῖς ἐπαινοῦσι δ᾽ αὐτοὺς ἄχθεσθαι. *Tacit.* Hiſt. I. 1. *Obtrectatio & livor pronis auribus accipiuntur.* *M. du S.*

Ibid. Καὶ πρὸς τὰς λεγομένας] Hunc locum eſſe corruptum ipſa inſignis varietas indicat. *Ald.* 2. ſic, ἡδόμεθα πάντες, λαθρηδὰ καὶ πρὸς τὰς λαθρηδὰ λεγομένας καὶ μεστὰς ὑπονοίας ἀκοάς. Hanc lectionem exhibet etiam *Jo. Caſelius*, qui ſeparatim hunc libellum dedit Helmſtadii 1594. 4. Vertit autem anno proximo ſic: *Neſcio enim qui fiat, ut omnes clandeſtinis ſermonibus capiamur, & avide arripiamus, quaecunque ſuſpicionum plena ab aliis inſuſurrantur.* Melanchthon tranſtulerat, *Neſcio enim, qui fit, ut omnes amore ſui immodico admiratio furtim rapiat, & ſuſpicionibus illectet.* Benedictus: *Neſcio quo pacto gaudemus omnes clanculum, cum plenas ſuſpicione delationes accipimus.* Scilicet certi quid negat contextum Graecae orationis. Varietas illa orta, niſi fallor, ex quo τὸ οὖς vel τ᾽ οὖς adeo obſcure ſcriptum, tranſiit in τάς. Nempe dediſſe puto, vel ita, vel non multo aliter, Lucianum Οὐ γὰρ οἶδ᾽ ὅπως ἡδόμεθα πάντες λαθρηδὰ καὶ πρὸς τ᾽ οὖς λεγόμενα, καὶ μεστὰ ὑπονοίας ἀκούοντες. *J. M. G.*

94. Πρὸς τὰς λεγομένας καὶ μεστὰς] Vix mihi tempero, quin *Solani* emendationem in contextum recipiam; ac miror cur ad confirmandam ſuam ſententiam non addiderit idem occurrere ſupra c. 2. καὶ παρ᾽ ὅλον τὸ δεῖπνον πρὸς τὸ οὖς αὐτῷ κοινολογούμενον. Cumque Cl. *Geſnero* eadem emendatio in mentem venerit, iſte conſenſus magnum veritatis indicium. Proinde igitur habeat Lector, ac ſi πρὸς τὸ οὖς λεγόμενα καὶ μεστὰ edi curaſſem, quamquam corruptam lectionem propter nonnullos retinui, quia in tribus verbis aliquid mutandum erat; quod me tamen non moraretur; nam cum τὸ οὖς vel τοὖς ſemel tranſiſſet in τὰς, quid mirum, ſequentes Librarios etiam genus adjectivorum ad id adcommodando corrupiſſe? *J. F. R.*

Ibid. Μεστὰς ὑπονοίας] Gnome Gr.

> Ὑπόνοια δεινόν ἐστιν ἀνθρώποις κακόν.
> *Suſpicio grave eſt hominibus malum.*

Vide quæ ad cap. 111. P. Syrus:

> *Ad triſtem partem ſtrenua eſt ſuſpicio.*

J. T.

Ibid. Ὑπονοίας] Recte igitur *Seneca* in iræ devitatione monet *tollendam ex animo ſuſpicionem & conjecturam, fallaciſſima irritamenta*; lib. II. de Ira, cap. XXIV. Idem lib. III. cap. XXX. *Taurum color rubicundus excitat: ad umbram aſpis exſurgit: urſos leonesque mappa proritat. Omnia, quæ natura fera ac rabida ſunt, conſternantur ad vana. Idem inquietis & ſtolidis ingeniis evenit; rerum ſuſpicione feriuntur.* *Auſonius* in epiſt. ad Paulinum:

> *Nec quæ compoſitis male ſuada & credula cauſis*
> *Concinnat veriſimilis ſuſpicio culpas.*

Ita

23. Et quod omnium miſerrimum eſt, hic quidem, rerum omnium ignarus, accedit ad amicum hilaris, ut qui nullius mali ſibi ſit conſcius, & conſueta loquiturque ac facit, undique inſidiis circumventus miſer. Alter vero, ſi quid generoſi pectoris habeat ac liberalitatis, & fiduciae, ſtatim erumpit iram, & impetum animi effundit, tandemque admiſſa defenſione intelligit, ſe fruſtra contra amicum incitatum fuiſſe.

Καὶ τὸ πάντων οἴκτιστον, ὁ μὲν οὐκ εἰδὼς τὰ γεγενημένα, προσέρχεται τῷ φίλῳ φαιδρὸς, ἅτε μηδὲν φαῦλον ἑαυτῷ [d] συνεπιστάμενος, καὶ τὰ συνήθη λέγει, καὶ ποιεῖ, παντὶ τρόπῳ ὁ ἄθλιος [e] ἐνηδρευμένος. ὁ δὲ, ἢν μὲν [f] ἔχῃ τι γενναῖον, καὶ ἐλεύθερον, καὶ παῤῥησιαστικὸν, εὐθὺς [g] ἐξέῤῥηξε τὴν ὀργὴν, καὶ τὸν θυμὸν ἐξέχεε, καὶ τέλος, τὴν ἀπολογίαν [h] προαισθόμενος, ἔγνω μάτην κατὰ τοῦ φίλου [i] παρωξυμένος.

24. Si vero minus generoſus ſit atque humilior, admittit ille quidem, & ſummis labris arridet; ſed idem odit, & clanculum frendit dentibus, &, ut ait poëta, iram te-

Ἢν δὲ ἀγεννέστερος καὶ ταπεινότερος, προσίεται μὲν καὶ προσμειδιᾷ τοῖς χείλεσιν ἄκροις, μισεῖ δὲ, καὶ λάθρα τοὺς ὀδόντας διαπρίει, καὶ, ὡς ὁ ποιητής φησι, βυσσοδο-

d Συνεπιστάμενος] Ἐφιστάμενος B. *e* Ἐνηδρευμένος] Ita Edd. & B. Ἐνεδρευόμενος *V2*. *f* Ἔχῃ] Ἔχει B. *g* Ἐξέῤῥηξε] Διέῤῥηξε *Coll.* *h* Προαισθόμενος] Nil mut. Edd. nec B. An προσεισόμενος; marg. *J.* *i* Παρωξυμένος] Παρωξυμμένος B. Nil mut. Edd.

12. Τὰ συνήθη] Πέπονθα τοῦτο ἐγὼ, ὦ θεία δίκη, καὶ πάντα, εἰ καὶ μὴ, πρὸς βραχὺ, νικῶσα Ἀλήθεια. G.

Ita enim illic legendum: non, *male ſuadæ credula cauſis*, uti partim Cel. *Graev.* vidit, partim nos emendandum judicamus. *Compoſitæ cauſæ* ſunt fictæ calumniæ. Sic *Phædr.* f. 1.

Qui fictis cauſis innocentes opprimunt.

Hic autem lubens legam; ἤδη πάντες πρὸς τὰς λαθραίας λεγομένας, καὶ μὴ ἐπ. διαβολάς. *J.T.*

6. Τὴν ἐπιβουλὴν ἀγνοοῦντος] Egregie *Cicero* Verrina II. cap. 15. *Eum qui palam eſt adverſarius, facile cavendo vitare poſſis: hoc vero occultum, inteſtinum, ac domeſticum malum non modo non exiſtit, verum etiam opprimit, antequam perſpicere atque explorare potueris.* Facete Hiſpani,

Del agua manſa me guarde Dios, que
de la brava me guardaré.
Id eſt,
A flumine leni ac placido me Deus tutum praeſtet:
A torrente facile me ipſe tutabor.

J.T.

15. Ἐξέῤῥηξε τὴν ὀργὴν] *Seneca* de Ira l. II. cap. 29. *Quid eſt iniquius, quam ſecreto credere, palam iraſci?* *J.T.*

17. Προσιέμενος] In omnibus libris noſtris hic legebatur antea προαισθόμενος, quo quid abſurdius dici poteſt? Immo vero προσιέμενος, ut c. 15. & 25. *M. du S.*

Προαισθόμενος] Si *praeſentit*, *praecipit*, cur adjicitur τέλος; Suſpicor ſcripſiſſe Lucianum προσιέμενος, *admittens*, vel ſi quod verbum ejusdem poteſtatis propius ad literas verbi προαισθόμενος accedit. *J.M.G.*

Προαισθόμενος] Et hic *Solani* emendationem recipiendam duco; verum quia & aliud verbum effingi poteſt, quod ſatisfaciat, vitioſam lectionem exhibeo, donec Codd. ſubſidio veniant. *J.F.R.*

20. Τοῖς χείλεσιν ἄκροις] Hoc eſt, non ex animo. Sic *ſummis labiis hoſpitem invitare*, dixit *Hieronymus*. Noſter autem, ἀπ' ἄκρου χείλους φιλοσοφεῖν, in *Apologia* & in *Dialog. Meretr.* ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους τοὺς ὅρκους ἔχειν. plura *Eraſm.* in Adagiis. *J.T.*

22. Ὡς ὁ ποιητής φησι] *Homer.* Ὀδυσ. ρ.

Ἐσθλὰ ἀγορεύοντες, κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδόμευον.
Bona praedicantes, mala autem in pectoribus occultabant loquentes.

& Ὀδυσ. θ. in adult. Martis & Ven. de Vulcano: κακὰ φρεσὶ βυσσοδομεύων. Eſt & apud *Heſiod.* δόλον φρεσὶ βυσσοδομεύων. *Dolum mente occulens.* *Heſych.* βυσσοδομεύει, ἐνθυμεῖται, μηχανᾶται, ἀποκεκρυμμένως βουλεύεται, καὶ ἐκ βάθους. Noſter in Philopatride, c. 1. μύχιον δὲ βυσσοδομεύεις, ἄνω καὶ κάτω περιπολῶν, κερδαλεόφρονι ἐοικώς. *J.T.*

Ibid. Βυσσοδομεύει τὴν ὀργὴν] Namque, ut in Medea *Seneca*,

Ira quæ tegitur, nocet:
Profeſſa perdunt odia vindictæ locum.

J.T.

Βυσσοδομεύει] Utitur hoc verbo *Heſiodus*, α. 3. δόλον φρεσὶ —ων. Utitur etiam *Homer.* Od. Δ. 676. & alibi. Sed apud neutrum tota occurrit phraſis. *M. du S.*

δομεύει τὴν ὀργήν. οὗ δὴ ἐγὼ οὐδὲν οἶμαι ἀδικώτερον, οὐδὲ δουλοπρεπέστερον, ἐνδακόντα τὸ χεῖλος ὑποστρέφειν τὴν χολὴν, καὶ τὸ μῖσος [a] ἐν αὐτῷ κατάκλειστον αὔξειν, ἕτερα μὲν κεύθοντα ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλα δὲ λέγοντα, καὶ [b] ὑποκρινόμενον ἱλαρῷ καὶ κωμικῷ προσώπῳ, μάλα περιπαθῆ τινα καὶ [c] πένθους γέμουσαν τραγῳδίαν. μάλιστα δὲ τοῦτο

net alta mente repoſtam. Qua ſane re nihil equidem injuſtius eſſe arbitror, aut ſervilius; commorſo labio, clanculum alere bilem, & concluſum intra ſe augere odium, aliud ſub pectore tectum habere, aliud vero dicere, atque ſimulare, ſub hilari & comica perſona, triſtem plenamque tragoediam. Maxi-

a Ἐν αὐτῷ] Ἑαυτῷ ſine ἐν *Fl.* *b* Ὑποκρινόμενον] Recepi ex *V2.* & B. & marg. *A1.* Ὑποκινούμενον Edd. cett. *c* Πένθους] Reſtitui ex *J.* Omiſſum enim in cett. & B.

23. Ἀδικώτερον] Cæcilius apud *A. Gellium* lib. XV. cap. 9.

Nam ii ſunt inimici peſſimi, fronte hilari,
Corde triſti: quos neque ut apprehendas, neque ut mittas, ſcias. *J.T.*

24. Ἐνδακόντα τὸ χεῖλος] More indignantium. Vide *Eraſm.* in Adag. *Mordere Labium.* *J.T.*

26. Ἕτερα μὲν κεύθοντα] Achillis verba ſunt apud *Homerum* Iliad. I.

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν,
Ὅσγ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζῃ.
Ille mihi inviſus, non ſecus ac inferni portæ,
Qui aliud in animo verſat, aliud autem loquitur.

Hinc *Phocylides:*

Μηδ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἄλλ' ἀγορεύων.
Neque aliam occultes in corde ſententiam, alia proloquens.

Et tamen, ut P. *Syrus* ait:

Homo ſemper in os fert aliud, aliud cogitat. *J.T.*

Ἕτερα μὲν κεύθοντα] *Iliad.* I. 312. *M. du S.*

28. Καὶ ὑποκινούμενον] Non cepit hæc interpres. Repone igitur; *& hilari mimicoque vultu triſtia & tragica conſilia verſat.* Lege autem cum Cel. *Graevio*; ὑποκρινόμενον. mox lego: κακῶν γέμουσαν. *Val. Flaccus:*

Fingit placidis fera pectora dictis. *J.T.*

Ibid. Ὑποκινούμενον ἱλαρῷ καὶ κωμικῷ προσώπῳ μάλα περιπαθῆ τινα καὶ γέμουσαν τραγῳδίαν] Salmurienſis interpolator: *plenam affectibus tragoediam in ſe commovet.* Quanto rectius & elegantius Philippus Melanchthon: *agitque laeta & comica facie tragoediam meram, & nihil non triſte patientem.* Sed tamen περιπαθὴς non eſt *triſte patiens.*, ſed potius cum de homine loquuntur, eſt graviter commotus, & affectus. Περιπαθὴς ὢν τοῖς ὄψοις apud *Athenaeum* lib. I. Dipnoſoph. eſt qui obſoniis valde movetur & delectatur, obſoniorum valde avidus. περιπαθὴς τραγῳδία eſt tragoedia acerba in eum, de quo agitur. ὑποκινεῖσθαι τραγῳδίαν, Græcis eſt inſolens loquendi genus. Sed ſcribendum ſine dubio & mora, ut olim conjeceram, & nunc in Mſ. meam conjecturam veram eſſe deprehendi, ὑποκρινόμενον τραγῳδίαν *tragoediam agendam.* ὑποκρίνεσθαι eſt propriam hiſtrionum fabulam agentium in ſcena, unde ὑποκριτὴς eſt hiſtrio. In *Pſeudologiſta* cap. 19. κἀκεῖνα μέμνηνται ὡς τὸ εἰκὸς, ἃ πρὸς τὸ θέατρον ἐνεανιεύου, τοῖς ὀρχησταῖς ὑποκρινόμενος, καὶ συνταγματάρχης ἀξιῶν εἶναι. Salmurienſis: *Ea etiam meminerunt, ut eſt conſentaneum, quae in theatro juvenis agebas, cum ſaltatoribus reſpondebas, atque una chori dux eſſe cupiebas.* Ultima verba non recte vertuntur. ὑποκρίνεσθαι non eſt *reſpondere*, ſed eſt hoc loco *ſecundas agere* ſeu *facere.* ſic interpretandum, *cum hiſtrionibus ſecundas faceres, & gregis dux eſſe cuperes.* Plautus Aſin. II, I. *Jam nunc ſecundas mihi facis.* Proprie autem *grex* de hiſtrionibus. *Petron.*

Grex agit in ſcena mimum, pater ille vocatur;
Filius hic, nomen divitis ille tenet.

Grex Romanus in antiqua inſcriptione de pantomimis. Ὀρχησταὶ autem dicebantur pantomimi, ut *cantores* hiſtriones. Nondum tamen locus eſt ab omni mendo purgatus. Quid enim γέμουσα *plena tragoedia?* Cujus rei erat plena? Excidit vocula. Credo Lucianum ſcripſiſſe γέμουσαν μίσους *plenam odii.* Et ſic totum locum vertendum, *agentem ſub perſona laeta & comica tragoediam valde aſperam & plenam odii. aſpera tragoedia* ut apud Sueton. in Auguſto: *aſperrimae litterae.* ſed *ſub perſona*, ut apud Mimum Syrum:

Heredis fletus ſub perſona riſus eſt.

Clariſſimus Vir *Jacob. Tollius*, conjecit legendum eſſe κακῶν γέμουσαν. quod non improbo. *J.G.G.*

Ὑποκρινόμενον] Mſ. Gr. & *V2.* In reliquis prave ὑποκινούμενον. *M. du S.*

Ὑποκινούμενον — προσώπῳ] Favet *Graevio* etiam Caſeliana lectio ὑποκρινούμενον. Ac de ſententia nullum eſt dubium. Illud non auſim negare, ὑποκινεῖσθαι forte ipſum quoque aptum huic rei verbum, cui tanquam rariori ſubſtituerit aliquis alterum ſolenne. Κινεῖ-

Maxime vero ita afficiuntur, cum delator qui olim amicus videtur fuiſſe ejus quem defert, tamen hoc facit. Tum enim neque vocem audire amplius volunt eorum, quos calumnia petiit, dum cauſſam dicunt: quod fide dignam accuſationem ex longa, quam putant, amicitia praeſumunt, neque hoc cogitant, multas ſaepe inter amiciſſi-

πάσχουσιν, ἐπειδὰν πάλαι φίλος ὁ ἐνδιαβάλλων δοκῶν εἶναι τῷ ἐνδιαβαλλομένῳ, ποιῆται ὁμοίως. τότε γὰρ [d] οὔτε φωνὴν ἀκούειν ἔτι θέλουσι τῶν διαβαλλομένων, ἢ τῶν ἀπολογουμένων, τὸ ἀξιόπιστον τῆς κατηγορίας ἐκ τῆς πάλαι δοκούσης φιλίας προειληφότες· οὐδὲ τοῦτο λογιζόμενοι, ὅτι πολλαὶ πολλάκις ἐν τοῖς φιλτάτοις μίσους παρεμπίπτου-

σιν

d Οὔτε] Οὐδὲ marg. *A1.*

37. Ὅτι πολλάκις] *Οἷον ἡδὺ πνεῖς, Λουκιανὲ, κατὰ τῆς καρδίας, ὥσπερ *ἀσαρτίας καὶ μύρου παρὰ πᾶσαν ὑπόνοιαν νῦν ἀληθεύων. V.*

* Ἀσαρτίας καὶ] In editis fuit ἀλαβάστρου, quod emendavit *Solan.* addens: C. D. ἀσαρτίας καὶ, & ſic V. quo nomine unguentum aliquod haud dubie deſignare voluit. Certe ſic tacite mutare, & ἀλαβάστρου edere, ut in Impr. factum eſt, non decet.

νεῖσθαι certe ad ſaltantes referri, nemo, puto, dubitat. Sic *Ariſtoph.* Νεφ. 296. *Μέγα γάρ τι θεῶν κινεῖται σμῆνος ἀοιδαῖς*, loqui videtur de modulato ingreſſu & ſaltatione, id eſt choro, nubium. Jam ὑποκινεῖσθαι ἱλαρῷ προσώπῳ τραγῳδίαν videtur idem ſignificare quod κινεῖσθαι ὑπὸ προσώπῳ τραγῳδίαν, motus tragicos edere ſub perſona ridente. *Τραγῳδίαν γέμουσαν* ſimpliciter verti *plenam*, quod probabilis videretur *Gronoviana* interpretatio, licet quibus argumentis atque exemplis uſus eſt vir doctiſſimus, de illis non idem per omnia exiſtimem. *J.M.G.*

Ὑποκρινόμενον] Hoc recepi, quia veriſſime reſpondet κωμικῷ προσώπῳ; nam comoedorum propria hypocriſis, cujus mentio etiam hoc *Dial.* frequens. Cl. *Geſner*. vulgatum ὑποκινούμενον verterat, *agere*: Ego *ſimulare* repoſui. *J.F.R.*

Ibid. Ἱλαρῷ καὶ κωμικῷ] *Claudianus* in 1. Conſ. Stiliconis lib. II. v. 34.

Inviſos odiſſe palam; non virus in alto
Condere; non laetam ſpeciem praetendere fraudi:
Sed certum mentique parem componere vultum.

J.T.

29. Περιπαθῆ τινα καὶ γέμουσαν τραγῳδίαν] Quum ſimpliciter & pari vocum ordine reddidiſſet Melanchthon *agitque laeta & comica facie tragœdiam meram & nihil non triſte patientem:* Benedictus illud nudum γέμουσαν gravatus *plenam affectibus tragœdiam* dedit, abolito modo, quo per copulativam ſe extendit Lucianus. Id exemplum video placere aliis, qui putant ſupplendam orationem, ut legatur κακῶν γέμουσαν. Quod omnino nequeo probare, etſi videatur prima fronte blandiri. Nam quum dicit Lucianus καὶ γέμουσαν τραγῳδίαν, ſimul tacite intelligit *plenam* eorum caſuum, qui ſolent eſſe proprii tragœdiarum. Quod ipſum ſolent ſaepe omittere. Sic paulo ante dixit μεστὰς ὑπονοίας, non addito quibus rebus eſſent repletæ. Sic in Sympoſio. οἱ σοφοὶ δὲ ἠσέλγαινον, καὶ ἐλοιδοροῦντο καὶ ὑπερενεπίμπλαντο καὶ ἐκεκράγεισαν. Utique nec hic ſpeciatim quidquam addit. Quin etiam *Polybius* libro I. de prælio ad Ægates dicit, nunc πρὸς Ἄννωνα ποιήσας τὸν ἀγῶνα καὶ πρὸς αὐτὰς τὰς ναυτικὰς δυνάμεις καὶ προσέτι γέμοντα τὰ σκάφη, nunc αἱ μὲν γὰρ νῆες γέμουσαι δυσχρήστως διέκειντο πρὸς κίνδυνον. Idem fit apud Græcos in aliis verbis. *J.G.*

Ibid. Πένθους] Sic *Ven.* utraque; in reliquis omnibus omiſſum, tam Mſſ. quam impreſſis. Sed genuina omnino ſcriptura, ut Συγγρ. c. 31. Epicurus apud *Diog. Laërt.* p. 301. B. ὁ δίκαιος ἀταρακτότατος. ὁ δὲ ἄδικος πλείστης ταραχῆς γέμων. Cl. *Bentlejus* repoſuit, & pro γέμουσαν, στένουσαν, aut tale quid reponit. *M. du S.*

30. Γέμουσαν] Lege στένουσαν. *F.G.*

Ibid. Μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν] Verte: *Hoc autem tum illis maxime evenit, cum hic, qui calumniam ſtruit, illi, qui calumnia appetitur, antehac amicus eſſe viſus, eodem modo facit.* *J.T.*

31. Ἐπειδὰν πάλαι φίλος] *Palladas* lib. I. Anthol. cap. 42.

Οὐχ οὕτω βλάπτει μισεῖν ὁ λέγων ἀναφανδὸν,
Ὥσπερ ὁ τὴν καθαρὰν ψευδόμενος φιλίαν.
Τὸν μὲν γὰρ μισοῦντα προειδότες ἐκτρεπόμεσθα.
Τὸν δὲ λέγοντα φιλεῖν οὐ προφυλασσόμεθα.
Ἐχθρὸν ἐγὼ κεῖνον κρίνω βαρὺν, ὅς ποτε λάθρῃ
Τὴν ἀπὸ τῆς φιλίης πίστιν ἔχων ἀδικεῖ.

Non ita nocet, qui odium ſuum præ ſe fert;
Atque ille, qui ſinceram ſimulat amicitiam.
Nam inimicum praeſcientes evitamus.
At ab eo, qui ſe amicum profitetur, nobis non cavemus.
Illum ego gravem judico inimicum, qui clanculum
Per amicitiæ fidem injuriam facit.

J.T.

33. Ποιῆται ὁμοίως] Interpretatus ſum, quaſi legeretur ὅμως, quod placuit etiam Caſelio. *J.M.G.*

Ibid. Τότε γὰρ οὔτε φωνὴν] *Seneca* de Ira lib. I. cap. 7. *Commota enim ſemel & concuſſa mens ei ſervit, a quo impellitur.* *J.T.*

40. Αὐ

σιν αἰτίαι, τοὺς ἄλλους λανθάνουσαι. καὶ ἐνίοτε οἷς αὐτός τις ἔνοχός ἐστι, ταυτὶ φθάσας κατηγόρησε τοῦ πλησίον· ἐκφυγεῖν οὕτω πειρώμενος τὴν διαβολήν. καὶ ὅλως, ἐχθρὸν μὲν οὐδεὶς ἂν τολμήσειε διαβάλλειν· ἄπιστος γὰρ [a] αὐτόθι ἡ κατηγορία, πρόδηλον ἔχουσα τὴν αἰτίαν· τοῖς δοκοῦσι δὲ μάλιστα φίλοις ἐπιχειροῦσι, τὴν πρὸς τοὺς ἀκούοντας εὔνοιαν ἐμφῆναι προαιρούμενοι, ὅτι ἐπὶ τῷ ἐκείνων συμφέροντι οὐδὲ τῶν οἰκειοτάτων ἀπέχοντο.

mos cauſſas odii incidere, quae fugiant alios. Nonnunquam etiam, quorum aliquis ipſe reus eſt, eorum accuſare occupat alium, effugere ita criminationem tentans. Atque in univerſum inimicum criminari nemo auſit. Fidem enim ſtatim amittit delatio, quae cauſſam manifeſtam habeat. Sed illos aggrediuntur, qui maxime videntur amici, qua re ſuam adverſus audientes benivolentiam oſtentatum eunt, qui ipſorum utilitatis cauſſa ne familiariſſimis quidem parcant.

Εἰσὶ δέ τινες, οἳ κἂν μάθωσιν ὕστερον ἀδίκως διαβεβλημένους παρ' αὐτοῖς τοὺς φίλους, ὅμως ὑπ' αἰσχύνης, ὧν ἐπίστευσαν, [b] οὐδ' ἔτι προσίενται, οὐδὲ [c] προσβλέπειν τολμῶσιν [d] αὐτοὺς, ὥσπερ ἠδικημένοι, ὅτι μηδὲν ἀδικοῦντας ἐπέγνωσαν.

25. Sunt vero qui etiam cum deinde dicerunt, injuria delatos apud ſe amicos, tamen verecundia quadam fidei temere habitae, neque admittere quidquam *excuſationis*, nec adſpicere illos audent, tanquam injuria affecti *eo ipſo*, quod nihil injuſte egiſſe illos deprehenderunt.

Τοιγαροῦν πολλῶν κακῶν ὁ βίος ἐπλήσθη ὑπὸ τῶν οὕτω ῥᾳδίως καὶ ἀνεξετάστως πεπιστευμένων διαβολῶν. ἡ μὲν γὰρ Ἄντεια,

26. Itaque malis multis impleta eſt vita, a creditis ita temere & ſine examine delationibus. Antia enim,

Aut

a Αὐτόθι] Sic Edd. fere omnes & B. Αὐτόθεν *J.* & *V2.* ac marg. *A1.* b Οὐδ' ἔτι] Ex emendat. *Solan.* Οὐδέ τι Edd. priores. c Προσβλέπειν τολμῶσιν] Ita *Solan.* reſcripſit ex B. Vulgo inverſe: τολμῶσι προσβλέπειν. d Αὐτοὺς] Αὐτοῖς male *Fl.*

40. Οἷς αὐτὸς] Εἰς τὸν Ἰωσὴφ αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ. *V.* * Οὐ κακῶς σοι δοκεῖ, ὦ † ἑρμηνεῦ· οὐ γὰρ εἰς Ἰωσὴφ ὁ λόγος αἰνίττεται, ἀλλ' εἰς Βελλεροφόντην, ὃς καὶ αὐτὸς παρόμοιον αὐτοῦ πέπονθεν εἰς τὴν τοῦ Προίτου γυναῖκα Ἄντειαν, ὥς φησιν Ὅμηρος ἐν ‡ Ζ, καὶ τὴν χίμαιραν ἀντιγράφει αὐτός. οὐ πολὺ δὲ τὸ ἐν μέσῳ διάφορον. *V.*

* Οὐ κακῶς] Novum Scholium eſt; ſed ad eadem verba relatum. *M. du S.* Καλῶς legend. probe monet Cl. *Wetſtenius.*

† Ἑρμηνεῦ] Ὠσμηνεῦ edita, ad quae haec nota addita: ſic clare legitur in Mſ. Videtur hoc ſcholion alterius eſſe Grammatici, qui auctori praecedentis ſcholii contradicat. Quid ſit ὠσμηνεῦ plane ignoro; niſi forte legendum ſit ἑρμηνεῦ, i. *interpres*, quo nomine praecedentem Scholiaſtam appellaret hujus ſcholii auctor. *J. Cler.* Immo ἑρμηνεῦ legitur, ε & ρ ita conjunctis, ut facile ὠσ credas, non ἑρ. expreſſum. *M. du S.*

‡ Ζ] ῆ V. male. (vid. Il. Z. 164.) *M. du S.*

40. Αὐτός τις ἔνοχος] Sic apud *Senecam* in Hippolyto v. 720.

Regeramus ipſi crimen, atque ultro impiam
Venerem arguamus. Scelere vincendum eſt ſcelus.
Tutiſſimum eſt inferre, cum timeas, gradum.

Ita & Antoninus Caracalla, quum Getam fratrem obtruncaſſet, per totam regiam currens, clamabat μέγαν κίνδυνον ἐκπεφευγέναι, μόλις τε σωθῆναι. *Magnum ſe effugiſſe periculum, vixque evaſiſſe incolumem*, parricidio immanem ſuperaddens calumniam, ut eſt apud *Herodian.* lib. IV. cap. 4. Sic Jugurtha, cum Hiempſalem interfici curaſſet, & Atherbalem bello invaſiſſet, ſcelere velabat ſcelus, mentitus, *Hiempſalem ob ſaevitiam ſuam ab Numidis interfectum: Atherbalem ultro bellum inferentem, poſtquam ſuperatus ſit, queri, quod injuriam facere nequiſſet*; teſte *Salluſtio* cap. xv. belli Jugurth. *J. T.*

46. Τὴν πρὸς τοὺς ἀκούοντας εὔνοιαν] *Themiſtius* Oratione III. φύονται δέ τινες καὶ ἐν ἀνθρώποις ἀλώπεκες, μᾶλλον δὲ ἀνθρώπια σμικρά τε καὶ ἀνελεύθερα, τὰς ἀλώπεκας ὄπισθεν ἐφελκόμενα· οἱ δὲ αὐτῶν οὐκ ἀλώπεκας, ἀλλὰ δράκοντας ἰοῦ χαλεποῦ καὶ ἀτόπου μεστοὺς ὑπέρποντας, καὶ κρυπτομένους εὐνοίας καὶ φιλανθρωπίας παραπετάσμασιν, οὓς ἀπελαύνειν χρεὼν καὶ ἀποσοβεῖν πορρωτάτω. *Exiſtunt autem etiam inter homines Vulpeculæ quaedam, ſive homunciones potius exigui & illiberales, pone vulpes ſecum attrahentes: alii vero non vulpes, ſed ſerpentes difficilis & horribilis veneni plenos, adrepentes, & benevolentiæ & humanitatis involucris obtectos, qui longiſſime abigendi & expellendi ſunt.* Ita apud Syneſium Typhonis uxor ad uxorem præfecti peregrinæ militiæ ventitans, & per calumniam Oſiridi necem ſtruens, co-

rum

Aut morere, inquit, *o Proete, aut interfice Bellerophontem*

Qui noſtrum invitæ voluit conſcendere lectum:

cum tamen ipſa prius pudore illius tentato repulſam tuliſſet. Et parum abfuit quin in certamine cum chimaera periret juvenis, qui hanc mercedem retulit ſuae temperantiae, & pudoris adverſus hoſpitem, ut libidinoſae mulieris inſidiis peteretur. Phaedra autem ipſa quoque ſimilia cum detuliſſet contra ſuum privignum, effecit ut exſecrabilis fieret patri, nihil, Dii boni! nihil nefandum cum patraſſet.

27. *Sane quam!* dicet aliquis. *Sed fide dignus nonnunquam eſt delator, qui juſtus caetera & prudens eſſe videatur: & oportebat rationem illius habere, qui nunquam tale maleficium commiſerit.* Numquid ergo eſt aliquis Ariſtide juſtior? Sed tamen ille etiam coivit

Τεθναίης, φησὶν, ὦ Προῖτε, ἢ [e] κάκτανε Βελλεροφόντην,

Ὅς μ' ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσῃ·

αὐτὴ προτέρα ἐπιχειρήσασα, καὶ ὑπεροφθεῖσα. καὶ μικροῦ ὁ νεανίας ἐν τῇ πρὸς Χίμαιραν συμπλοκῇ διεφθάρη, ἐπιτίμιον σωφροσύνης ὑποσχὼν, καὶ τῆς πρὸς τὸν ξένον αἰδοῦς ὑπὸ [f] μάχλου γυναικὸς ἐπιβεβουλευμένος. ἡ δὲ Φαίδρα, κἀκείνη τὰ ὅμοια κατειποῦσα τοῦ προγόνου, ἐπάρατον ἐποίησε τὸν Ἱππόλυτον γενέσθαι ὑπὸ τοῦ πατρὸς, οὐδὲν, ὦ θεοὶ, οὐδὲν ἀνόσιον εἰργασμένον.

Ναὶ, φήσει τις. ἀλλ' ἀξιόπιστός ἐστιν ἐνίοτε ὁ διαβάλλων ἀνὴρ, τά τε ἄλλα δίκαιος, καὶ συνετὸς εἶναι δοκῶν, καὶ [g] ἐχρῆν προσέχειν αὐτῷ, ἅτε μηδὲν ἂν [h] τοιοῦτο κακουργήσαντι. ἆρ' οὖν τοῦ Ἀριστείδου ἐστί τις δικαιότερος; ἀλλ' ὅμως κἀκεῖνος συνέστη ἐπὶ

e Κάκτανε] Al. male *κάτθανε Coll.* *f* Μάχλου] Μάχλης *Th. Mag.* *g* Ἐχρῆν] Χρῆν B. *h* Τοιοῦτο] Τοιοῦτον B.

58. Κάτθανε] Γρα. κάκτανε. *G.*

rum ſeſe fingit miſereri, quibus cum liberis & uxoribus certa immineret ab Oſiride pernicies; καὶ ἅμα ἐδάκρυσεν ἂν ὑπογενειάζουσα τὰ παιδάρια, εὔνοιαν οἴκτῳ προσποιουμένη. *Simulque ejus complexa tenellos liberos lacrumari cœpit, benivolentiam hac commiſeratione aſſimulans.* *J.T.*

47. Ἐπὶ τοῖς ἐκείνων συμφέρουσι] *Cicero* l. I. de Offic. cap. 13. *Totius autem injuſtitiæ nulla capitalior eſt, quam eorum, qui tum, cum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni eſſe videantur. Origines* lib. VI. contra Celſum: Τότε μάλιστα τὸ φαῦλον ἐν τῇ χύσει τῆς κακίας, καὶ τῇ ἀκρότητι αὐτῆς εἶναι χαρακτηρίζεται, ὅτε ὑποκρίνεται τὸ κρεῖττον. *Tum maxime nequitia ad cumulum & culmen improbitatis perveniſſe notatur, cum ſpeciem ſibi virtutis induit.* P. Syrus:

Malus bonum ubi ſe ſimulat, tunc eſt peſſimus. *J.T.*

52. Οὐδ' ἔτι] In omnibus antea οὐδέ τι corrupte. Statim etiam ex Mſſ. Ox. ordinem vulgatum Impreſſorum mutavimus, in quibus prave legebatur τολμῶσι προσβλέπειν. *M. du S.*

58. Τεθναίης] *Homer.* Il. Z. 164. *M. du S.*

60. Ἔθελε] Corrige ἔθελεν. *F.G.* Neceſſario, ideoque vel ſine auctoritate alia parui. *J.F.R.*

Ἔθελεν] Ita apud *Homerum* legitur, melius quam ut in libris noſtris eſt ἔθελε. *M. du S.*

62. Αὐτὴ προτέρα ἐπιχειρ.] Nota Hippodamiæ & Myrtili fabula; notiſſima Fauſtæ & Criſpi Cæſaris; minus celebris illa Damaſippes & Hebri apud Plutarchum de flumin. eſt & aliud novercæ privignum in amore immorigerum ad patrem deferentis exemplum apud *Heliodorum* in Æthiopicis, ut & apud *Apulejum* lib. X. Mileſiacor. Plura exempla *Muretus* congeſſit cap. XII. lib. I. Var. Lect. *J.T.*

64. Ἐπιτίμιον] Conf. T. I. Μισθ. c. 4. T. II. Ὀρχ. c. 4. Et Τοξ. c. 10. f. *M. du S.*

66. Μάχλου] *Thomas Magiſter* μάχλης in ſuo codice videtur legiſſe. Sic iterum uſurpat Noſter Ὄν. c. 4. *M. du S.*

Μάχλου] Pro vulgato facit, quod & ſupra, *Aſin.* c. 4. habuimus μάγος γάρ ἐστι δεινὴ καὶ μάχλος. quare & hic nihil mutaverim. *J.F.R.*

70. Οὐδὲν ἀνόσιον εἰργασμένον] Unde ipſa Phædra apud *Senecam*:

— *Falſa memoravi; & nefas,*
Quod ipſa demens pectore inſano hauſeram,
Mentita finxi. Vana puniſti, pater:
Juveniſque caſtus crimine inceſto jacet,
Pudicus, inſons. *J.T.*

76. Ἀλλ' ὅμως κἀκεῖνος] Unde hoc Lucianus acceperit, neſcio. *Plutarchus* certe, in Ariſtidis vita, negat

ἐπὶ τὸν Θεμιστοκλέα, καὶ συμπαρώξυνε τὸν δῆμον, ἧς [a] φησιν ἐκεῖνος πολιτικῆς φιλοτιμίας ὑποκεκνισμένος. δίκαιος μὲν γὰρ ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους Ἀριστείδης, ἄνθρωπος δὲ καὶ αὐτὸς ἦν, καὶ [b] χολὴν εἶχε, καὶ ἠγάπα [c] τινὰς, καὶ ἐμίσει.

Καὶ εἴγε ἀληθής ἐστιν ὁ περὶ τοῦ Παλαμήδους λόγος, [d] ὁ συνετώτατος τῶν Ἀχαιῶν, κἀν τοῖς ἄλλοις ἄριστος, τὴν ἐπιβουλὴν καὶ ἐνέδραν ὑπὸ φθόνου φαίνεται συντεθεικὼς κατ᾽ ἀνδρὸς ὁμαίμου, καὶ φίλου, καὶ ἐπὶ τὸν αὐτὸν κίνδυνον ἐκπεπλευκότος· οὕτως ἔμφυλον ἅπασιν ἀνθρώποις ἡ περὶ τὰ τοιαῦτα ἁμαρτία.

contra Themiſtoclem ; & concitavit una populum, eodem *nempe*, ajunt, quo iſte civilis ambitionis pruritu ſolicitatus. Scilicet juſtus, ſi cum aliis comparetur, Ariſtides : at homo erat ipſe quoque, & bilem habebat, & amabat quoſdam atque oderat.

28. Et, ſi vera eſt illa de Palamede narratio, Graecorum ille prudentiſſimus, & aliis rebus optimus, machinationem illam atque inſidias invidia compoſuiſſe deprehenditur contra virum conſanguineum, & amicum, & qui ad ejusdem ſocietatem periculi una navigaverat. Adeo inſitum eſt hominibus omnibus in tali re peccare.

29. Quid

[a] Φησιν] Vulgo male φασιν, ſed φ.ⁱ per compend. B. *Fl. Fr.* [b] Χολὴν] Bene ſic *P. A.* χολᾷν male *S. Fl.* B 1. & 2. χολᾶν *Ald. Fr.* & *H.* ſine puncto ſubſcripto, item B. [c] Τινὰς] Τινὰ *Fl.* & B. [d] Ὁ] Sine artic. B.

78. Φιλοτιμίας ὑποκεκνισμένος] Τὸ λόγιον τοῦτο ταύτην ὑποκεκνισμένος ἀντὶ τοῦ διὰ ταύτην διαφθονούμενος αὐτῷ. ἐχθρὸς δὲ ἦν * ἀεὶ Θεμιστοκλέους Ἀριστείδης. διὸ καὶ σὺν αὐτῷ πρεσβευτὴς πεμφθεὶς Ἀριστείδης, βούλει, φησὶ, ἐπὶ τῶν † ὀρέων, Θεμιστόκλεις, τὴν ἔχθραν ἀπολίπωμεν, ἂν γὰρ δοκῇ, πάλιν αὐτὴν ἐπανιόντες ‡ ἀναληψόμεθα. *V.*

* Ἀεὶ Θεμιστ.] C. Θεμιστοκλῆς ἀεὶ Ἀριστείδου διό. At in C. D. M. eodem quo in Ed. *A.* modo legitur, niſi quod διὸ recte habet, non διὰ, ut illa. *M. du S.*

† Ὀρέων] Nullo ſenſu hic antea legebatur ἐχθρῶν. Vox quam repoſui ex C. eſt, & V. ipſo. *M. du S.* Fors ὅρων.

‡ Ἀναληψόμεθα] Ἀναλειψ. editum antea. Emendavit *M. du S.*

gat ab eo Themiſtoclem vel dicto ; vel facto læſum. *J. T.*

78. Ἧς φασιν ἐκεῖνος πολιτικῆς φιλοτιμίας] Ἧς φασιν ἐκεῖνος εἶχε πολιτικῆς φιλοτιμίας. *Th. M.*

Ἧς φασιν ἐκεῖνος] Vertendum fuerat: *ejusdem, cujus ille, ut ferunt, popularis gloriæ cupidus: vel eadem, qua ille, ut ajunt, ambitione populari flagrans.* *J. T.*

Ἧς φασιν ἐκεῖνος] Poſt inventum φησιν, quod jam ad ἐκεῖνος referendum, commate quod ante & poſt φασιν in plerisque erat, ſublato, nihil opus eſt *Marciliana* τοῦ εἶχε inverſione, *Aldina* & *H.* uno tenore ἧς φασιν ἐκεῖνος π. φ. ὑ. quo facilius medicinam admittunt. *J. F. R.*

cum voluptate videat? aut quis non cupiat, etiam praeter vires, inter haec verba facere? qui ſciat turpiſſimum eſſe non paria facere his quae videmus. Eſt enim res illecebrarum plena pulchrarum rerum adſpectus, non in hominibus modo, ſed equus etiam lubentius, puto, decurrat per pronum campum ac mollem, placide accipientem greſſus, & molliter pedi cedentem, nec repellentem ungulas. Omnibus enim tum utitur viribus ad currendum, totumque ſe celeritati impendit, eaque cum campi pulchritudine certat.

Ὁ δὲ ταὼς, ἦρος ἀρχομένου, πρὸς λειμῶνά τινα ἐλθὼν, ὁπότε καὶ τὰ ἄνθη πρόεισιν, οὐ ποθεινότερα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ἀνθηρότερα, καὶ τὰς βαφὰς καθαρώτερα, τότε καὶ οὗτος ἐκπετάσας τὰ πτερὰ, καὶ ἀναδείξας τῷ ἡλίῳ, καὶ τὴν οὐρὰν ἐπάρας, καὶ πάντοθεν αὐτῷ περιστήσας, ἐπιδείκνυται τὰ ἄνθη τὰ αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔαρ τῶν πτερῶν, ὥσπερ αὐτὸν προκαλοῦντος τοῦ λειμῶνος ἐς τὴν ἅμιλλαν. ἐπιστρέφει γοῦν ἑαυτὸν, καὶ περιάγει, καὶ [d] ἐκπομπεύει τῷ κάλλει. ὅτε δὴ καὶ θαυμασιώτερος φαίνεται πρὸς τὴν αὐγὴν, ἀλλαττομένων αὐτῷ τῶν χρωμάτων, καὶ μεταβαινόντων ἠρέμα, καὶ πρὸς ἕτερον εὐμορφίας εἶδος τρεπομένων. πάσχει δὲ αὐτὸ μάλιστα ἐπὶ τῶν κύκλων, οὓς ἐπ' ἄκροις ἔχει τοῖς πτεροῖς, ἴριδός τινος ἕκαστον περιθεούσης. ὃ γὰρ τέως χαλκὸς ἦν, τούτου ἐγκλίναντος ὀλίγον, χρυσὸς ὤφθη, καὶ

11. Ac pavo ſub veris initia, in campum veniens, cum flores etiam prodeunt non deſiderabiliores tantum, verum etiam, ut dicat aliquis, floridiores, coloribusque purioribus; ipſe quoque paſſis pennis ac ſoli oſtenſis, elata cauda & in orbem circa ſe erecta, ſuos itidem flores exponit, ſuarumque ver pennarum, prato velut ad certamen ipſum provocante. Convertit ſe itaque & circumagit, & pulchritudinis ſuae quandam velut pompam agit: ubi ſane admirabilior etiam videtur, mutantibus ſubinde ad lucem coloribus, & ſenſim *in alios* transeuntibus, atque in aliam ſe pulchritudinis ſpeciem vertentibus. Maxime hoc illi accidit in illis orbibus, quos in extremis habet pennis, quorum unumquemque velut iris quaedam circuit. Quod enim modo aes erat, hoc, modice illo inclinante, aurum videtur: atque ille caeruleus ad ſolem ſplen-

a Τὶ] Τοὶ *Fl.* & marg. *A1.* *b* Ἥδιον] Recepi ex L. & *S.* Ἴδιον Edd. cett. *c* Καὶ ὅλον] Ὀλίγον δοὺς *Fl.* Al. ὀργίλον. al. ὀλίγον. *Coll.* Sed noſtrae Edd. in vulgato conſentiunt. *d* Ἐκπομπεύει] Ἐμπομπεύει *Fl.* & marg. *A1.*

92. Καὶ ὀργίλον ἐπιδοὺς ἑ.] Γρα. καὶ ὀλίγον. *G.*

9. Μεταβαινόντων] Μεταβαλλόντων forſan legendum. *F.G.*

20. Ὅτε] Mallem ὥστε. *M. du S.*

24. Ἀποσπάσαι] Ἀποσπᾶσθαι legendum videtur. τὸ ἀποσπάσαι hic locum habere non videtur. *F.G.*

Ἀποσπάσαι] Errat *Gujetus*; offenderunt ad id verbum etiam Cl. *Graev.* ac *Gron.* Vid. T. 2. *Icarom.* c. XI. πάμπολυ τῶν νεφῶν ἀποσπάσας, ubi ἀποσπᾶν pro *recedere*, *abire* recte defenditur ab Clar. *Jenſ.* adde & a nobis ibi indicatam Cl. *Hemſterh.* notam ad *Deor. Dial.* XX. No. 63. aliaque. *J.F.R.*

28. Καὶ τοίνυν — παρασκευάσαι] Haec infinitia videntur & ſpuria. *F.G.*

33. Ἴυγγος] V. *Xen.* Ἀπομν. III. p. 457. Ed. *Steph.*

χρῆ

ſplendor ſi inumbretur, viridem lucem ſpargit: ita alium atque alium ornatum pennae illius ad lucem induunt.

12. Quin ipſum etiam mare habere, quo nos alliciat, & cupidine quadam, cum tranquillum eſt, ad ſe trahat, vel me tacente noſtis; cum etiam ſi aliquis plane mediterraneus ſit & navigandi imperitus, tamen & ipſe conſcendere navim velit, & circumnavigare, & multum diſcedere de terra, idque in primis ſi videat ab aura ſecunda leniter inflari vela, navim autem blando levique motu per ſummos labi fluctus.

13. Itaque hujus etiam pulchritudo oeci apta eſt, quae impellat ad dicendum, & dicentem excitet, & plauſum illi omni ratione paret. Equidem his ipſis moveor, & jam ſum motus, & in oecum dicendi cauſſa ingreſſus ſum, tanquam ab iynge quadam aut Sirene tractus a pulchritudine, ſpe non parva fretus, etiamſi ad hunc diem informis noſtra fuit oratio, pulchram viſum iri, velut veſte honeſta ornatam.

14. Verum enim vero etiam alia non ignava oratio, ſed generoſa, ut videri vult, cum inter dicendum me interpellavit & abrumpere dictionem conata eſt, tum poſtquam deſii, non vera, ait, me dixiſſe, ſed mirari ſe, ſi aptiorem eſſe ad edenda eloquentiae ſpecimina dicam pulchritudinem

τὸ ὑπὸ τῷ ἡλίῳ κυαναυγὲς, εἰ σκιασθείη, χλοαυγές ἐστιν, οὕτω μεταкοσμεῖται πρὸς τὸ φῶς ἡ πτέρωσις.

Ὅτι μὲν γὰρ καὶ ἡ θάλαττα ἱκανὴ προσκαλέσασθαι, καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἐπισπάσασθαι ἐν γαλήνῃ φανεῖσα, ἴστε, κἂν μὴ εἴπω· [e] ὥστε, εἰ καὶ παντάπασιν ἠπειρώτης καὶ ἀπειρόπλους τις εἴη, πάντως ἂν ἐθελήσειε καὶ αὐτὸς ἐμβῆναι, καὶ περιπλεῦσαι, καὶ πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσαι, καὶ μάλιστα εἰ βλέποι τὴν μὲν αὔραν κούφως ἐπουριάζουσαν τὴν ὀθόνην, τὴν δὲ ναῦν προσηνῶς τε καὶ λείως ἐπ᾽ ἄκρων ἠρέμα διολισθαίνουσαν τῶν κυμάτων.

Καὶ τοίνυν καὶ τοῦδε τοῦ οἴκου τὸ κάλλος ἱκανὸν καὶ παρορμῆσαι ἐς λόγους, καὶ λέγοντα ἐπεγεῖραι, καὶ πάντα τρόπον εὐδοκιμῆσαι παρασκευάσαι. ἐγὼ μὲν δὴ τούτοις πείθομαι, καὶ ἤδη [f] πέπεισμαι, καὶ ἐς τὸν οἶκον ἐπὶ λόγοις παρελήλυθα, ὥσπερ ἀπὸ ἴυγγος ἢ Σειρῆνος τῷ κάλλει ἑλκόμενος, ἐλπίδα οὐ μικρὰν ἔχων, εἰ καὶ τέως ἡμῖν ἄμορφοι ἦσαν οἱ λόγοι, καλοὺς αὐτοὺς φανεῖσθαι, καθάπερ ἐσθῆτι καλῇ κεκοσμημένους.

Ἕτερος δέ τις οὐκ ἀγεννὴς λόγος, ἀλλὰ καὶ πάνυ γενναῖος, [g] ὥς φησι, καὶ μεταξύ μου λέγοντος ὑπέκρουε, καὶ διακόπτειν ἐπειρᾶτο τὴν ῥῆσιν. καὶ ἐπειδὴ πέπαυμαι, οὐκ ἀληθῆ ταῦτα λέγειν φησί με, ἀλλὰ θαυμάζειν, εἰ φάσκοιμι ἐπιτηδειότερον εἶναι πρὸς λόγων ἐπίδειξιν οἴκου κάλλος, γρα-

e Ὥστε] Ex emendatione *Solan.* Ὅτι Edd. priores. *Marc.* Nil mut. Edd.

f Πέπεισμαι] Πέπυσμαι male *Fl.*

g Ὡς] Ὅς vult

27. * Διολισθάνουσαν τῶν κυμάτων] Ὡς καιναί σου αἱ παραδείξεις, Λουκιανέ; *V.*

* Διολισθάνουσαν] Sic erat in Editis *Schol.* at in textu Luciani διολισθαίνουσαν. Sed ita variatur & alias in hoc verbo. Conf.

33. Ἀπὸ ἴυγγος] Ex Theocrito; ἴυγξ ἕλκε τυ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα. *G.*

Gymn. c. 28. Verum recte eſſe in textu Luciani, nemo dubitet. Vid. *Contempl.* c. 1. *J. F. R.*

χρηστόν μοι τὴν ἴυγγα, ἵνα. Scholiaſtes *Theocriti* filiam Ἠχοῦς [illegible] Alius ibidem Πειθοῦς. ad Id. II. *M. du S.*

Ibid. Ἀπὸ ἴυγγος] Mirum, ni ὑπὸ hic legendum. Etſi memini ſupra dicta ad T. I. *Tim.* p. 103. 104. Et *Gymn.* c. 20. No. 51. ubi vidimus ἀπὸ ſaepe poni ubi ὑπὸ locum potius haberet. At quia ideo differentia non tollenda inter has praepoſitt. & facillima ſcribarum ac typothetarum in his eſt aberratio, ſuſpicio non eſt diſſimulanda, & hic ὑπὸ praeſtare. *J. F. R.*

39. Ὡς φησι] Ὅς φησι. *Th. M.*

Ὡς φησι] *Ut ait.* Immo, *ut ait ipſe.* *F. G.*

54. Μετα-

γραφῇ καὶ χρυσῷ κεκοσμημένον. αὐτὸ γὰρ πᾶν τοὐναντίον ἀποβαίνειν. μᾶλλον δὲ, εἰ δοκεῖ, αὐτὸς παρελθὼν ὁ λόγος ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καθάπερ ἐν δικασταῖς ὑμῖν, εἰπάτω, ὅπῃ λυσιτελέστερον ἡγεῖται τῷ λέγοντι εὐτέλειαν οἴκου, καὶ ἀμορφίαν. ἐμοῦ μὲν ἀκηκόατε ἤδη λέγοντος, ὥστε οὐδὲν δέομαι δὶς περὶ τῶν αὐτῶν εἰπεῖν. ὁ δὲ παρελθὼν ἤδη λεγέτω, κἀγὼ σιωπήσομαι, καὶ πρὸς ὀλίγον αὐτῷ μεταστήσομαι.

Ἄνδρες τοίνυν δικασταὶ, φησὶν ὁ λόγος, ὁ μὲν προειπὼν ῥήτωρ, πολλὰ καὶ μεγάλα τόνδε τὸν οἶκον ἐπῄνεσε, καὶ τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ ἐκόσμησεν· ἐγὼ δὲ τοσούτου δέω ψόγον αὐτοῦ διεξελεύσεσθαι, ὥστε καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνου παραλελειμμένα προσθήσειν μοι δοκῶ. ὅσῳ γὰρ ἂν ὑμῖν καλλίων φαίνηται, τοσῷ δὲ [a] ὑπεναντίως τῇ τοῦ λέγοντος χρείᾳ δειχθήσεται. καὶ πρῶτόν γε ἐπειδὴ γυναικῶν, καὶ κόσμου, καὶ χρυσοῦ ἐκεῖνος ἐμνημόνευσε, κἀμοὶ ἐπιτρέψατε χρήσασθαι τῷ παραδείγματι. φημὶ γὰρ οὖν καὶ γυναιξὶ καλαῖς οὐχ ὅπως συλλαμβάνειν ἐς τὸ εὐμορφότερον, ἀλλὰ καὶ ἐναντιοῦσθαι τὸν κόσμον τὸν πολὺν, ὁπόταν τῶν ἐντυγχανόντων ἕκαστος ὑπὸ τοῦ χρυσοῦ, καὶ τῶν λίθων τῶν πολυτελῶν ἐκπλαγεὶς, ἀντὶ τοῦ ἐπαινεῖν ἢ [b] χρόαν, ἢ βλέμμα, ἢ δειρὴν, ἢ πῆχυν, ἢ δάκτυλον. ὁ δὲ ταῦτ' ἀφεὶς, ἐς τὴν σαρδὼ, ἢ [c] τὸν σμάραγδον, ἢ τὸν ὅρμον, ἢ τὸ ψέλλιον ἀποβλέπει, ὥστε ἄχθοιτο ἂν εἰκότως παρορωμένη, διὰ τὸν

oeci pictura & auro ornatam. Contrarium enim quodammodo evenire. Quin, ſi videtur, ipſa in medium progreſſa oratio pro ſe apud vos, tanquam judices, dicat, quare commodiorem eſſe putet dicenti vilitatem loci atque deformitatem. Me quidem orantem jam audiſtis: ergo non opus eſt, me bis de eadem re verba facere. Iſta vero jam progreſſa in medium dicat, tacebo interim ego, & paullulum illi decedam.

15. Sic igitur oratio: *Qui modo dixit orator, Judices, multis & magno opere laudavit hunc oecum, ſuaque illum oratione ornavit. Ego vero tantum abeſt, ut reprehenſionem illius velim dicere, ut etiam praetermiſſa ab illo additurus mihi videar. Quo enim ille vobis pulchrior videbitur, tanto magis contrarius dicentis uſui oſtendetur. Ac primum quandoquidem mulierum, & mundi & auri mentionem iſte fecit, etiam mihi, ut ea ſimilitudine utar, permittite. Ajo enim ego pulchris etiam mulieribus non modo nihil ad hoc, ut formoſiores videantur, conferre, ſed contrarium etiam eſſe mundum copioſum, cum videntium unusquisque ab auro & lapidibus pretioſis perculſus, pro eo quod laudare debebat aut colorem, aut oculorum conjectum, aut collum, aut brachium, aut digitum; relictis hiſce ad Sardam aut Smaragdum, aut monile, aut armillam reſpicit; adeo ut illa habeat, quod indigne ferat, ſe propter mundum*

a Ὑπεναντίως] Ὑπεναντίος *Pell.* *b* Χρόαν] Χρόα male *Fl.* *c* Τὸν] Τὴν L. & *Fl.*

54. Μεταστήσομαι] *Migrabo, ſecedam, ipſi locum dabo ſecedens.* F. G.

Μεταστήσομαι] Olim notavi ad hunc locum, non ſatis notam fuiſſe hanc ſignificationem verbi docto Athenaei interpreti, qui 12, 5. p. 523, B. μεθίστασθαι τοῖς κρείττοσι reddiderit *ad praeſtantiores commigrare*, cum deberet, *cedere fortioribus*. Sed quis finis fuerit, ſi quis caſtigare velit optimorum etiam interpretum peccata? quot adnotationes in Lucianum ſcribendae eſſent? Caveamus nobis eo diligentius, in ſimili ſtadio qui decurrimus. *J. M. G.*

58. Ψόγον αὐτοῦ] Τοῦ οἴκου ſcil. F. G.

59. Ὑπ' ἐκείνου] Τοῦ ῥήτορος προειπόντος. F. G.

62. Ὑπεναντίως] Ὑπεναντίος legit Interpres. F. G.

73. Ἐς τὴν Σαρδὼ] Σάρδιον λίθον. *Sardam* Plinio. *corneolam vulgo. corgnivola* Italice. Σαρδὼ, σάρδιος λίθος, σάρδινος, & Sarda, παρὰ τὴν Σαρδὼ νῆσον omnia, ut & Σαρδόνυξ, ſeu Σαρδώνυξ. F. G.

Ibid. Τὸν Σμάραγδον] Τὸν Σμ. P. H. & γ. plene. aliae per compendium, quod facile permutatur cum τὴν. Sed τὴν pleniſſime *Fl.* ſine compendio. At genus nondum muto, quia & Latinis ſaepe maſcul. eſt. Vid. Cl.

dum praetervideri, non habentibus otium ad eam laudandam ſpectatoribus, ſed obiter tantum ad ipſam reſpicientibus.

16. *Quod quidem neceſſario etiam accidere arbitror illi, qui inter opera adeo pulchra dicendi facultatem velit oſtendere. Deliteſcit enim quidquid dicitur in magna vi rerum pulchrarum, & obſcuratur, atque una abripitur, quaſi lucernam quis magnum in incendium injiciat, aut formicam in elephanto vel camelo oſtendat. Hoc ergo cavendum dicenti. Ad haec vox etiam ipſa confunditur, in vocali adeo & ſonoro oeco dicentis. Reſonat enim, & reclamat & contra dicit, aut potius occultat clamorem, quale quid etiam tuba facit tibiae, ſi una canant, aut celeuſma canentibus mare, ſi per fluctus illum ſonum accinere remigio velint. Vincit nimirum ſonus magnus, & ad ſilentium illum qui minor eſt redigit.*

17. *Quin illud ipſum, quod dicebat adverſarius, excitari a pulchro oeco dicentem, & alacriorem reddi, illius, mea quidem ſententia, fit contrarium. Percellit enim ac terret, & cogitationem perturbat, facitque timidiorem; dum cogitat, omnium turpiſſimum eſſe, ſi in loco formoſo habita non ſimilis ei videatur oratio. Sic enim manifeſtiſſime aliquis deprehendatur. Velut ſi quis armis indutus pulcherrimis deinde fugiat ante alios, cujus nempe ignavia ipſis ab armis fiat apertior. Hoc ipſum perpendens*

κόσμον, οὐκ ἀγόντων σχολὴν ἐπαινεῖν αὐτὴν τῶν θεατῶν, ἀλλὰ πάρεργον αὐτῆς ποιουμένων τὴν θέαν.

Ὅπερ ἀνάγκη, οἶμαι, παθεῖν καὶ τὸν ἐν οὕτω καλοῖς ἔργοις λόγους δεικνύοντα. λανθάνει γὰρ ἐν τῷ μεγέθει τῶν καλῶν τὸ λεχθὲν, καὶ ἀμαυροῦται, καὶ συναρπάζεται. καθάπερ εἰ λύχνον τις εἰς πυρκαϊὰν μεγάλην φέρων ἐμβάλοι, ἢ μύρμηκα ἐπ' ἐλέφαντος ἢ καμήλου δεικνύοι. τοῦτο γοῦν φυλακτέον τῷ λέγοντι. καὶ προσέτι [d] γε μὴν καὶ τὴν φωνὴν αὐτὴν ἐπιταράττεται, ἐν οὕτως εὐφώνῳ καὶ ἠχήεντι οἴκῳ λέγων. ἀντιφθέγγεται γὰρ, καὶ ἀντιφωνεῖ, καὶ ἀντιλέγει, μᾶλλον δὲ ἐπικαλύπτει τὴν βοὴν, οἷόν τι καὶ σάλπιγξ δρᾷ τὸν αὐλὸν, εἰ συναυλοῖεν, ἢ τοὺς κελευστὰς ἡ θάλαττα, ὁπόταν πρὸς κύματος ἦχον ἐπᾴδειν τῇ εἰρεσίᾳ θέλωσιν. ἐπικρατεῖ γὰρ ἡ μεγαλοφωνία, καὶ καταπιωπᾷ τὸ ἧττον.

Καὶ μὴν κἀκεῖνο, ὅπερ ἔφη ὁ ἀντίδικος, ὡς ἄρα ἐπεγείρει ὁ καλὸς οἶκος τὸν λέγοντα, καὶ προθυμότερον παρασκευάζει· ἐμοὶ δοκεῖν, τὸ ἐναντίον [e] ποιεῖ. ἐκπλήττει γὰρ, καὶ φοβεῖ, καὶ τὸν λογισμὸν διαταράττει, καὶ δειλότερον ἐργάζεται ἐνθυμούμενον ὡς ἁπάντων ἐστὶν αἴσχιστον ἐν εὐμόρφῳ χωρίῳ μὴ ὁμοίους φαίνεσθαι τοὺς λόγους. ἐλέγχων γὰρ οὗτός γε ὁ φανερώτατος, ὥσπερ ἂν εἴ τις πανοπλίαν καλὴν ἐνδὺς, ἔπειτα φεύγοι πρὸ τῶν ἄλλων, ἐπισημότερος ὢν δειλὸς ἀπὸ τῶν ὅπλων. τοῦτο δέ μοι δοκεῖ λογισάμενος

καὶ

d Γε] Omittit *Fl.* *e* Ποιεῖ] Reſcripſi ex *B2.* ac *Pell.* quum Edd. cett. ποιεῖν haberent.

Cl. *Burm.* ad *Ovid.* 2. Met. 24. Inveniri etiam ζμάραγδος, vid. ſupr. T. I. *Jud. Voc.* c. 9. p. 90. Veluti & *Burm.* *zmaragdis* edidit, vide ibid. ab Cl. *Hemſt.* notatum, cui tamen adſentior, euphoniam cum *Priſciano* ſervandam, neque conſonantes hic triplicandas. *J. F. R.*

98. Ἐμοὶ δοκεῖν — ποιεῖν] Vitioſe quoque ſcribitur, ἐμοὶ δοκεῖν, τὸ ἐναντίον ποιεῖν. ἐκπλήττει γὰρ, καὶ φοβεῖ, καὶ τὸν λογισμὸν διαταράττει. Vel δοκεῖ, vel ποιεῖ legendum omnino: potius ποιεῖ. Domum nimirum, quae ad artem exactiſſime exſtructa ſit, largam eloquenti ſpectatori praebere laudandi materiam, & admirationem ſuam eleganti oratione exponendi, dixerat alius quis: at hic, *Ut mihi videtur*, inquit, *contrarium facit* iſtiusmodi domus. *Percellit enim & terret, ac mentem conturbat*, &c. *J. J.*

99. Ποιεῖ] Ποιεῖν omnes fere libri noſtri, ſed ita emendarat jam *B2.* *M. du S.*

Ibid. Ἐκπλήττει] Subaudi τὸν λέγοντα. *F. G.*

καὶ ὁ τοῦ Ὁμήρου ῥήτωρ ἐκεῖνος, εὐμορφίας ἐλάχιστον φροντίσαι, μᾶλλον δὲ καὶ παντελῶς αἴδρει φωτὶ ἑαυτὸν ἀπεικάσαι, ἵνα αὐτῷ παραδοξότερον φαίνηται τῶν λόγων τὸ κάλλος, ἐκ τῆς πρὸς τὸ ἀμορφότερον ἐξετάσεως. ἄλλως τε ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὴν τοῦ λέγοντος αὐτοῦ διάνοιαν ἀσχολεῖσθαι περὶ τὴν θέαν, καὶ τῆς φροντίδος τὸ ἀκριβὲς ἐκλύειν, τῆς ὄψεως ἐπικρατούσης, καὶ πρὸς αὐτὴν καλούσης, καὶ τῷ λόγῳ προσέχειν οὐκ ἐώσης. ὥστε τίς μηχανὴ μὴ οὐχὶ πάντως ἔλαττον ἐρεῖν αὐτόν, τῆς ψυχῆς διατριβούσης περὶ τὸν τῶν ὁρωμένων ἔπαινον;

Ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅτι καὶ οἱ παρόντες αὐτοί, καὶ πρὸς τὴν ἀκρόασιν παρειλημμένοι, ἐπειδὰν εἰς [a] τὸν τοιοῦτον οἶκον παρέλθωσιν, ἀντὶ ἀκροατῶν θεαταὶ καθίστανται. καὶ οὐχ οὕτω Δημόδοκος, ἢ Φήμιος, ἢ Θάμυρις, ἢ Ἀμφίων, ἢ Ὀρφεύς τις λέγων ἐστίν, ὥστε ἀποσπάσαι τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἀπὸ τῆς θέας. ἀλλ' οὖν ἕκαστος, ἐπειδὰν μόνον ὑπερβῇ τὸν οὐδόν, ἀθρόῳ τῷ κάλλει περιχυθείς, λόγων μὲν ἐκείνων, ἢ ἀκροάσεως, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν αἰσθάνεσθαι ἔοικεν· [b] ὅλος δὲ πρὸς τοῖς ὁρωμένοις ἐστίν, εἰ μὴ τύχοι τις παντελῶς τυφλὸς ὤν, ἢ ἐν νυκτί, ὥσπερ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλή, ποιοῖτο τὴν ἀκρόασιν.

Ὅτι γὰρ οὐκ ἀξιόμαχον λόγων ἰσχὺς ὄψει ἀνταγωνίσασθαι, καὶ ὁ Σειρήνων μῦθος παρα-

Homericus ille orator videtur minimam curam habuiſſe pulchritudinis; potius imperito omnium homini ſe aſſimilaſſe, ut ipſius pulchritudo orationis tanto admirabilior ex ipſa ad illam deformitatem comparatione appareret. Alioqui neceſſe eſt, ipſum dicentis animum occupari in ſpectaculo, & exquiſitam illam curam remittere, cum vincat illa ſpecies & ad ſe vocet, atque attendere ad orationem non patiatur. Quomodo ergo fieri poteſt, ut non omnino dicat deterius, occupato circa laudem eorum, quae videntur, animo?

18. *Omitto dicere, quod ipſi etiam praeſentes & ad audiendum aſſumti, cum intrant in talem oecum, ſpectatores fiunt pro auditoribus. Neque quiſquam ita vel Demodocus eſt, vel Phemius in dicendo, vel Thamyris, vel Amphion, vel Orpheus adeo, qui abſtrahere mentem illorum a ſpectaculo poſſit: verum unusquiſque transmiſſo ſolum limine, conferta illa pulchritudine circumfuſus, orationem illam, ſive auditionem, nec omnino audire videtur: ſed totus eſt in his, quae videntur, niſi quis forte plane caecus ſit, aut noctu, ut illud Areopagitarum conſilium, audiat.*

19. *Neque enim ſatis valere vim verborum, quoties cum viſu pugnandum eſt; Sirenum*

a Τὸν] Omittit art. *Fl.* b Ὅλος] Ὅλως marg. *A1.*

9. Καὶ ὁ τοῦ Ὁμήρου ῥήτωρ ἐκεῖνος] * Εἰς Πάριν Ἀλέξανδρον, ὥς φησιν Ὅμηρος, Ἀλέξανδρον θεοειδῆ, ὁ λόγος φησί. *V.*

26. Δημόδοκος, καὶ Φήμ.] Ὀνόματα μουσικῶν τε καὶ μελῳδῶν. *G.*

* Errat *Scholiaſt.* niſi ad fugientem, de quo paulo ante dixerat, referas. Heic enim de Ulyſſe ſermo eſt. Vide l. c. in nott. *M. du S.*

9. Ὁ τοῦ Ὁμήρου ῥήτωρ] Ulyſſes. F. G.

Ὁ τοῦ Ὁμήρου ῥήτωρ] Nimis pulchri, nimis divini ſunt verſus de Ulyſſe *Homeri* Il. Γ, 217.

Στάσκεν, ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας,
Σκῆπτρον δ' οὔτ' ὀπίσω οὔτε προπρηνὲς ἐνώμα,
Ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔχεσκεν, ἀΐδρεϊ φωτὶ ἐοικώς.
Φαίης κεν ζάκοτόν τινα ἔμμεναι, ἄφρονα δ' αὔτως.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει,
Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσι,
Οὐκ ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆΐ γ' ἐρίσσειε βροτὸς ἄλλος·
Οὐ τότε γ' ὧδ' Ὀδυσῆος ἀγασσάμεθ' εἶδος ἰδόντες.

Totos adſcripſi, cum quod nimis mihi videntur amabiles, quos proinde dimittere ſtatim quin lectori commendarem, non potui; tum propter ultimum praeſertim verſum, qui plane ſententiam, quae hic proponitur confirmat: *Loquente Ulyſſe, nemo amplius ſpeciem*

num etiam fabula ; cum altera Gorgonum compoſita, doceat. Nam illae quidem praeternavigantes mulcebant , canendo & adulando carminibus, detinebantque appulſos , & mora omnino quadam opus illarum indigebat. Et aliquando aliquis praeternavigavit , & inaudita praetermiſit illorum carmina. At Gorgonum pulchritudo , quae eſſet violentiſſima, & ad principes animae partes pertineret , ſtatim videntes extra ſe rapiebat, faciebatque mutos: ut vero vult fabula, ac dicitur, lapidei prae admiratione facti ſunt. Igitur & quae de pavone paullo ante ad vos iſte dixit , ea pro me dicta arbitror. Etenim illius quoque quod delectat in ſpecie ineſt, non in voce. Et ſi quis juxta collocatos hinc luſciniam & cygnum canere jubeat , hinc inter ipſum cantum tacentem oſtendat pavonem ; novi ego tranſituram ad hunc mentem, longum valere juſſis illorum cantibus: adeo invictum quid eſſe videtur ea, quae per viſum voluptas contingit.

20. *Et ego, ſi vultis, teſtem ad vos allegabo virum ſapientem , qui ſtatim teſtimonium mihi perhibebit , multo, quae videntur, his quae auditu percipiuntur eſſe validiora. Et mihi tu jam, praeco , huc voca ipſum Herodotum Lyxi F. Halicarnaſſo. Et quando*

τεθείς, τῷ περὶ τῶν Γοργόνων διδάξειεν ἄν· ἐκεῖναι μὲν γὰρ [c] ἐκήλουν τοὺς παραπλέοντας, μελῳδοῦσαι, καὶ κολακεύουσαι τοῖς ᾄσμασι, καὶ καταπλεύσαντας ἐπιπολὺ κατεῖχον, καὶ ὅλως τὸ ἔργον αὐτῶν ἐδεῖτό τινος διατριβῆς· καί πού τις αὐτὰς καὶ παρέπλευσε, καὶ τοῦ μέλους παρήκουσε. τὸ δὲ τῶν Γοργόνων κάλλος, ἅτε βιαιότατόν τε ὄν, καὶ τοῖς καιριωτάτοις τῆς ψυχῆς ὁμιλοῦν, εὐθὺς ἐξίστη τοὺς ἰδόντας, καὶ ἀφώνους ἐποίει· ὡς δὲ ὁ μῦθος βούλεται, καὶ λέγεται, λίθινοι ἐγίγνοντο ὑπὸ τοῦ θαύματος. ὥστε καὶ ὃν ὑπὲρ τοῦ ταὼ λόγον εἶπε πρὸς ὑμᾶς μικρὸν ἔμπροσθεν, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ εἰρῆσθαι νομίζω. καὶ γὰρ ἐκείνου ἐν τῇ ὄψει, οὐκ ἐν τῇ φωνῇ τὸ τερπνόν. καὶ εἴ γέ τις παραστησάμενος τὴν ἀηδόνα ἢ τὸν κύκνον, ᾄδειν κελεύοι, μεταξὺ δὲ ᾀδόντων παραδείξειε τὸν ταὼ σιωπῶντα, εὖ οἶδ' ὅτι ἐπ' ἐκεῖνον μεταβήσεται ἡ ψυχή, [d] μακρὰ χαίρειν φράσασα τοῖς ἐκείνων ᾄσμασιν. οὕτως ἄμαχόν τι ἔοικεν εἶναι ἡ δι' ὄψεως ἡδονή.

Καὶ ἔγωγε, εἰ βούλεσθε, μάρτυρα ὑμῖν παραστήσομαι σοφὸν ἄνδρα, ὃς αὐτίκα μοι μαρτυρήσει, ὡς πολὺ ἐπικρατέστερά ἐστι τῶν ἀκουομένων τὰ ὁρώμενα. καί μοι σὺ ἤδη, ὦ κῆρυξ, προσκάλει αὐτὸν Ἡρόδοτον τοῦ [e] Λύξου Ἁλικαρνασσόθεν· κἀπειδὴ καλῶς ποιῶν ὑπή-

c Ἐκήλουν] Ἐσύλουν marg. *A1.* & *Fl.* d Μακρὰ] Sic *J. P. H.* &c. Μακρὰν *Fl.* e Λύξου] Et ſic *Fl.* cum cett. Ξύλου vult *Gron.*

38. Τῶν Γοργῶν κάλλος] Ὅτι αἱ Γοργόναι κάλλει & εὐμορφίᾳ ἐξιστῶσαι οἱονεὶ ἀπελίθουν τοὺς ἀνθρώπους. *V.*

ciem illam & habitum cogitat : toti ſunt in verborum ipſius conſideratione. *J.M.G.*

11. Αἴθρει φωτὶ] *Hom.* Γ. 216. *M. du S.*

17. Πρὸς αὐτὴν] Αὐτήν. *F.G.* Itaque ſic edidi invitis Edd. *J.F.R.*

21. Ἔπαινον] Minus commode dictum ; nam id agit quod in rem eſt, maxime , qui dicturus laudem de laude cogitat, in eoque totus eſt ; pro ἔπαινον ergo dicere debuit θαῦμα vel tale quid. *M. du S.*

26. Δημόδοκος] De hoc & ſequente *Suidas* in ἀοιδός. Hunc Agamemnon apud uxorem , Phernicum Uliſſes apud Penelopen reliquerat. *M. du S.*

31. Ἀλλ' — ἔοικεν] E Poëta quopiam ſumpta videntur. *F.G.*

Ἀλλ' οὐδὲ &c.] *Hom.* Il. Ψ. 430. *M. du S.*

64. Λύξου] *Urſinus* apud *Gronovium* AG. II. 71. monet Herodoti Patrem *Xylum* nominatum, non *Lyxum*, quod ex epigrammate apud *Steph. Byz.* V. Θούριοι conficit. Illud enim epigramma integrum de vetere libro Tzetzae deſcripſiſſe ſe teſtatur, qui *Xylum* nominandum doceat , adductis multorum teſtimoniis , & imprimis Zenonis auctoritate , a qua id accepiſſe ſe Tzetzes ſcribit. Unde & Lucianum emendare jubent. *M. du S.*

ὑπήκουσε, μαρτυρείτω παρελθὼν, ἀναδέξασθε δὲ αὐτὸν, Ἰαστὶ πρὸς ὑμᾶς λέγοντα, ὥσπερ αὐτῷ ἔθος. Ἀληθέα τάδε ὁ λόγος ὑμῖν, ἄνδρες δικασταὶ, μυθέεται, καὶ οἱ πείθεσθε ὅσα ἂν λέγῃ τουτέων πέρι, ὄψιν ἀκοῆς προτιμέων. ὦτα γὰρ τυγχάνει ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. ἀκούετε τοῦ μάρτυρος, ἃ φησιν, ὡς τὰ πρῶτα τῇ ὄψει ἀποδέδωκεν; εἰκότως. τὰ μὲν γὰρ ἔπεα πτερόεντά ἐστι, καὶ οἴχεται ἅμα τῷ προελθεῖν ἀποπτάμενα· ἡ δὲ τῶν ὁρωμένων τέρψις, ἀεὶ παρεστῶσα, καὶ παραμένουσα, πάντως τὸν θεατὴν ὑπάγεται.

Πῶς οὖν οὐ χαλεπὸς τῷ λέγοντι ἀνταγωνιστὴς, οἶκος οὕτω καλὸς, καὶ περίβλεπτος ὤν; μᾶλλον δὲ τὸ μέγιστον οὐδέπω φημί· ὑμεῖς γὰρ αὐτοὶ οἱ δικασταὶ, καὶ μεταξὺ λεγόντων [a] ἡμῶν, ἐς τὴν ὀροφὴν ἀπεβλέπετε, καὶ τοὺς τοίχους [b] ἐθαυμάζετε, καὶ τὰς γραφὰς [c] ἐξητάζετε, πρὸς ἑκάστην ἀποστρεφόμενοι. καὶ μηδὲν αἰσχυνθῆτε· συγγνώμη γὰρ, εἴ τι ἀνθρώπινον πεπόνθατε, ἄλλως τε, καὶ πρὸς οὕτω καλὰς καὶ ποικίλας τὰς ὑποθέσεις. τὸ γὰρ τέχνης τὸ ἀκριβὲς, καὶ τὸ ἱστορίας μετὰ τοῦ ἀρχαίου τὸ [d] ὠφέλιμον, ἐπαγωγὸν ὡς ἀληθῶς, καὶ πεπαιδευμένων θεατῶν δεόμενον. καὶ ἵνα μὴ πάντα ἐκεῖσε ἀποβλέπητε, ἡμᾶς ἀπολιπόντες, φέρε, ὡς οἷόν τε [e] γράψωμαι αὐτὰ ὑμῖν τῷ λόγῳ. ἡσθήσεσθε γὰρ,

praeclare ille quidem, obſecutus eſt, in medium progreſſus jam dicat teſtimonium. Patiemini autem illum Ionice vobiscum pro more ſuo loqui: Vera iſta haec oratio apud vos, judices, loquitur, & credite illi, quae in hanc ſententiam dixerit, viſum eſſe praeferendum auditui, aures enim oculis fere ſunt infideliores. *Auditis teſtem, quae dicat, ut primas tribuat viſui. Merito ſane. Verba enim alata ſunt & abeunt, & ſimul dum prodeunt, avolant. Verum delectatio ex his, quae videntur, adſtans ſemper ac manens, ſubit omnino ſpectatorem.*

21. Qui igitur non validus dicenti adverſarius ſit oecus adeo pulcher, adeo ſpectabilis? Quin quod maximum eſt nondum dico. Vos enim ipſi, judices, dum nos dicimus, lacunar reſpiciebatis, muros admirabamini, picturas examinabatis converſi ad ſingulas. Nec eſt, quod vos pudeat. Ignoſcendum enim, ſi quid humani vobis acciderit: praeſertim in argumentis ita pulchris ita variis. Ars enim exquiſita, & hiſtoriae cum antiquitate utilitas, illecebras habent vere, & eruditis ſpectatoribus indigent. Et ne omnino relictis nobis eo reſpiciatis, age, quantum ejus fieri poteſt, verbis illa vobis depingam. Delectabimi-

a Ἡμῶν] Reſtitui ex *J. S. Fr.* nam ὑμῶν *B1. Fl. P. H.* aliaeque male. *b* Ἐθαυμάζετε] Sic Edd. omn. recte. *c* Ἐξητάζετε] Ita erat in *Fr. Fl. P. B1. H. S.* Ἐξετάζετε *J.* *d* Ὠφέλιμον] Bene *Fl. Fr. P. S. Amſt.* Ὠφέλημον male *J. H.* &c. *e* Γράψωμαι] Et ſic *El.*

71. Ὦτα γὰρ &c.] *Herodot.* I. 8. p. 3. *M. du S.*

74. Ἔπεα πτερόεντα] *Homer.* paſſim. *M. du S.*

Ἔπεα πτερόεντα] Cur verba alata vocentur hanc rationem reddit *Julian.* in Epiſtt. ad Eugen. p. 141. Collectionis Epiſtt. Graecanic. πάντως που καὶ Ὅμηρος — πτερόεντας ὀνομάζει, διότι δύνανται πανταχοῦ φοιτᾶν, ὥσπερ οἱ ταχύτατοι τῶν ὀρνίθων, ᾗ ἂν ἐθέλωσιν, ἄττοντες. Non addam quae Scholiaſt. *Hom.* atque *Euſtath.* habent. *J. F. R.*

83. Ἡμῶν] Ὑμῶν eſſe ſphalma typogr. ſuſpicor ex *P.* quae *nos dicimus* tamen exhibuit in Latinis, etſi ὑμῶν Graece exhiberet. *J. F. R.*

Ibid. Ἀπεβλέπετε, καὶ τοὺς τοίχους ἐθαυμάζετε, καὶ τὰς γραφὰς ἐξητάζετε] Male profecto *Marcilius* corrigit θαυμάζετε; quod per ſe, ut cuivis facile pateat, redarguitur. *Nam vos ipſi, judices, interea dum nos dicebamus, ad tectum ſuſpiciebatis, parietes mirabamini, picturasque examinabatis.* *J. J.*

84. Ἐθαυμάζετε] Θαυμάζετε. *Th. M.* Male, ut *Jenſ.* recte ſentit; nam praeterita imperfecta & praecedunt, & ſequuntur, & narrat quid factum ſit, fierique ſoleat. *J. F. R.*

93. Γράψωμαι] Lege Γράψομαι. *F. G.* Recte, & parum aberat, quin invitis Edd. ita dediſſem, licet ſciam aor. ſubjunct. habere vim futuri. *J. F. R.*

1. Σχημάτων καὶ τόπου] Σχ. καὶ τύπου. *Th. M.* Ego in

mini enim, puto, iis audiendis, quae ſpectantibus admirationi ſunt. Ac forte illo ipſo nomine me laudabitis, & adverſario praeponetis, ut qui & ipſe oſtendam oecum, & voluptatem vobis geminem. Difficultatem autem incepti mei videte, qui audeam ſine coloribus, & figuris, & loco, tot imagines conſtituere. Tenuis nempe eſt verborum pictura.

οἶμαι, ἀκούοντες, ἃ καὶ ὁρῶντες θαυμάζετε. καὶ ἴσως ἄν με καὶ δι' αὐτὸ [f] ἐπαινέσαιτε, καὶ τοῦ ἀντιδίκου προτιμήσαιτε, [g] ὡς καὶ αὐτὸν ἐπιδείξαντα, καὶ διπλασιάσαντα ὑμῖν τὴν ἡδονήν. τὸ χαλεπὸν δὲ τοῦ τολμήματος ὁρᾶτε, ἄνευ χρωμάτων, καὶ σχημάτων καὶ τόπου, συστήσασθαι τοσαύτας εἰκόνας· ψιλὴ γάρ τις ἡ γραφὴ τῶν [h] λόγων.

22. *Igitur ad dextram intranti Argolicae fabulae Aethiopicus affectus permixtus eſt. Perſeus cetum interficit, & liberat Andromedan, uxorem paullo poſt ſibi habiturus, abitque illam ducens. Agit hoc obiter in ſuo ad Gorgonas volatu. In brevi autem tabella multa expreſſit artifex; pudorem virginis ac metum: inſpicit enim pugnam deſuper e ſcopulo: & auſum juvenis amatorium; & difficilem oppugnatu ſpeciem belluae. Atque haec quidem irruit ſpinis horrens, ac terribilis rictu: Perſeus autem laeva Gorgonem objicit; dextra ferit gladio, & qua parte vidit Meduſam cetus, jam lapis eſt; qua adhuc vivit, falce caeditur.*

Ἐν δεξιᾷ μὲν οὖν εἰσιόντι, Ἀργολικῷ μύθῳ ἀναμέμικται πάθος Αἰθιοπικόν, ὁ Περσεὺς τὸ κῆτος φονεύει, καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν καθαιρεῖ, καὶ μετὰ μικρὸν γαμήσει, καὶ ἄπεισιν, αὐτὴν ἄγων· πάρεργον τοῦτο τῆς ἐπὶ Γοργόνας πτήσεως· ἐν βραχεῖ δὲ πολλὰ ὁ τεχνίτης ἐμιμήσατο, αἰδῶ παρθένου, καὶ φόβον· ἐπισκοπεῖ γὰρ [i] τὴν μάχην ἄνωθεν ἐκ πέτρας, καὶ νεανίου τόλμαν ἐρωτικήν, καὶ θηρίου ὄψιν ἀπρόσμαχον· καὶ τὸ μὲν ἔπεισι πεφρικὸς ταῖς ἀκάνθαις, καὶ δεδιττόμενον τῷ χάσματι· καὶ ὁ Περσεὺς δὲ τῇ λαιᾷ μὲν προδείκνυσι τὴν Γοργόνα· τῇ δεξιᾷ δὲ καθικνεῖται τῷ ξίφει. καὶ τὸ μὲν ὅσον τοῦ κήτους εἶδε τὴν Μέδουσαν, ἤδη λίθος ἐστί· τὸ δ' ὅσον ἔμψυχον μένει, τῇ ἅρπῃ κόπτεται.

23. *Deinde poſt hanc imaginem, alia tabula picta eſt plena juſtitiae, cujus animale exemplum ab Euripide vel Sophocle ſumſiſſe pictor videtur, qui ſimilem & ipſi pinxerunt imaginem: Juvenes duo ſodales Pylades Pho-*

Ἑξῆς δὲ μετὰ τήνδε τὴν εἰκόνα, ἕτερον [k] γράμμα γέγραπται δικαιότατον, οὗ τὸ ἀρχέτυπον ὁ γραφεὺς παρ' Εὐριπίδου ἢ Σοφοκλέους δοκεῖ μοι λαβεῖν. [l] ἐκεῖνοι γὰρ ὁμοίαν [m] ἔγραψαν τὴν εἰκόνα, τὼ νεανία τὼ ἑταίρω,

f Ἐπαινέσαιτε] Ἐπαινέσητε *Fl.* & προτιμήσητε. *g* Ὡς καὶ] Ὡς μὴ καὶ *Fl.* *h* Λόγων] Λόγον *Ald.* male. *i* Τὴν] Articulo caret *Fl.* *k* Γράμμα] Δρᾶμα *Fl.* quod verum credo. *l* Ἐκεῖνοι] Sic Edd. ἐκείνω vult *Solan.* *m* Ἔγραψαν τὴν] Sic dedi ex *Fl.* ἐγραψάτην cett.

τόπου Edd. conſentire video, neque ex Codd. quidquam varietatis notatum reperio. *J.F.R.*

5. Αἰθιοπικὸν] Cepheus, Caſſiope, & Andromede Aethiopes. *F.G.*

8. Πάρεργον τοῦτο τῆς ἐπὶ Γοργόνας πτήσεως] Benedictus, *atque ut extra inſtitutum, volatus ad Gorgonas.* An credimus ſic inſignem virum diſtinxiſſe? Verius crediderim ortum errorem ab typis, & continuo ductu expreſſiſſe ſententiam, quam largius ediderat Micyllus, *atque hoc parergon quoddam, ſive extra propoſitam rem additum fuit ad eum, quo ad Gorgonas abiit volatum.* Ex Benedicto oportet certe tolli abſurda commatis diſtinctio, ut *volatus* ſit genitivo caſu. *J.G.*

23. Ἐκείνω] Verbum in Duali numero poſitum in omnibus, excepta *Fl.* quae ἔγραψαν τὴν habet, hoc etiam pronomen in duali eſſe cum poſtularet, in omnibus libris noſtris antea legebatur tamen ἐκεῖνοι. *M. du S.*

Ἐκεῖνοι —— ἔγραψαν τὴν] *Fl.* lectionem veram arbitror, quam exhibeo; nam ſi ἐγραψάτην cum cett. legis, ἐκεῖνοι cum *Solano* in ἐκείνω mutandum fuiſſet; licet mox ἄμφω φονεύουσιν recte legatur; dualis enim nominis recte admittit pluralem verbi, non viciſſim. Etſi αἱ κῆρες ἑζέσθην *Hom.* Il. Θ. 73. Melius ergo erat lectionem bonam ſequi, quae a *Fl.* ſuppeditatur, quam cor-

ρω, Πυλάδης τε ὁ Φωκεὺς, καὶ Ὀρέστης, [a] δοκοῦντε ἤδη τεθνάναι, λαθόντε τὰ βασίλεια, καὶ παρελθόντε, φονεύουσιν ἄμφω τὸν Αἴγισθον. ἡ δὲ Κλυταιμνήστρα ἤδη ἀνῄρηται, καὶ ἐπ' εὐνῆς τινὸς ἡμίγυμνος πρόκειται, καὶ θεραπεία πᾶσα, ἐκπεπληγμένοι τὸ ἔργον, οἱ μὲν ὥσπερ βοῶσιν, οἱ δέ τινες, ὅπῃ φύγωσι, περιβλέπουσι. σεμνὸν δέ τι ὁ γραφεὺς ἐπενόησε, τὸ μὲν ἀσεβὲς τῆς ἐπιχειρήσεως δείξας μόνον, καὶ ὡς ἤδη πεπραγμένον παραδραμὼν, ἐμβραδύνοντας δὲ τοὺς νεανίσκους ἐργασάμενος τῷ τοῦ μοιχοῦ φόνῳ.

Μετὰ δὲ τοῦτο θεός ἐστιν εὔμορφος, καὶ μειράκιον ὡραῖον, ἐρωτική τις παιδιά· ὁ Βράγχος ἐπὶ πέτρας καθήμενος, ἀνέχει λαγὼν, καὶ προσπαίζει τὴν κύνα. ὁ δὲ πηδη-

cenſis atque Oreſtes, qui jam putabantur eſſe mortui, atque ſic latentes, in regiam intrant, interficiuntque ambo Aegiſthum. Clytaemneſtra vero jam occiſa in cubili quodam ſeminuda jacet, ac miniſterium omne circumſtat, conſternati facinore, alii clamant, alii quorſum fugiant, circumſpiciunt. Specioſe illud commentus eſt pictor, cum impium quod fuit in hoc facinore oſtendit modo; & tanquam perpetratum jam praetercucurrit: ſed immorantes pinxit juvenes in caede adulteri.

24. *Poſt haec vero formoſus Deus eſt, & adoleſcentulus pulcher, luſus quidam amatorius. Branchus in petra ſedens, leporem retinet, & alludit cani: hic vero aſſilientis ad ipſum*

[a] Δοκοῦντε] Δοκῶντε Edd. priores male.

corrigendo aliam formare. Et licet alias permutationes dualis ac pluralis non ſemel viderimus, hic minus tamen convenit ἐκεῖνοι. *J.F.R.*

26. Δοκῶντε] Δοκοῦντε legendum omnino videtur: totus autem locus ſic corrigendus, *Πυλάδης τε ὁ Φωκεὺς, καὶ Ὀρέστης δοκοῦντε ἤδη τεθνάναι, λαθόντε τε καὶ εἰς βασίλεια παρελθόντε φονεύουσιν ἄμφω.* &c. *F.G.*

Ibid. Λαθόντε τὰ βασίλεια, καὶ παρελθ.] Verti ac ſi legeretur καὶ παρελθόντε τε λαθόντε εἰς τὰ βασίλεια. Caſus ſimiles fecerunt, opinor, ut λαθόντε praeponeretur, inde reliqua confuſio. *J.M.G.*

38. Ὁ Βράγχος] Branchus Apollinis Amaſius, alias filius. *F.G.*

48. Τὸ δὲ ἔργον] Corruptus hic locus eſt; quem, ſi pro πω, legas εἰ μὴ vel ſimile quid, forſan ſanitati reſtitues. Ulterius abſque Mſſ. ope mihi progredi non licet. *Fl.* τὸ δὲ ἔργον οὐχ ἑώρα σκέπων ἀλλ' ἐπὶ &c. Unde nondum, quid ſcripſerit Lucianus, ſatis patet. Quin & ante haec verba pro τόλμαν, ego τὸ μὴν ſcriptum fuiſſe non dubito. Totum refingant quibus meliores obtigerint Codices, aut felicior erit conjiciendi facultas. *M. du S.*

49. Οὐχ ἑώρακέ πω ἐπὶ τῆς ἀσπίδος] Qui non ignorat hiſtoriam facti, ille hic aliquid deeſſe ſentit. Pherecydes apud *Schol. Apollo.* Argon. 4, 1515. de Mercurio & Minerva, Perſei in hoc facto adjutoribus, ὑποτίθενται αὐτῷ οὗτοι οἱ θεοὶ, ὅπως χρὴ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμεῖν ἀπεστραμμένον· καὶ δεικνύουσιν ἐν τῷ κατόπτρῳ (ipſo nimirum clypeo politiſſimo) τὴν Μέδουσαν κ. τ. λ. Ipſe Perſeus narrat apud *Ovid.* Met. 4, 781.

Se tamen horrendae clypei, quod laeva gerebat
Aere repercuſſa formam adſpexiſſe Meduſae &c.

Itaque omiſſam apparet particulam exceptivam, quae hoc forte modo expleri poterit, οὐχ ἑώρακέ πω, ἢ μὴ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος. Atque ita interpretatus ſum. *J.M.G.*

51. Τὸ πρόσιμον] Τὴν ἀπολίθωσιν ſcil. *F.G.*

52. Ἄνω τῆς ἀντίθυρος] Leg. videtur τῆς ἀντιθύρου, ſeu potius τοῦ ἀντιθύρου. ἀντίθυρος ἐλλειπτικῶς pro ἀντίθυρος τοῖχος. Infra p. 848. (Ed. Bened.) ἐς δὲ τὸν ἀντίθυρον ἡ ἄλλη πληθύς. &c. vide locum. *F.G.*

Ἄνω τῆς ἀντίθυρος, Ἀθηνᾶς ναὸς πεποίηται] Sane quidem poſt vocem tertiam video in editionibus poni parvam diſtinctionem, non ſecus acſi inde ſupponere deberemus viros doctos, qui vel ediderunt vel interpretati ſunt, in Græco ſermone agnoviſſe ἡ ἀντίθυρ, cujus ſecunda inclinatio foret τῆς ἀντίθυρος. Sed nunquam eo vecordiæ progredi potui, credens illos ſatis bene voces Luciani conſideraviſſe. Itaque quum puer eſſem, inſiſtens illorum veſtigiis cenſui ſcripſiſſe auctorem ἄνω τις ἀντίθυρος Ἀθηνᾶς ναὸς, *in mediis parietis ſuperiore parte obverſum oſtio templum Minervæ poſitum eſt.* Neque hujus cogitationis nunc pœnitet, eo magis quod hunc locum videam ab viro doctiſſimo infra *Symp.* c. 8. ſic tractari, quaſi vel ἄνω τῆς ἀντιθύρου aut potius τοῦ ἀντιθύρου legendum eſſet: quorum utrumque non eſt immune vitii; quum nec prius bonam efficiat ſententiam aut ſyntaxin, nec etiam poſterius, quum ſi μέσος fuerit ἀντίθυρος, non fuerit neceſſe id rurſus exprimi; ſed recte dicit in medio pariete fuiſſe ἄνω ædem Minervæ ἀντίθυρον. Quin etiam quum illic ſcribit Lucianus ἐς δὲ τὸν ἀντίθυρον ἡ ἄλλη πληθὺς, non debet ſupponi ellipſis pro ἀντίθυρον τοῖχον, qui nullus illic legitur, ſed ἐς δὲ τὸν ἀντίθυρον ſcilicet κλιντῆρα, qualem alium ad dexteram ingredientibus præceſſiſſe illic manifeſte legimus. *J.G.*

Ἄνω

ipſum in altum ſpeciem habet. Atque adſtans Apollo ſubridet delectatus utroque, & puero ludente, & tentante capturam cane.

σωμένῳ ἔοικεν ἐπ' αὐτὸν εἰς τὸ ὕψος· καὶ Ἀπόλλων παρεστὼς μειδιᾷ, τερπόμενος ἀμφοῖν, καὶ τῷ παιδὶ παίζοντι, καὶ πειρωμένῳ τῷ κυνί.

25. *Poſt iſta iterum Perſeus, auſus illa, quae ante cetum geſta ſunt, & Meduſa cui caput praeciditur, tegensque Perſeum Minerva. At ille peregit facinus, ut opus ipſe ſuum non videret, praeterquam Gorgonis in clypeo ſuo imaginem: noverat nimirum quanti conſtaret directo viſu illam adſpexiſſe.*

Ἐπὶ δὲ τούτοις ὁ Περσεὺς πάλιν τὰ πρὸ τοῦ κήτους ἐκεῖνα τολμῶν, καὶ ἡ Μέδουσα τεμνομένη τὴν κεφαλὴν, καὶ Ἀθηνᾶ σκέπουσα τὸν Περσέα· ὁ δὲ τὴν μὲν τόλμαν εἴργασται, τὸ δὲ ἔργον οὐχ ἑώρακέ πω, [b] ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἀσπίδος, τῆς Γοργόνος τὴν εἰκόνα. οἶδε γὰρ τὸ πρόστιμον τῆς ἀληθοῦς ὄψεως.

26. *In medio pariete, ſuperne, e regione januae aedicula Minervae facta eſt. Dea e candido marmore: habitus non bellicus; ſed qualis fuerit pacem agente Dea bellica.*

Κατὰ δὲ τὸν μέσον τοῖχον, ἄνω [c] τῆς ἀντίθυρος, Ἀθηνᾶς ναὸς πεποίηται, ὁ θεὸς λίθου λευκοῦ, τὸ σχῆμα οὐ πολεμιστήριον, ἀλλ' οἷον ἂν γένοιτο εἰρήνην ἀγούσης θεοῦ πολεμικῆς.

Εἶ-

b Ἀλλ'] Inſerui ex *Fl.* omiſſum erat in cett. Sed pro ἑώρακέ πω eadem *Fl.* habet ἑώρα σκέπων, quod etiam adſcivit marg. *A1.* At nihili eſt. Pro πω *B1.* & 2. ποτε. *c* Τῆς ἀντίθυρος] Nihil mut. Edd. & *Coll.*

52. * Τῆς ἀντίθυρος] Ὡς ἀπὸ τῆς εὐθείας † ἡ ἀντίθυρ. *V.*

* Τῆς ἀντίθυρος] Ἀντίθυρες male V.
† Ἡ ἀντίθυρ] In Impreſſis ἡ ἀντίθυρος, quod plane abſurdum. Sed in V. C. & G. ἀντίθυρι, quod rem totam aperit. Τῆς ἀντίθυρος, inquit, a nominativo ἡ ἀντίθυρ, ut πυρὸς a πῦρ. *M. du S.*

Ἄνω τοῦ ἀντιθύρου] Huc usque de parietis dextri imaginibus a c. 21. pergit nunc ad cubiculi latus intrantibus adverſum, & quod ſupra januam priori oppoſitam erat, deſcribit. Vide autem Ἀλεξ. c. 6. & Συμπ. c. 8. ubi priore in loco videbis τὸ ἀντίθυρον in omnibus libris Noſtris ſcriptum inveniri; in poſteriori autem in Mſ. O. ſolo; at reliquos prae ſe ferre τὸ ἀντίθυρον. Hic vero omnes τῆς ἀντίθυρος; quod mutavimus. Fateor tamen eo inclinare animum, ut putem hic τοῦ ἀντιθύρου ſcriptum fuiſſe; ſicuti ἡ παράθυρος *Plut.* 1096, 1. eſt poſticum. Cum enim neutro genere uſurpatur, ſubauditur ſemper τεῖχος. *M. du S.*

Ἄνω τις ἀντίθυρος Ἀθηνᾶς ναὸς] Sine ulla dubitatione recipienda conjectura *Gronovii.* Ἀντίθυρος ναὸς Ἀθηνᾶς eſt aedicula Minervae, in medio pariete, ex adverſo januae, ad ſymmetriam nimirum obtinendam, poſita. Ναὸν vel νεὼν non ſemper eſſe juſtum templum & aedem, ſed machinationem auguſtam, recipiendo ſigno Dei alicujus factam, cum viri docti, *Pricaeus* praeſertim, ad Actuum Apoſtolicorum 19, 24 oſtenderunt, tum luculenter ipſe Lucianus docet ſupra *Amor.* c. 13. [illegible]bi ἀμφίθυρος, quemadmodum hic ἀντίθυρος, Veneris νεὼς deſcribitur. *Aediculam* e Plinii narratione ibi reddidimus: qui etiam alias illa appellatione utitur. V. G. de *Lyſiae opere quodam, quod in Palatio ſuper arcum Divus Auguſtus dicavit in aedicula columnis adornata* lib. 36, 5. ſ. 4, 10. Add. 36, 13. ſ. 19, 2. Non dubito quin illa opera altaribus Chriſtianorum ſuperpoſita, ubi intra thecas quasdam & valvas vel ſigna Divorum, vel reliquiae aſſervantur, itemque illa quae vocantur *tabernacula*, ſtructurae interdum inſignes & magni operis, ab ναοῖς hiſce gentilium originem duxerint. *J. M. G.*

Ἄνω τῆς ἀντίθυρος] Τοῦ ἀντιθύρου *Solan.* Τις pro τῆς *Gron.* ac *Geſn.* quibus adſentior, cum emendatio ſit facilior. Edi tamen paſſus ſum vulgatum, quum & alii conjicere queant, articuli tranſpoſitione haec ſanari poſſe, legendo ἀντίθυρος τῆς Ἀθηνᾶς. Niſi vel ſine tranſpoſitione ita conſtruere velis (quod tamen durius) Neutro gen. τὸ ἀντίθυρον habuimus ſupra, T. 2. *Alex.* c. 16. ubi *Soulius* noſter animadvertit, hic loci idem feminino genere occurrere. Sed qui τῆς ad nominativum ἀντίθυρος pertinere poterit? Maſcul. genere, & uſitatiore, legitur infra *Sympoſ.* c. 8. εἰς δὲ τὸ ἀντίθυρον. Sed & pro ἄνω ἀντὶ legat quis, qui verſionem priſtinam eo tendere viderit, quae dedit: *In medio autem pariete, ex adverſo januae Minervae aedicula quaedam eſt.* At quorſum tot conjecturas? Cedamus *Gronovio*, donec Mſſ. emendatiores nanciſcamur. *J. F. R.*

58. Πά-

Εἶτα μετὰ ταύτην ἄλλη Ἀθηνᾶ, οὐ λίθος αὕτη γε, ἀλλὰ γραφὴ [a] πάλιν. Ἥφαιστος αὐτὴν διώκει ἐρῶν, ἡ δὲ φεύγει· κἀκ τῆς διώξεως Ἐριχθόνιος γίγνεται.

Ταύτῃ ἕπεται παλαιά τις ἄλλη γραφή. Ὠρίων φέρει τὸν Κηδαλίωνα, τυφλὸς ὤν. ὁ δ᾽ αὐτῷ σημαίνει τὴν πρὸς τὸ φῶς ὁδὸν, ἐποχούμενος.

Καὶ ὁ Ἥλιος φανεὶς, ἰᾶται τὴν πήρωσιν, καὶ ὁ Ἥφαιστος Λημνόθεν ἐπισκοπεῖ τὸ ἔργον.

Ὀδυσσεὺς τὸ μετὰ τοῦτο, δῆθεν μεμηνὼς, [b] ὅτε συστρατεύειν τοῖς Ἀτρείδαις μὴ θέλων· πάρεισι δὲ οἱ πρέσβεις ἤδη καλοῦντες. καὶ τὰ μὲν τῆς ὑποκρίσεως, πιθανὰ πάντα, ἡ ἀπήνη, τὸ τῶν ὑπεζευγμένων ἀσύμφωνον, ἄγνοια τῶν δρωμένων· ἐλέγχεται δὲ ὅμως τῷ βρέφει. Παλαμήδης γὰρ ὁ τοῦ Ναυπλίου, συνεὶς τὸ γιγνόμενον, ἁρπάσας τὸν Τηλέμαχον, ἀπειλεῖ φονεύσειν, πρόκωπον ἔχων τὸ ξίφος, καὶ πρὸς τὴν τῆς μανίας ὑπόκρισιν, ὀργὴν καὶ οὗτος ἀνθυποκρίνεται. ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς πρὸς τὸν φόβον τοῦτον σωφρονεῖ, καὶ πατὴρ γίγνεται, καὶ λύει τὴν ὑπόκρισιν.

27. *Tum poſt hanc Minerva alia, non marmor illa quidem, ſed pictura rurſus. Perſequitur illam Vulcanus amator, illa ſe ſubducit, atque ex illa perſecutione naſcitur Erichthonius.*

28. *Hanc ſequitur vetus quaedam alia pictura. Caecus Orion fert Cedalionem, hic vero inſidens illi viam ad lucem monſtrat.*

29. *Oriensque Sol caecitati illius medetur. Ac Vulcanus e Lemno rem inſpicit.*

30. *Ulyſſes poſt iſta, nempe furens, ut qui expeditionem ſuſcipere cum Atridis nolit. Adſunt autem legati jam vocantes. Et ſimulatio ipſius ſatis illa quidem probabilis: currus, diſcrepantia jumentorum, eorum quae agerentur ignorantia. At deprehenditur tamen in puero. Palamedes enim Nauplii F. intelligens quid ageretur, raptum Telemachum interfecturum ſe minatur, ſtricto jam gladio, & adverſus furoris ſimulationem iram & ipſe viciſſim ſimulat. At Ulyſſes ab hoc metu reſipiſcit, & fit pater, & ſimulationem ſolvit.*

31. *Ul-*

a Πάλιν] Interpunctio *Geſneri*. Ante edebatur: ἀλλὰ γραφή. πάλιν Ἡφ—. b Ὅτε — θέλων] Ὅτι — θέλει *Pell.* In vulgato conſentiunt *J. Ald. B1. Fl. Fr. H. P. S.* πότε *B2.*

58. Πάλιν] Aut tertia eſt Minerva, aut ſurreptitium eſt iſtud πάλιν. *M. du S.*

Ibid. Γραφὴ πάλιν. Ἥφαιστος] Sic interpungendum. πάλιν indicat, ſeriem picturarum interceptam ab aedicula Minervae rurſus continuari. *J. M. G.*

60. Κἀκ τῆς διώξεως] Fabulam habes apud *Lactantium* I. 17. cujus haec extrema verba ſunt: *In illa*, inquit, *colluctatione, Vulcanum profudiſſe aiunt ſemen, unde ſit Erichthonius natus.* Ad quem locum *Lindenbrogius* Luciani *Philopſeuden* pro hoc opuſculo adfert; quod ideo moneo, ne fruſtra illud evolvas; nam ibi quidem cap. 3. *e terra natus Erichthonius* dicitur, ſed nihil aliud. Confer etiam Ὀρχ. c. 39. ubi tangitur fabula, non ut hic, narratur. *M. du S.*

62. Ὠρίων φέρει τὸν Κηδαλίωνα] Quia hæc fabula non eſt vulgo nota, non erit, credo, ingratum meo lectori, ſi aliquid de ea dixero. Orion ab Oenopione, qui in Chio regnabat, excæcatus & in littus maris expoſitus, Cedaliona puerum fabrum rapuit, & humeris impoſito eo ductore uſus eſt, ut ad orientem ſolem ab eo duceretur, ubi ſolis calore viſum recepit. Naxius autem fuit, & ei Juno Vulcanum tradidit, ut fabrilem artem eum doceret. De eo *Euſtathius* ad Iliad. Ξ, & *Apollodor.* L. I. qui tamen eum non nominat, ſed hanc hiſtoriam narrat. *J. P. a G.*

66. Ὁ Ἥφαιστος Λημνόθεν] Fuerit itaque pictura talis, ut e Lemno, ſua officina, proſpiciens Vulcanus oculis proſequi videretur Orionem. Cur autem hoc quod Orion agit, *Vulcanus inſpexerit*, Hyginus explicat poët. aſtron. 2, 34. Fxcaecatus ob vitiatam Meropen & de inſula Chio ejectus, *exiſtimatur Lemnum ad Vulcanum perveniſſe, & ab eo quendam ducem, Cedalionem nomine accepiſſe* &c. *J. M. G.*

68. Ὅτε συστρατ. — μὴ θέλων] Legendum eſt, niſi vehementer fallor, ἅτε μὴ θέλων. *J. M. G.*

Ὅτε] Ἅτε legendum videtur. *F. G.* Recte, cumque Cl. *Geſn.* idem divinarit, cui multum tribuo, id potius habeo, quam *Pelleti* ὅτι θέλει. *J. F. R.*

71. Ὑπεζευγμένων] Subaudi ζώων, βοῶν, a[illegible]m. *F. G.*

75. Πρόκωπον] Πρόκωπος idem eſt quod πρόσκωπος Grammaticis; ſed τὸ πρόσκωπος magis placet. *F. G.*

Πρόκωπον] Cur *Gujet.* πρόσκωπον malit, non intelligo;

31. *Ultima Medea picta eſt zelotypia inflammata, pueros duos torvum adſpiciens, & dirum quiddam animo agitans. Jam enim habet gladium. At miſelli ſedent ridentes, futurorum ignari, idque cum in manu videant gladium.*

Ὑστάτη δὲ ἡ Μήδεια γέγραπται, τῷ ζήλῳ διακαής, τὼ παῖδε ὑποβλέπουσα, καί τι δεινὸν ἐννοοῦσα· ἔχει γοῦν ἤδη τὸ ξίφος, τὼ δ' ἀθλίω καθῆστον γελῶντε, μηδὲν τῶν μελλόντων εἰδότε, καὶ ταῦτα ὁρῶντε τὸ ξίφος ἐν ταῖν χεροῖν.

32. *Haec omnia, judices, nonne, ut abducant auditorem, videtis, & ad ſpectaculum avertant, ſolumque eum qui dicit relinquant? Atque ego iſta perſecutus ſum, non ut adverſarium meum, audacem rati ac temerarium, qui difficilibus adeo rebus volens ipſe ſe ingeſſerit, damnatum habeatis odio, atque in ipſa oratione deſtituatis: ſed uti potius adjuvetis ipſi certamen, & conniventes, quantum ejus fieri poteſt, verba illius audiatis, perpenſa nimirum operis difficultate. Vix enim vel ſic potuerit, etiam ſi non judicibus vobis ſed ſociis utatur, non uſquequaque indignus magnifico iſto oeco putari. Quod vero pro adverſario iſta peto, nolite mirari; Ob amorem enim hujus oeci, quisquis eſt, qui in eo dicit, velim probari.*

Ταῦτα πάντα, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐχ ὁρᾶτε ὅπως ἀπάγει μὲν τὸν ἀκροατήν, καὶ πρὸς τὴν θέαν ἀποστρέφει, μόνον δὲ καταλείπει τὸν λέγοντα; καὶ ἔγωγε διεξῆλθον αὐτά, οὐχ ἵνα τὸν ἀντίδικον τολμηρὸν ὑπολαβόντες, καὶ θρασύν, εἰ τοῖς οὕτω δυσκόλοις ἑαυτὸν ἑκὼν φέρων ἐπέβαλε, καταγνῶτε, καὶ μισήσητε, καὶ ἐπὶ τῶν λόγων ἐγκαταλίπητε, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον αὐτῷ συναγωνίσησθε, καὶ ὡς οἷόν τε καταμύοντες, ἀκούητε τῶν λεγομένων, λογιζόμενοι τοῦ πράγματος τὴν δυσχέρειαν. μόλις γὰρ ἂν οὕτω δυνηθείη οὐ δικασταῖς, ἀλλὰ συναγωνισταῖς ὑμῖν χρησάμενος, μὴ παντάπασιν ἀνάξιος τῆς τοῦ οἴκου πολυτελείας νομισθῆναι. εἰ δὲ ὑπὲρ ἀντιδίκου ταῦτα δέομαι, μὴ θαυμάσητε· ὑπὸ γὰρ τοῦ τὸν οἶκον φιλεῖν, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ λέγοντα, ὅστις ἂν ᾖ, βουλοίμην ἂν εὐδοκιμεῖν.

go; πρόσκωπος enim *remex* eſt, ὁ πρὸς κώπῃ. *Thucyd.* I. c. 10. *Long. Paſt.* II. p. 41. ναῦν μικρὰν καθελκύσαντες, καὶ οἰκέτας προσκώπους καθίσαντες, ubi fruſtra *Mollius* conjicit προκώπους forſan legendum. Noſter T. I. *Contempl.* §. 1. ἀντλεῖν ἐκέλευσε ἢ πρόσκωπον εἶναι. ibid. §. 7. ναύτης ἀεὶ καὶ πρόσκωπος ὤν. Quum πρόκωπος ſit, *promptus, ſtrictus, nudus*, ut notum ex *Herodian.* VII. 6. 19. προβαλόντες τὰ ξιφίδια — φονεύουσιν, ἔχοντές τε αὐτὰ πρόκωπα, προπηδῶσιν. Ibid. c. 5. 10. ἔχων πρόκωπον τὴν δεξιάν. *manu capulo admota.* Quinam vero Grammatici idem eſſe dicant, πρόκωπος & πρόσκωπος, neſcio; niſi quod male ap. *Poll.* I. S. 95. πρόκωπος *remex* legas, ubi πρόσκωπος recte corrigunt Commentt. *J. F. R.*

ΜΑΚΡΟΒΙΟΙ.

1 ΟΝαρ τί τοῦτο, λαμπρότατε Κυϊντίλλε, [a] κελευσθεὶς [b] προσφέρω σοι δῶρον, τοὺς μακροβίους, πάλαι μὲν τὸ ὄναρ ἰδὼν, καὶ ἱστορήσας τοῖς φίλοις, ὅτε ἐτίθεσο τῷ δευτέρῳ σου παιδὶ τοὔνομα· συμβαλεῖν δὲ οὐκ ἔχων, τίνας ὁ θεὸς κελεύει μοι προσφέρειν σοι τοὺς μακροβίους, τότε μὲν [c] ηὐξάμην τοῖς θεοῖς [d] ἐπὶ μήκιστον ὑμᾶς βιῶναι, σέ τε αὐτὸν, καὶ παῖδας τοὺς σοὺς· τοῦτο συμφέρειν νομίζων καὶ σύμπαντι μὲν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, πρὸ δὲ τῶν ἁπάντων αὐτῷ τε ἐμοὶ, καὶ [e] πᾶσι τοῖς ἐμοῖς. καὶ γὰρ κἀμοί τι ἀγαθὸν ἐδόκει προσημαίνειν ὁ θεός.

LONGAEVI.

SOmnio monitus hoc facere, o Quintille clariſſime, munus ad te defero Longaevos: ſomnio, inquam, quod olim vidi, cum nomen poneres filio tuo ſecundo, ac narravi amicis. Sed quod conjicere non poſſem, quoſnam Longaevos tibi offerri Deus juberet: tum quidem vota Diis nuncupavi, ut quam longiſſime & tu vivas & tui filii; utile id eſſe ratus cum univerſo hominum generi, tum praeter caeteros & ipſi mihi & meis omnibus: etenim mihi quoque bonum quiddam praeſignificare videbatur Deus.

2. Re

a Κελευσθεὶς] Κελευθεὶς *Fl.* *b* Προσφέρω σοι] Bene *P. B. J.* &c. Προσφέρωσι *H.* *c* Ηὐξάμην] Sic pleraeque. Εὐξάμην *Fl.* *d* Ἐπὶ μήκιστον] Sic *Fl.* & *B* 1. 2. 3. Ἐπημήκιστον *J.* Ἐπιμήκιστον junctim aliae. *e* Πᾶσι] Nil mut. Edd. neque Codd.

5. *Συμβαλεῖν*] *Διακρῖναι, νοῆσαι. V.*

ΜΑΚΡΟΒΙΟΙ] Ante mortuum Demonactem ſcriptus videtur hic liber, quem, quo erat in eum favore, catalogo longaevorum non annumerare nefas duxiſſet. De eodem argumento ſcripſit etiam *Phlegon*, cujus liber extat. vide etiam Laevinum Lemnium *de occult. nat. mir.* & Merc. *Hiſt.* 1696. p. 317. & ſeqq. & alibi paſſim. *M. du S.*

1. *Ὄναρ τι*] Ex ipſa ſomnii commemoratione conjicit *Joh. Clericus* Bibl. Anc. & Mod. T. 22. p. 226. auctorem non eſſe Lucianum; ſed forte Ariſtidem, cujus ſuperſtitio nota eſt. Argumentum nimis imbecillum, quod vel ipſo primo libellorum Luciani refutetur. Caeterum legendum puto non ὄναρ τι, quod libros occupavit; ſed ὀνείρατι. *J.M.G.*

Ὄναρ] Pro κατ' ὄναρ, *per ſomnium*, frequens aliis, frequens Noſtro. T. I. *Tim.* §. 20. f. ὅτι μὴ ὄναρ πλουτοῦσι. T. 2. *Gall.* c. 1. f. ὅρα ὅπως μὴ, ὄναρ πλουτῶν, λιμώττης ἀνεγρόμενος. & vel centies alibi. Probe ſcivit hoc vir Doctiſſ. probe etiam meminit; quare igitur ὀνείρατι malit, neſcio; niſi quod τι forſan alibi non addat Noſter. De accentu V. Κυϊντ. vid. fin. huj. *Dial.* *J.F.R.*

Ὄναρ] In marg. verſionis *Geſnerianae* moneor, ut notas Clar. *J. Henr. Maji* inſeram, quas ille in *Diſſert.* ſuper hoc Luciani libello, Gieſſae Ao. 1724. defendente Doct. *J. Herm. Bennero*, nunc ibid. Profeſſore Clariſſ. edidit. Sed cum Bibliopolae ſerio monuere, curarem, ne ultra tertium tomum haec editio excurreret; ut utriusque petitioni aliquid dem, potiſſima ſaltem indicando, vel excerpendo, inſeram. *Ὄναρ* igitur *Majus* hic notat de *vero*, ἐνύπνιον de falſo dici, ex *Macrob.* ad Somn. Scip. I. 3. *Suid. Heliod.* & *Artemid.* Id vero diſcrimen haud eſſe perpetuum, ex *Luciani Somn.* aliisque recte probat. Dein phraſin ὄναρ κελευσθεὶς pro κατ' ὄναρ Noſtro adſerit ex *Pſeudom. Gall. Chronoſol. Theophyl. Ælian.* & *Ach. Tat.* *J.F.R.*

Ibid. Κυϊντίλλε] [Altercatio fuit inter Herodem Atticum & Quintillios fratres tum Graeciae praefectos (*Philoſtr.* p. 545. & 559.) ea autem coepta eſt circa annum Chr. CLXXI. Pythiaque CLXXXIX. eo anno celebrata; ſiquidem, referente *Philoſtrato* p. 545. l. c. nonnulli dicebant initium illius altercationis fuiſſe Pythiorum ſolemne, quod diverſo judicio concentum muſicum auſcultaſſent. Id enim Pythium ſolemne ad annum CLXXV, quo ſubſequens ſolemne CXC. celebratum, referri nequit; uti ex ſequentibus liquebit. *Philoſtratus* enim veram altercationis hujus cauſam enarrans ibi ſcribit, Herodem tyrannidis apud Imperatorem, Quintilliorum literis accuſatum: poſtea ipſum atque adverſarios Imperatorem, tum in Pannonia bellum gerentem, & Sirmii degentem, adiiſſe; atque coram eo cauſſam egiſſe (558. A.) vivente adhuc *M. Aurelii* uxore, ac filiola adhuc balbutiente, (& modo trienni p. 561.) 558. D. Jam vero Fauſtina A. C. CLXXV. ſub hiemem obiit; atque paulo poſt Marcus epiſtolam ad Herodem ſcripſit, in qua cum de belli hibernis verba feciſſet, in quibus tum erat, & uxorem defleviſſet *recens mortuam*, addebat ἀπολογίαν pro judicio, quod ante adverſus eum in Pannonia

[illegible]m conſiderata, in co-g[illegible]vero eſſe ſimile, Deos, quum [illegible] doctrinae ſtudiis operato haec imperent, jubere, de arte tibi *mea* aliquid ut offeram. Hunc igitur auſpicatiſſimum ratus nataliciorum tuorum diem, dono tibi eos, qui ad longam ſenectutem perveniſſe, cum ſana mente & corpore integro, memorantur. Etenim duplex quaedam tibi utilitas ex hoc libello naſcatur: hinc animus alacris & bona ſpes, fieri poſſe ut ipſe quoque vivas quam diutiſſime, hinc quaedam *petita* ab exemplis diſciplina, ſi cognoſcas, ut quique maxime & corporis ſui & animi curam geſſerit, ita ad longiſſimam ſenectutem, cum valetudine integra, perveniſſe.

Σκεπτόμενος δὲ κατ' ἐμαυτὸν, εἰς σύννοιαν ἦλθον, εἰκὸς εἶναι τοὺς θεοὺς, ἀνδρὶ περὶ παιδείαν ἔχοντι ταῦτα προστάσσοντας, κελεύειν τί προσφέρειν σοι τῶν ἀπὸ τῆς τέχνης. ταύτην οὖν αἰσιωτάτην νομίζων τήν γε τῶν σῶν γενεθλίων ἡμέραν, δίδωμί σοι τοὺς ἱστορημένους εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικέσθαι ἐν ὑγιαινούσῃ τῇ ψυχῇ, καὶ ὁλοκλήρῳ τῷ σώματι. καὶ γὰρ ἂν καὶ ὄφελος γένοιτο τί σοι ἐκ τοῦ συγγράμματος διπλοῦν. τὸ μὲν εὐθυμία τις, καὶ ἐλπὶς ἀγαθὴ, καὶ αὐτὸν [f] ἐπιμήκιστον δύνασθαι βιῶναι. τὸ δὲ διδασκαλία τις ἐκ παραδειγμάτων, εἰ ἐπιγνοίης ὅτι οἱ μάλιστα ἑαυτῶν ἐπιμέλειαν ποιησάμενοι κατά τε σῶμα, καὶ κατὰ ψυχὴν, οὗτοι δὴ εἰς μακρότατον γῆρας ἦλθον, σὺν ὑγείᾳ παντελεῖ. Νέ-

f Ἐπιμήκιστον] Sic pleraeque. Ἐπὶ μήκιστον *Fl. B*1. ac 2.

nia tulerat (p. 562. coll. cum 560. D.) *J. Maſſon.* Exc. ined.] Graeciae Praefecti erant ſub *M. Aurelio* Clariſſimi fratres *Quintillii*, quorum inter ceteros meminit *Lamprid* in Commodo c. 4. quem vide, & in eum *Caſaub.* not. De fratre tam Charo nihil habere Lucianum, miror. Horum alter conſul fuit Anno C. 177. alter 180. Prior etiam anno 159. V. etiam *Dion. Caſſ.* L. LXXII. p. 819. & not. ad *Philoſtr.* l. c. Κωντίλλιοι vulgo ſcribitur. Ed. poſtrema ex Mſ. Κυντίλιοι habet. *Cardianum* & *Maximum Dio* nominat l. c. Pro Cardiano *Wottonus* p. 251. *Sext. Q.* Condianum vocari debere docet. *M. du S.*

Κυίντιλλι] De hujus nominis formatione plura *Majus* & *Bennerus* Diſſ. dicta, qui demonſtrant *Quintillus* & *Quintilius* non diſcrepare; ſed quia nimis multa, & *Solanus* potiſſima jam dixit, non inſero. *J. F. R.*

2. Προσφέρωσι δῶρον] Προσφέρω σοι δῶρον. *Th. M.*

Προσφέρωσι δῶρον] Libros etiam diebus natal. aliaque occaſione donari ſolitos, ex Lucian. Cronoſ. *Iſocr.* ad Demon. obſervat Cl. *Majus.* *J. F. R.*

3. Ὄναρ ἰδὼν] Sic *Alciphr.* III. Ep. 10. *Theophr.* char. c. 3. & 16. Et Latini: *Somnium videre.* *J. H. Majus.*

4. Ἐτίθεσο τῷ δευτέρῳ] Nominalibus filii tui ſecundo geniti. *F. G.* Vid. *Elſn.* ad Evang. *S. Luc.* I. 62. *J. F. R.*

5. Συμβαλεῖν] *Divinando adſequi.* De qua ſignif. leg. Cl. *Jac. Elſn.* ad Evang. *Luc.* 2. 19. qui nec praeſentem Auctoris locum indictum praetermiſit. *J. H. Maj.*

6. Ὁ θεὸς] *Homer.* Il. A. 63. —— καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. Et ex illo *Plin.* I. Ep. 18. *Syneſ.* initio Lib. de Inſomniis. *J. H. Majus.*

12. Πᾶσι] Utique ſcriptum hoc circa *M. Aurelii* extrema neceſſe eſt. Vid. not. ad Ἀλεξ. c. 56. *M. du S.*

17. Ἀπὸ τῆς τέχνης] Scil. *litterarum*, ut recte appinxit *Ant. Aemilius* Aquenſis in nott. Mſſ. & res clamat ipſa. *J. H. Majus.*

20. Ἐν ὑγιαιν. τῇ ψυχῇ] *Juven.* X. 356. *Orandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano.* *M. du S.*

24. Αὐτὸν] Ita dedi pro vulgato αὑτὸν, quod ut saepiſſime feci, ita ne monerem quidem; niſi Cl. *Majus* id animadverti juſſiſſet, qui de αὐτὸν pro ἑαυτὸν ſuadet videndum *Euſtath.* ad Il. E. p. 522. Ed. Roman. & Cl. *Hemſterhuis* ad Dial. Luciani p. 23. ubi indicat, nihil hoc leviculo errore in Luciano aliisque frequentius. *J. F. R.*

Ibid. Ἐπιμήκιστον] Cl. *Majus* in Diſſert. ſuper hoc *Dial.* duplici nomine reprehendit *Stephanum*, quod ἐπὶ μήκιστον rectius diſcretim ſcribi, & χρόνον intelligi conjiciat. Ego, etſi μήκιστον adverbii vice fungi, *Majo* concedam, immeritam tamen alteram cenſuram exiſtimo. Nam licet & alia ſic juncta invenias, ut ἐπιδιώτερον & ſimilia; eadem tamen in Edd. vetuſtiſſimis disjuncta reperias, ut jam notavimus in variantt. lectt. & in ἐκποδῶν, quod & ἐκ ποδῶν ſcribitur, non ſemel vidimus. Talia connectuntur, ſeparantur, pro arbitrio deſcribentis, & de his litigare non majoris eſt momenti, quam ſi ambigas *priusquam*, *antequam*, *quomodo*, & ſexcenta ſimil. junctim an ſeparatim ſint exaranda. Quod vero *Majus* pro argumento adſumat, etiam *Amſtelodamenſ* edit. ἐπιμήκιστον jungere, id nihil omnino ad rem facit, ex hac enim omnium vitioſiſſima & noviſſima, de vetere orthographia nihil recte concluditur. Nobis placeret analogiam ſequi, & *Fl.* lectionem ſervare, niſi jam alibi ἐπιμήκιστον edi paſſi ſimus. Vid. *Gymn.* c. 26. pr. & recte notantem *Hemſterh.* ad *Dial. Mort.* VI. 5. quo vetuſtiores ſint membranae, eo magis talia ſeparare; ſed nihil referre, utrovis more ſcribas. Ita & ὅτι μάλιστα & ὅτι μάλιστα pro-

Νέστορα μὲν οὖν τὸν σοφώτατον τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τρεῖς παρατεῖναι γενεὰς Ὅμηρος λέγει, ὃν συνίστησιν ἡμῖν γεγυμνασμένον ἄριστα καὶ ψυχῇ καὶ σώματι. καὶ Τειρεσίαν δὲ τὸν μάντιν ἡ τραγῳδία μέχρις ἓξ γενεῶν παρατεῖναι λέγει. πιθανὸν δ᾽ ἂν εἴη ἄνδρα θεοῖς ἀνακείμενον, [a] καὶ καθαρωτέρᾳ διαίτῃ χρώμενον τὸν Τειρεσίαν, [b] ἐπὶ μήκιστον βιῶναι.

Καὶ γένη δὲ ὅλα μακρόβια ἱστορεῖται διὰ τὴν δίαιταν, ὥσπερ Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι ἱερογραμματεῖς, Ἀσσυρίων δὲ καὶ Ἀράβων οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων· Ἰνδῶν δὲ, οἱ καλούμενοι Βραχμᾶνες, ἄνδρες ἀκριβῶς φιλοσοφίᾳ σχολάζοντες, καὶ οἱ καλούμενοι δὲ μάγοι, γένος τοῦτο μαντικὸν, καὶ θεοῖς ἀνακείμενον, παρά τε Πέρσαις, καὶ Πάρθοις, καὶ Βάκτροις, καὶ Χωρασμίοις, καὶ Ἀρείοις, καὶ Σάκαις, καὶ Μήδοις, καὶ παρὰ πολλοῖς ἄλλοις βαρβάροις ἐρρωμένοι τέ εἰσι, καὶ πολυχρόνιοι, διὰ τὸ μαγεύειν διαιτώμενοι καὶ αὐτοὶ ἀκριβέστερον.

3. Itaque Neſtor[...] tiſſimum, ad tria ſaecu[...] Homerus narrat, quem pr[...] corpore pariter atque animo exercita[...] optime: Tireſiam vero vatem ad ſex usque ſaecula produxiſſe *vitam* ait Tragoedia. Probabile autem fuerit, virum Diis dicatum, & puriore uſum victu, Tireſiam, vixiſſe longiſſime.

4. Commemorantur autem genera quoque hominum integra longaeva propter victus rationem fuiſſe, ut Aegyptiorum, qui ſacri ſcribae vocantur; Aſſyriorum autem & Arabum, qui interpretes fabularum; Indorumque, qui vocantur Brachmanes, viri in ſolidum vacantes philoſophiae; & qui dicuntur magi, genus hominum fatidicum & dicatum Diis, apud Perſas, & Parthos, & Bactros, Choramioſque, & Arios, atque Sacas, & Medos, Barbaros denique multos alios, valentes ſunt ac longaevi, cum ob magiae exercitium exquiſitiore vivendi ratione ipſi quoque utantur.

5. Jam

a Καὶ] Omittit *Fl.* & punctum poſt ἀνακείμενον ponit. b Ἐπὶ μήκιστον] *Fl.* & *B1.* diſpeſcunt.

promiſcue invenimus, aliaque de quibus in praefatione forſan monebimus. *J.F.R.*

31. Ὅμηρος λέγει] Il. A. 250. *M. du S.* Addit Od. Γ. 245. *Majus*, & *Martial.* VIII. 6. *Gell.* XIX. 7. *Ovid.* Met. XII. *J.F.R.*

34. Ἓξ γενεῶν] V. *Spanh.* ad Callim. p. 638. *M. du S.*

Ἓξ γενεῶν] Sex, ſeptem, immo novem duraſſe aetates Tireſiam, fabulae volunt. Lege *Phleg. Trallian.* c. 4. *Iſ. Tzetz.* ad *Lycophr.* p. 76. *Barneſ.* ad Eurip. Bacch. 175. *Barth.* ad Stat. Theb. IV. p. 1066. De varia notione vocabuli γενεᾶς vid. *J. Alb. Fabric.* Bibl. Gr. I. c. 30. §. 15. *Schmid.* ad *Matth.* XI. 16. *Euſtath.* Il. A. p. 97. & *Cenſorin.* c. 5. *J. H. Majus.*

35. Θεοῖς ἀνακείμενον] Verte: *religioſum*, *Diis devotum*, auctoritate *Pollucis* I. ſ. 20. Unde ſimul conſtat, quare ſtatim Noſter de magis ſcribat: γένος — θεοῖς ἀνακείμενον. *J. H. Majus.*

40. Ἱερογραμματεῖς] Vid. Cl. *H. Steph.* ad *Diod. Sic.* I. c. 16. No. 26. Et Conſultiſſ. *Trotz.* Diſſert. de ſcribis, *Hugoni* de prim. ſcrib. orig. adnexam. Multa quoque Cl. *Majus* in diſſert. ſaepe dicta hic adfert ex *J. Gul Steinheilii* nott. Mſſ. ad *Heliod.* II. 28. p. 109. Magicasque in horum libris diſciplinas traditas fuiſſe, item de arte conjectandi atque amuletis. Sed nimia quam ut inſerantur. *J.F.R.*

Ibid. Ἀσσυρ. δὲ καὶ Ἀρ. οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων] Hi enim aeque ac Chananaei & Idumaei, fabulatores nuncupantur, quod parabolice ſolerent diſputare, ut ex *Theodoreto* in Baruchi c. 3. notat *Bern. Aldrete* in *Antiguedades de Eſpanna* &c. qui h. l. Luciani proferens ἐξηγητὰς *doctores*, *commentatores*, *gloſſularios* exponit; qua ratione opus haud eſt receptam ſollicitare lectionem, & pro μύθων ſubſtituere μυστηρίων, cum *J. Clerico* comment. ad *Geneſ.* V. 27. p. 46. in primis cum conſtet, ipſa rerum & naturalium & ſacrarum myſteria fabulis cooperta fuiſſe ap. Orientales. *J. H Majus.*

42. Βραχμᾶνες] Centum annos vivere modicum eos putaſſe, ex *Ambroſ.* p. 59. Centum quinquaginta ordinarium, ex *Palladio* de Gentib. Ind. & Brachmanib. p. 3. probat Cl. *J. H. Majus.* *J.F.R.*

43. Μάγοι] Magorum Aegypti longaevorum meminit *Iſocr.* Buſir. p. 534. & Phoeniciae in *Olympiodori vita* Platonis p. 587. Adde *Plin.* hiſt. nat. XXV. 2. Haec ex *Majo*, cetera omitto. *J.F.R.*

50. Ἔθνη ὅλα μακροβ.] Sic *Homeritae* μακρόβιοι dicti ap. *Phot.* cod. 64. p. 38. *Hyperborei* [illegible] *Plinio* IV. 12. *Numidae*, fide *Appian.* p. 64. *Arcadum* Reges. vid. *Cenſor.* c. 5. *Serv.* ad Æn. VIII. *Britanni* ſenium anno CXX. inchoantes, *Plut.* de placit. philoſ V. 30. *Cyrnaei*, *Steph. Byz.* in Κύρνος, aliique ap. *Gurtler.* origg. mundi I. c. 20. S. 7. *Eſſeni* olim inter Judaeos, quos ob frugalem vitam centeſimum ut plurimum annum exceſſiſſe ſcribit *Joſephus* de bello Jud. L. 2. p. 729. Ed. *Gr. Baſ.* fuitque illis potus ὕδωρ ναματιαῖον. ſe-

5. Jam vero gentes etiam totae diutiſſime vivunt, ut Seres referunt ad trecentos usque annos vitam proferre, cujus longae ſenectutis cauſſam alii aëri, terrae alii imputant, alii vero etiam rationi victus; aquam enim bibere univerſam gentem, ajunt. Athotes etiam ad triginta & centum annos vivere literis proditum eſt; & Chaldaeos ſupra centum annos fertur vivere, hos etiam pane hordeaceo uti, acuti viſus remedio: quibus nempe dicant ob talem victum reliquos etiam ſenſus ſupra reliquos homines vigere.

Ἤδη δὲ καὶ ἔθνη ὅλα μακροβιώτατα, ὥσπερ Σῆρας μὲν ἱστοροῦσι μέχρι τριακοσίων ζῆν ἐτῶν. οἱ μὲν τῷ ἀέρι, οἱ δὲ τῇ γῇ τὴν αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως προστιθέντες, οἱ δὲ καὶ τῇ διαίτῃ. ὑδροποτεῖν γάρ φασι τὸ ᶜ ἔθνος τοῦτο σύμπαν. καὶ Ἀθῶτας δὲ μέχρι τριάκοντα καὶ ἑκατὸν ἐτῶν βιοῦν ἱστόρηται, καὶ τοὺς Χαλδαίους ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιοῦν λόγος. τούτους μὲν καὶ κριθίνῳ ἄρτῳ χρωμένους, ὡς ὀξυδορκίας τοῦτο φάρμακον· οἷς γε φασὶ διὰ τὴν τοιαύτην δίαιταν, καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐρρωμένας εἶναι.

6. Sed haec de longaevis & generibus hominum & gentibus, quos longiſſimo durare tempore ajunt, partim propter terram & aërem, partim propter rationem victus, partim propter utrumque. Aequum autem eſt, ut facilem tibi ſpem injiciam, narrando, in omni ſolo, in aëre omni, lon-

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περί τε τῶν μακροβίων γενῶν, καὶ τῶν ἐθνῶν, ἅ τινά φασιν ὡς ἐπὶ πλεῖστον διαγίγνεσθαι χρόνον. οἱ μὲν διὰ τὴν γῆν, καὶ τὸν ἀέρα, οἱ δὲ διὰ τὴν δίαιταν, οἱ δὲ καὶ δι' ἄμφω. ἐγὼ δ' ἄν σοι δικαίως τὴν ἐλπίδα ῥᾳδίως παραδέχοιμι, ἱστορήσας ὅτι καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ κατὰ πάντα ἀέρα, μακρόβιοι

c Ἔθνος] Sic *Fl.* &c. praeter *J.* quae γένος cum *Graev.* Γένος etiam marg. *AιW.*

ſecundum *Philonem Judaeum* de vit. contempl. p. 894. quod mox Noſter de Seribus etiam refert. Excerpſi ex Diſſert. Cl. *Maji*, nonnulla omittens. *J.F.R.*

51. Σῆρας] De his dicenda praeripuit *G. H. Urſinus* Diſſert. miſcellaneis paternis adnexa, p. 360. ſeqq. *J.H.Majus.*

Ibid. Τριακοσίων] Geographus Graecus incertus in Antiq. orb. deſcript. ita de Seribus p. 4. θνήσκουσι δὲ παντελῶς ἑκατὸν δέκα ϛ ὀκτὼ, καὶ ἑκατὸν εἴκοσι ἐτῶν. *J.H.Majus.*

52. Οἱ μὲν τῷ ἀέρι &c.] Vid. *Amm. Marcel.* L. XVI. & XXVII. Addatur *Hippocratis* Liber de aëre, aquis & locis, & *H. Meibomii* epiſt. de Longaevis ad Sereniſſ. ducem *Auguſtum* Brunsvic. *J.H.Majus.*

54. Ὑδροποτεῖν γάρ φασι τὸ ἔθνος] Mſ. γένος ut paulo ante γένη ὅλα μακρόβια. totae gentes. Sic apud Latinos *genus* frequenter pro populo. *Velox genus* apud Florum de Gallis, & alibi, quin & interdum accipitur pro genere humano, ut docti viri ad *Senecam* Tragicum notarunt. *J.G.G.*

Ὑδροποτεῖν] Theae uſum huic genti hodieque familiarem reſpexiſſe videtur; quamvis non invitus conceſſerim, hac voce vulgo abſtinentiam a vino tantum deſignari. *M. du S.*

55. Καὶ Ἀθῶτας] *Plin.* VII. 2. eos qui in Atho monte habitant, centenis quadragenis vivere, teſtis eſt. Mirum, ſi Noſter hic in mendo non jacet, ac pro Ἀθῶτας, legendum Ἀθώους. Ita enim *Steph. Byzant.* in Ἄθως. τὸ τοπικὸν Ἄθωος, χωρὶς τοῦ ι, καὶ Ἀθώους τοὺς ἐνοικοῦντας. *J. H. Majus.* Cetera omittere cogor. *J. F. R.*

57. Χαλδαίους] Ecce, quam adcurate magos a Chaldaeis ſejungat, quod & *Strabo* XVI. p. 723. & *Curt.* V. 1. fecere; illi enim ſacris operabantur, *aruſpicum fratres* ideo ab *Arnobio* L. IV. p. 134. dicti: hi aſtrologiae vacabant. V. *Th. Gale* ad *Jamblich.* de myſt. p. 287. & *Cleric.* indice ad *Stanl.* Hiſt. Philoſ. Orient. voce *Magus.* *J.H.Majus.*

59. Ὀξυδορκίας — φάρμακον] Vir inſignis *J. Clericus* art. crit. part. 2. ſ. 1. c. 12. §. 9. ambiguam hanc ait conſtructionem, quia ſignificat *medicamentum, quo perſpicaciores fiant*, non quo dematur perſpicacia; recte quidem, ſed mens Noſtri ex ſeqq. ſatis perſpicitur, & eod. modo *Diod. Sic.* ἀθανασίας φάρμακον nominat L. I. c. 25. *J.H.Maj.* Omitto quae addidit de medio voc. φάρμακον ſignificatu, ſatis noto; ſed ad conſtructionem reciprocam nihil faciente, quae in genitivo potius latet, de cujus conſtructione ambigua ſatis egi in libello *de Ambigg.* ut: *caedes, vulnus illius*, in utramque partem, &c. Adde hic potius *Diod. Sic.* 3. c. 3. f. καὶ τὸ τῶν Αἰγυπτίων ἀποικίας. quod & ibi plane oppoſito more, quam alias exponendum, nempe *coloniae in Ægyptum deductae.* *J.F.R.*

βιοι γεγόνασιν ἄνδρες, οἱ γυμνασίοις τοῖς [a] καθήκουσι, καὶ διαίτῃ τῇ ἐπιτηδειοτάτῃ πρὸς ὑγίειαν χρώμενοι.

Διαίρεσιν δὲ τοῦ λόγου ποιήσομαι τὴν πρώτην κατά γε τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνδρῶν· καὶ πρῶτόν γέ σοι τοὺς βασιλικοὺς καὶ [b] στρατηγικοὺς ἄνδρας ἱστορήσω, ὧν ἕνα [c] καὶ εὐσεβεστάτη μεγάλου θειοτάτου αὐτοκράτορος τύχη εἰς τὴν τελεωτάτην ἀγαγοῦσα τάξιν, εὐηργέτηκε τὰ μέγιστα τὴν οἰκουμένην τὴν ἑαυτοῦ· οὕτω γὰρ ἂν ἀπιδὼν καὶ σὺ, τῶν μακροβίων ἀνδρῶν πρὸς τὸ ὅμοιον τῆς ἕξεως καὶ τῆς τύχης, ἑτοιμότερον ἐλπίσειας γῆρας ὑγιεινὸν, καὶ μακρὸν, καὶ ἅμα ζηλώσας, ἐργάσαιο σεαυτῷ τῇ διαίτῃ μέγιστόν τε ἅμα καὶ ὑγιεινότατον βίον.

Πομπίλιος Νουμᾶς ὁ εὐδαιμονέστατος τῶν Ῥωμαίων βασιλέων, καὶ μάλιστα περὶ τὴν θεραπείαν τῶν θεῶν ἀσχοληθεὶς, ὑπὲρ ὀγδοή-

gaevos fuiſſe viros, exercitationibus convenientibus, & aptiſſima ad ſanitatem victus ratione uſos.

7. Diſtribuam vero orationem primo pro vitae generibus virorum, & initio quidem regii faſtigii viros, aut exercituum duces, commemorabo (quorum uno etiam pia magni auguſtique Imperatoris noſtri Fortuna in ſupremum ordinem evecto, maximum beneficium ſuo terrarum orbi tribuit). Sic enim reſpiciens tu quoque ad longaevorum ſimiles habitus ac fortunas, ſenectutem ſanam longamque ſperaveris facilius; ſimulque aemulatus eos, longiſſimam pariter atque ſaluberrimam tibi vitam *eadem ſervata* victus ratione paraveris.

8. Pompilius Numa feliciſſimus Romanorum regum, & maxime circa Deorum cultum occupatus, ſupra octoginta annos vi-

a Καθήκουσι] Προσήκουσι marg. *A1.* b Στρατηγικοὺς] Στρατιωτικοὺς *Marcil.* Nil mut. Edd. c Καὶ] Ἡ *Marc.* καὶ poſtea poſito. Non addicunt libri.

73. Τὴν πρώτην] *Aemil.* in nott. Mſſ. τὴν πρώτην hic adverbii more accipiendum recte docet &c. *J. H. Maj.*

75. Τοὺς βασιλικοὺς καὶ στρατηγικοὺς ἄνδρας] Τοὺς βασιλικοὺς καὶ στρατιωτικοὺς ἄνδ. *Th. M.*

Ibid. Βασιλικοὺς] Eos Noſter innuit, qui aut regio ſanguine orti, aut regiam dignitatem adepti fuere. Sic *de Salt.* c. 64. βασιλικός τις ἄνθρωπος. Vid. *Raphel.* ex *Polyb.* ad *Joan.* IV. 46. & *Periz.* ad *Aelian.* II. 20. p. 100. *J. H. Maj.* Adde notam *L. Bos* ad *Salt.* l. d. *J. F. R.*

76. Ὧν ἕνα καὶ εὐσεβεστάτη] Ὧν ἕνα ἡ εὐσεβεστάτη καὶ μεγ. *Th. M.*

Ὧν ἕνα] Vixit *M. Aurelius*, de quo haud dubie hic ſermo eſt, annos LIX. cum haec ſcriberet Lucianus, annum agebat circiter... *M. du S.*

Ὧν ἕνα] Quis ille *unus?* Neglectum hoc a commentatoribus. Forte *Avidius Caſſius* erit ſtrenuus ſub M. Antonino Philoſopho belli dux. Vel potius *Claudius Pompejanus* gener M. Antonini, qui πρεσβύτατος vocatur ab *Herodiano* I. 6. addente, ejus dicta ipſum Commodum reveritum fuiſſe. Et haec vivente ac florente adhuc illo *uno* ſcripta ſunt, quem divellit ab Imperatore Noſter, ejusque favore ad ſupremam dignitatem evectum fuiſſe ſcribit. (Cetera quae *Majus* ex *Steinheilo* ſuo inſeruit, addere non licet.) *J. H. Maj.*

Ibid. Καὶ εὐσεβεστάτη] Mallem cum *Marcil.* ἡ εὐσ— vertoque εὐσεβεστάτην τύχην, *benigniſſimam* fortunam, quia εὐσεβὴς quandoque *benignum, clementem*, denotat. v. *G. Cuper.* append. ad *Hom.* apotheoſin p. 286. f. Niſi potius legend. ὧν ἕνα καὶ εὐσεβέστατον ἡ μεγάλη. Porro αὐτοκράτορος τύχη eſt periphraſis pro *imperator fortunatiſſimus.* Vid. *Vechn.* Hellenolex. L. 2. c. 8. *Sciopp.* ad carm. *Priap.* p. 39. *Phil. Carolum* ad Gell. p. 355. *Maretum* var. lectt. III. 4. *J. H. Maj.* Sed quid ſi ſolo καὶ tranſpoſito ſanetur locus? *J. F. R.*

77. Εὐσεβεστάτη μεγάλου] Poteſt fieri ut hoc nomen ſpeciatim ad *Antoninum Pium* reſpiciat. Nihil tamen prohibet, quin hic periphraſin eſſe dicamus tralaticii tituli, *Pius*, *Felix*, *Auguſtus.* Nam cum μεγάλη τύχη ei tribuitur, poteſt quidem locum habere illa itidem uſitata ratio, qua Fortunam Imperatoris pro ipſo Imperatore poni conſtat; ſed neque eſt, quod impediat, quin ad illam Felicis appellationem referatur. Θειότατον, de vivo acceptum, reſpondere Auguſto, non eſt dubitandum. Nempe non verſamur hic in Plutarcho aliquo aut Dione, qui Romanarum rerum, quas accurate norunt, ſervant etiam certa nomina: ſed in Sophiſta, quem alias quoque multum ſibi indulgere in his novimus, qui ἁρμοστὴν dicat Praeſidem provinciae, qui νουμηνίαν μεγάλην Kalendas Januarias &c. Verbo, qui non Graecis commendare Romana, ſed Romanis Graeca ſtudeat. *J. M. G.*

81. Ἕξεως] *Habitudo corporis* hic videtur notari, dicit *Æmil.* in not. Mſſ. nec repugnamus. *J. H. Majus.*

86. Ὁ εὐδαιμονέστατος] Nullum enim bellum geſſit, con-

vixiſſe memoratur. Servius Tullius, rex & ipſe Romanorum ſupra octoginta itidem vixiſſe refertur. Tarquinius vero ultimus Romanorum rex, exul Cumis cum ageret, ultra nonageſimum annum firmiſſima valitudine dicitur perveniſſe.

κοντα ἔτη βεβιωκέναι ἱστορεῖται. Σέρβιος δὲ Τούλλιος Ῥωμαίων καὶ οὗτος βασιλεὺς, ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη καὶ αὐτὸς βιώσας ἱστορεῖται. Ταρκύνιος δὲ ὁ τελευταῖος Ῥωμαίων βασιλεὺς, φυγαδευθεὶς, καὶ ἐπὶ Κύμης διατρίβων, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται ἐῤῥωμένα βιῶσαι.

9. Hi Romanorum reges, quibus adjungam reliquos etiam reges longam ſenectutem adeptos, & unius cujusque ſtudia. In fine autem Romanos adſcribam reliquos, qui ad longiſſimam ſenectutem pervenere, additis etiam, qui in reliqua Italia diutiſſime vixerunt. Digna enim literis ratio refutandi eos, qui iſtum aërem criminantur, hiſtoria. Quo meliorem nos quoque ſpem habemus, rata futura vota noſtra, ut in longiſſimamque & pinguem ſenectutem per-

Οὗτοι μὲν οὖν Ῥωμαίων βασιλεῖς, οἷς συνάψω καὶ τοὺς λοιποὺς βασιλέας, τοὺς εἰς μακρὸν γῆρας [d] ἀφικομένους, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἑκάστου. ἐπὶ τέλει δέ σοι καὶ τοὺς λοιποὺς Ῥωμαίων, τοὺς εἰς μήκιστον γῆρας ἀφικομένους προσαναγράψω, προσθεὶς ἅμα καὶ τοὺς κατὰ τὴν λοιπὴν Ἰταλίαν ἐπὶ πλεῖστον βιώσαντας. ἀξιόλογος γὰρ ἔλεγχος ἡ ἱστορία τῶν διαβάλλειν πειρωμένων τὸν ἐνταῦθα ἀέρα, ὥστε καὶ ἡμᾶς χρηστοτέρας ἔχειν τὰς ἐλπίδας, τελείους ἡμῖν τὰς εὐχὰς ἔσεσθαι πρὸς τὸ εἰς μήκιστόν τε καὶ λιπαρὸν, τῆς πάσης

d Ἀφικομένους] Καὶ μετ' αὐτοὺς inſerit *Fl.*

91. Αὐτὸς βιώσας ἱστορεῖται] Ἀντὶ τοῦ βιῶσαι. Participium pro infinitivo. *G.*

contentus domi res ſuas agere, & ſacra in ordinem cogere. *J. H. Majus.*

88. Ὀγδοήκοντα] Conſentit *Plutarch.* in vita ejus p. 74. Tres & quadraginta annos regnaſſe, vult *Livius* I. 21. ac *Eutrop.* I. 2. Quadraginta vero & unum, *Paullus Diac.* I. pag. 42. & *Caſſiod.* in Chronico, p. 1322. *J. H. Majus.*

89. Σέρβιος δὲ Τούλλιος] Collige annos vitae ex imperii. *Dion. Halic.* IV. p. 242. quadraginta annis circumſcribit magiſtratum ejus. *Liv.* I. 48. adjicit quatuor annos cum *Eutr.* I. 6. & *Sext. Rufo* Breviar. p. 3. Ex quibus emendandi *Paulus Aquilegienſis* diaconus L. I. p. 44. Et *Caſſiod.* l. d. annos 33. tantum tribuentes. *J. H. Majus.*

94. Ἐνενήκοντα] Conſentit *Dion. Halic.* VI. p. 358. *J. H. Majus.*

98. Καὶ τὰ ἐπιτ. ἑκ.] Excidit hic pars magna ſententiae. *Fl.* quidem habet aliquid; ſcilicet καὶ μετ' αὐτοὺς, ſed nondum ſic expletur lacuna. *M. du S.*

5. Τὸν ἐνταῦθα ἀέρα] Hinc colligere licet, ſcriptum hoc Romae. *M. du S.*

Ibid. Ἐνταῦθα ἀέρα] De Romani coeli qualitatibus ſcripſerunt *Jo. Baptiſta Donus*, *Marcilius*, *Cognatus*, *Alex. Petronius*, & noſtra memoria *Jo. Maria Lanciſius* in ampla Diſſert. edita Rom. 1711. qua ſalubritatem aëris iſtius adſtruit. *J. H. Majus.*

7. Τελείους — εὐχὰς] Curavimus excudi τελείας, ait *Majus.* Ego nondum. Vid. ἀναγκαίου τροφῆς, item γυναικεῖοι σύνοδοι, & ſimilia defenſa T. 2. *Amor.* c. 27. *J. F. R.*

8. Πρὸς τὸ εἰς μήκιστόν τε, καὶ λιπαρὸν τῆς πάσης γῆς, καὶ θαλάττης δεσπότην, γῆρας ἀφικέσθαι, τῇ ἑαυτοῦ οἰκουμένῃ βασιλεύοντα ἤδη, καὶ γέροντα] Sic diſtinxit Benedictus, addita ineptiſſima verſione, *longiſſimam ac pleniſſimam tota terra marique dominantem ſenectutem, jamque in ſuo ſolo regnantem & ſeneſcentem aſſequuti.* Quid enim? an Lucianus, terſus ille & liquidus, dicit ſenectutem dominantem terra marique? Porro cur jam in ſuo ſolo regnat? an etiam ante regnavit in alieno? Nihilo melius prior Obſopœus *& longiſſimam ac pleniſſimam tota terra marique dominantem ſenectutem, jamque in ſuis locis regnantem & ſeneſcentem conſequamur.* Fatue de ſe vel aſſequutis vel conſequentibus loquuntur uterque. Verte, ut clare ſonant verba, & ratio inculcat: *quo ad longiſſimam ac plenam ſenectutem veniat terrae univerſae ac maris dominus, orbi ſuo imperans nunc jam ſenex.* Hoc enim intelligit votum, ut princeps, qui jam erat ſenex, maturam quoque adepturus eſſet ſenectutem. *J. G.*

Ibid. Λιπαρὸν, &c.] Ita hunc locum per inciſa diviſimus (uti & ego jam feci) qui ſine ſenſu vertebatur: vidit aliquid *Jac. Gronov.* in totam vero textus diſpo-

ſitio-

σης γῆς καὶ θαλάττης δεσπότην, γῆρας ἀφικέσθαι, τῇ ἑαυτοῦ οἰκουμένῃ βασιλεύοντα ἤδη, καὶ γέροντα.

Ἀργανθώνιος μὲν οὖν [a] Ταρτησσίων βασιλεὺς, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται, ὡς Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς, καὶ ὁ μελοποιὸς Ἀνακρέων· ἀλλὰ τοῦτο μὲν μῦθος τισὶ δοκεῖ· Ἀγαθοκλῆς δὲ ὁ Σικελίας τύραννος, ἐτῶν ἐνενηκονταπέντε τελευτᾷ, καθάπερ Δημοχάρης καὶ Τίμαιος ἱστοροῦσιν· Ἱέρων δὲ ὁ Συρακουσίων τύραννος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν γενόμενος, ἐτελεύτα νοσῶν, βασιλεύσας ἑβδομήκοντα ἔτη, ὥσπερ Δημήτριός τε ὁ [b] Καλατιανὸς, καὶ ἄλλοι λέγουσιν. [c] Ἀντέας δὲ Σκυθῶν βασιλεὺς,

veniat terrae totius atque maris dominus, qui jam ſenex ſuum terrarum orbem regit.

10. Arganthonius ergo Tarteſſiorum rex quinquaginta & centum annos vixiſſe dicitur, ut volunt Herodotus hiſtoricus, & poëta Anacreon. Verum iſta quibusdam videtur fabula. Agathocles autem Siciliae tyrannus *cum eſſet* annorum quinque & nonaginta, mortuus eſt, ſicut Demochares ac Timaeus tradunt. Hiero Syracuſanorum tyrannus, duo & nonaginta annos natus morbo finiit vitam, cum ſeptuaginta annos regnaſſet, ut Calatianus Demetrius & alii perhibent. Anteas Scytharum rex, pugnans con-

a Ταρτησσίων] Ταρτησίων Edd. priores. *b* Καλατιανὸς] Ex emendat. *Solan.* & *Gujeti.* Καλλιστιανὸς Edd. priores. *c* Ἀντέας] Ἀτέας *J.* ſola, & marg. *A1.* quod verum credo.

ſitionem non penetravit, vidit quoque *Æmil.* in Mſ. monens: refer ad ἐλπίδας vel εὐχάς. πρὸς τὸ ἀφικέσθαι τὸν δεσπότην εἰς μήκιστον. Ceterum phraſis λιπαρὸν γῆρας Homerica eſt, quam illuſtrat *Euſtath.* ad Odyſſ. Λ. p. 1676. *J. H. Majus.*

9. Δεσπότην] *M. Aurelium* jam ſenem, paucos ante mortem annos, cum ad ſexageſimum vix perveniſſe tradatur. *M. du S.*

10. Ἑαυτοῦ οἰκουμένῃ] Roman. denotat orbem, qui ſic paſſim vocatur ab Hiſtoricis, *Polyb.* VI. 48. *Zoſim.* II. 7. *Herodian.* V. 2. ab Oratoribus, *Libanio* Or. fun. in *Julian.* p. 290. & 366. *Athenag.* in Legatione pro Chriſtianis ſub init. ac p. 14. Adde Commentt. ad *S. Lucae* II. 1. Noſter paullo ante: τὴν αὐτοκράτορος οἰκουμένην. Imperatorem vero innuit *M. Ant.* Philoſ. ſub cujus imperio extrêmo ſcripſiſſe videtur hunc tractatum, eoque γέροντα eum adpellat &c. *J. H. Majus.*

12. Ἀργανθώνιος] *Herod.* I. p. 42. *M. du S.*

Ibid Ταρτησσίων] Ita ex *Herodoto* emendandum fuit, pro Ταρτησίων, quod in omnibus Impreſſis reperio. *M. du S.*

Ταρτησσίων] Sic ſcribendum etiam probavit Cl. *Majus.* Ex *Plin.* III. 1. Ex *Steph. Byz. Arrian. Strab.* & *Appian. Al.* cui addit de ipſa Tarteſſo fuſe differentem *Aldrete*, L. III. c. 12. *Del Origen, y principio de la lengua Caſtillana.* *J. H. Majus.*

13. Πεντήκοντα] Atqui *Herodotus*, quem auctorem adducit, CXX. tantum annos in Impreſſis hodiernis ait vixiſſe. *Anacreon* vero in fragm. CL. ei annos tribuit; *Val. Maxim.* VIII. 14. Octoginta annis patriam rexiſſe ait, cum ad imperium ſexaginta annos natus acceſſiſſet. Cujus rei certos eſſe auctores ait. Aſinium tamen Pollionem affert, qui eum CXXX. tantum annos impleviſſe commemorat. *M. du S.*

14. Ὡς Ἡρόδοτος] *Sed qui* CXX. *annis vitam Arganthonii* metitur, L. I. *S.* 163. ex quo *Cic.* de Senect. & *Valer. Max.* VIII. eundem annor. numerum 120. repetunt. *Benner.*

15. Ἀνακρέων] Teſtes adducit non exempla, ne erres; quippe qui hic de regibus agat, non hiſtoricis aut poëtis. De Herodoti loco jam dictum eſt. Extat Anacreontis fragmentum Ed. *Steph.* p. 77. B. C. ubi CL. numerus reperitur. *M. du S.*

Ἀνακρέων] Od. 68. Adde *Strab.* & *Plin.* qui eundem annor. numerum tuentur. *Aſin. Pollio* centum & triginta annos ei tribuit. *Benner.* Plura *Majus* ex *Phleg. Trall.* c. 4. additque: ipſum *Arganthonii* nomen habere quid ominis alludens ad ערך ענתא, quod ſonat πολυχρόνιον, ex *Sam. Boch.* Geog. Sacr. part. 2. L. I. c. 34. Adſcripſit *Benner.* Trecentos ei aſſignat *Sil. Ital.* 3. 396. *Vinetus* malit ter quinos, ut ita Silio cum Anacreonte conveniat. *J. F. R.*

16. Ἀγαθοκλῆς] Senem vocat *Juſtin.* 23. 2. *Ael.* V. H. XI. 4. Non niſi 72. annos vixiſſe contendit *Diod. Sic.* in eclogis lib. XXI. *J. H. Majus.*

18. Δημοχάρης] Vid. *Voſſ.* de Hiſt. Gr. I. 11. p. 68. *Periz.* ad *Aelian.* III. 7. *Meurſ.* Biblioth. Att. T. X. Theſaur. Ant. Gr. *Gronov.* col. 1479. *J. H. Majus.*

Ibid. Τίμαιος] Meminit Noſter iterum infra, & *Schol.* ad Alin. ac *Polyb.* XV. 33. p. [illegible]. Tauromeni in Sicilia natus, ſcripſit Athenis, *Plut.* de exſilio. p. 605. Vid. omnino *Diod. Sic.* princ. L. V. Sed quid in eo laudandum, quid reprehendendum, vid. *Longin.* de ſublim. S. IV. Conſule & *Voſſ.* & *Meurſ.* ad *Heſych.* Mileſ. p. 203.—4. *J. H. Majus.*

19. Ἱέρων] Nonageſimo obiiſſe anno teſtatur *Liv.* XXIV. 4. & *Val. Max.* VIII. 13. *J. H. Majus.*

22. Δημήτριος — Καλλιστιανὸς] Mendum eſt in nomi-

contra Philippum circa Iſtrum flumen cecidit, ſupra nonaginta annos natus. Bardylis rex Illyriorum ex equo dicitur pugnaſſe in bello contra Philippum, annos natus nonaginta. Teres Odryſarum rex, ut refert Theopompus, duorum & nonaginta annorum *cum eſſet*, obiit.

μαχόμενος πρὸς Φίλιππον περὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν, ἔπεσεν ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονώς. [d] Βάρδυλις δὲ ὁ Ἰλλυριῶν βασιλεὺς, ἀφ' ἵππου λέγεται μάχεσθαι ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον πολέμῳ, εἰς ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη. Τήρης δὲ [e] Ὀδρυσῶν βασιλεὺς, καθά φησι Θεόπομπος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτησεν.

11. Antigonus Philippi F. Cocles, rex Macedonum, in Phrygia pugnans cum Seleuco & Lyſimacho, vulneribus multis confectus cecidit, annorum cum eſſet unius & octoginta, ut narrat, qui expeditionis illius ſocius fuit, Hieronymus. Etiam Ly-

Ἀντίγονος δὲ ὁ Φιλίππου ὁ μονόφθαλμος, βασιλεύων Μακεδόνων, περὶ Φρυγίαν μαχόμενος Σελεύκῳ καὶ Λυσιμάχῳ, τραύμασι πολλοῖς περιπεσὼν, ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἑνὸς καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ ὁ συστρατευόμενος αὐτῷ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ. καὶ Λυσί-

d Βάρδυλις] Sic omnes, praeter *J.* quae Βαρδύλλιος. quod etiam adſcript. marg. *A1. V2.* Βάρδυλος. *e* Ὀδρυσῶν] Ita marg. *A1.* G. *V2.* & *J.* Ὁ δρυσῶν reliquae.

28. Ἐννενήκοντα τελῶν ἔτη] Τελεῖ εἰς τοὺς Ἕλληνας, ἀντὶ τοῦ Ἕλλην ἐστί. τελεῖ εἰς τοὺς ἄνδρας, ἀντὶ τοῦ ἀνήρ ἐστι. τελεῖ * δὲ εἰς ἐννενήκοντα ἔτη, ἀντὶ τοῦ ἐννενήκοντα ἐτῶν ἐστι. οὕτως γάρ φασιν οἱ Ἀττικοί. *V.*

* Δὲ] Non aderat in Editis. Addidit *M. du S.*

mine hujus Demetrii: nullibi enim de Calliſta urbe, nec de hiſtorico illo Calliſtiano mentio facta eſt. Lege confidenter Καλλατιανὸς, de quo *Dion. Halic.* περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, *Diog. Laërt.* in Demetrio, ubi ait eum ſcripſiſſe de Aſia & Europa, L. 20. *Theocriti* Schol. ad Idyll. 1. ubi eum de Siciliæ rebus ſcripſiſſe patet, alii plures. Calatis vero ſeu Calatia (nam utrumque invenitur) urbs fuit Thraciæ ad Pontum Euxinum, de qua Scylax, Diodor. Strabo, Memnon, *Steph.* & alii. *J. P. a G.* Corrigendum Καλατιανός. Vide nos ad *Laërt.* *AE. M.*

Ibid. Καλατιανὸς] Variant hic emendatorum ſententiae. *Voſſius* Καλαντιανὸς legit, de Hiſt. Gr. 552. vide eundem de Poëtis Gr. ubi Καλατιανὸς, monente *J. de la Faye*, legitur. Et omnino apud *Diog. Laërt* in Edd. *Steph.* ita ſcribitur. Vide *Men.* not. p. 131. & p. 13. A. B. Quod & ſequuti ſumus. In libris enim noſtris omnibus hic legebatur Καλλιστιανός. De eo *Diog. Laërt.* p. 134. D. Vid. *Dion. Hal.* π. συνθ. Et *Steph. Byzant.* in Ἀντίκυρα. *M. du S.*

23. Ἀντέας] Ἀτέας nondum auſus ſum edere, etſi omnino ſic legendum credo cum doctiſſ. *Steinheil.* id etiam in Diſſert. *Maji* probante ex *Plut.* Apopht. p. 128. & *de fort. Alex. ſerm.* p. 248. ac *Juſtin.* 3. 2. eundemque eſſe cujus epiſtolam ſatis Laconicam profert *Clem. Alex.* L. V. p. 561. licet Ἀτοίας ibi vocetur; nam & ibi quidam Codd. Ἀντέας habent, ut monet Ed. Oxon. *J. F. R.*

26. Βάρδυλις] Ita plerique Impreſſi. *J.* Βαρδύλλιος. *V2.* Βάρδυλος. *M. du S.*

Βάρδυλις] Geminato λ. *Plut.* Vit. Pyrrh. p. 387. & in *Hellad.* Chreſtom. col. 955. Βράδυλλις, quod tamen in Βάρδυλλις mutandum. *J. H. Majus.*

28. Εἰς ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη] Hoc eſt *nonagenarius*, ut recte Scholiaſta, & locutio τελεῖν εἰς ἄνδρας, quam adfert, exſtat ap. Noſtrum in *Fugit.* c. 12. *J. H. Maj.* Adde T. I. *Tim.* §. 20. τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα. *J. F. R.*

29. Τήρης δὲ ὁ Δρυσῶν] Ὀδρυσῶν. *Th. M.*

Ibid. Ὀδρυσῶν] Uti legendum cenſuerant viri doctiſſimi Ὀδρυσῶν βασιλεὺς, ſic legitur in Mſ. ut tam foeda menda diutius non ſit toleranda. *J. G. G.*

Ὀδρυσῶν] Ita recte in *Veneta* utraque legitur, ut Ἐπ. Δ. IX. In reliquis prave ὁ Δρυσῶν. *M. du S.*

Ὀδρυσῶν] Firmat hanc lect. etiam *Majus*, Odryſarumque regem *Teren* nominari a *Xenoph.* Cyr. VII. p. 411. ἀλλὰ Τήρους τοῦ Ὀδρύσου ἀρχαίου τινός. Firmavit *Palm.* ex *Thucyd.* L. 2. ac *Menag.* ad *Diog. Laërt.* L. 2. Ed. I. p. 62. E. Conjecerat etiam *Gujetus.* *J. F. R.*

30. Θεόπομπος] De hoc hiſtorico vid. commentt. ad *Longini* Sect. 43. *Meurſ.* ad *Heſych.* Mileſ. p. 185. *Periz.* ad Æl. III. 18. p. 223. *Voſſ.* de Hiſt. Gr. I. 7. De ejus opere θαυμάσια inſcripto *Mauſſac.* Diſſ. Crit. p. 387. *J. H. Majus.*

32. Ἀντίγονος —— μονοφθ.] Unde & Cyclops cognominatus fuit. *Cael. Rhodig.* ant. Lectt. XXI. 38. p. 838. *J. H. Majus.*

37. Ἱερώνυμος] Et miles, & legatus, & hiſtoricus fuit *Diod. Sic.* XVIII. p. 650. Antigoni legatum ad Eumenem fuiſſe diſcimus ex *Plut.* Eum. p. 590. Scripſiſſe de ſucceſſionibus tradit *Joſeph.* I. Adv. Apion. p. 1050.

σίμαχος δὲ Μακεδόνων βασιλεὺς ἐν τῇ πρὸς Σέλευκον ἀπώλετο μάχῃ, [a] ἔτος ὀγδοηκοστὸν τελῶν, ὡς ὁ αὐτός φησιν Ἱερώνυμος. Ἀντίγονος δὲ, υἱὸς μὲν ἦν Δημητρίου, υἱωνὸς δὲ Ἀντιγόνου τοῦ μονοφθάλμου, οὗτος τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ἔτη, ἐβίωσε δὲ ὀγδοήκοντα, ὡς [b] Μήδιός τε ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀντίπατρος ὁ Ἰολάου μέγιστον δυνηθεὶς, καὶ ἐπιτροπεύσας πολλοὺς Μακεδόνων βασιλέας, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη οὗτος ζήσας, ἐτελεύτα τὸν βίον.

ſimachus Macedonum rex in praelio contra Seleucum periit annum agens octogeſimum, ut idem ait Hieronymus. Antigonus filius Demetrii, Antigoni Coclitis nepos, quatuor & quadraginta annos imperavit Macedonibus, vixit autem octoginta, ut Medius refert, & ſcriptores alii. Sic etiam Antipater Iolai F. potentiſſimus vir, aliquot Macedoniae regum tutor, cum ſupra octoginta annos vixiſſet, vitam finiit.

Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου, ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν εὐδαιμονέστατος βασιλέων, Αἰγύπτου μὲν ἐβασίλευσε, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη, ζῶν δὲ παρέδωκε τὴν ἀρχὴν πρὸ [c] δυοῖν ἐτοῖν τῆς τελευτῆς τῷ Πτολεμαίῳ τῷ υἱῷ, Φιλαδέλφῳ δὲ ἐπίκλησιν, ὅστις [d] διεδέξατο τὴν πατρῴαν βασιλείαν. ἀδελφῶν δὲ [e] Φιλέταιρος, πρῶτος μὲν ἐκτήσατο τὴν περὶ

12. Ptolemaeus Lagi, regum ſuae aetatis feliciſſimus, Aegypti regnum tenuit ad quartum & octogeſimum vitae annum: idque duobus ante mortem annis tradidit Ptolemaeo filio, qui Philadelphi cognomen habuit, qui *ſolus* fratrum in paterno regno ſucceſſit. Philetaerus, eunuchus, primus Per-

a Ἔτος] Εἰς ἔτος *Pell.* *b* Μήδιος] Sic omnes libri noſtri. *c* Δυοῖν] Δύο *Fl.* *d* Διεδέξατο] Διδέξατο male P. *e* Φιλέταιρος] Ex emend. neceſſaria; nam Edd. priores: βασιλείαν ἀδελφῶν. Φιλαιτέρος δὲ, πρ.

1050. centum & XL. annos a tergo poſuiſſe Noſter infra innuit. *J. H. Majus.* Immo de *ſucceſſoribus* Alex. M. περὶ τῶν διαδόχων. Vid. *Voſſ.* de Hiſt. Gr. I, 11. I. *J. M. G.*

Ibid. Λυσίμαχος — ἔτος ὀγδοηκοστὸν] *Juſtinus* XVII. 1. *quatuor* & LXX. tribuit. LXX. tantum *App. Alex.* in Syr. p. 209. *J. H. Majus.*

45. Μήδιος] Scias, Medium notari Lariſſaeum, hiſtoricum, & cum Alex. M. militantem. *Strab.* XI. p. 509. Ἀντιγόνου φίλον *Plut.* in Demetr. p. 896. *J. H. Majus.*

46. Ἀντίπατρος ὁ Ἰολάου] Probo magis Opſopœum vertentem *Antipater patre Iolao genitus*, quam Benedictum poſteriora omittentem, ut apparet, quia & filium Antipatri Iollam vel Iolaum in hiſtoria Macedonica audierat. Nam licet id ita ſit, & habuerit eo nomine filium, utique & potuit patrem eo nomine habuiſſe, quod in ejus nepote, filio ſuo renovavit. *J. G.*

53. Ζῶν δὲ] Idem aſſerit & *Plut.* 607, 2. ſed de duobus Luciani annis, ad rem ſuam non facientibus, nihil habet. Quod ideo obſervo, quia, ni me memoria fallit, id inter eos qui de verſione LXX. Interpretum litigant, controverti vidi. *M. du S.*

Ibid. Δυοῖν] Non ſperno *Fl.* lectionem; nam δύο ſaepe indeclinabile eſt, ut T. 2. *Aſin.* c. 9. δύο μηρῶν σπάσας. At ſi quis hoc aliter conſtruendum velit, videat *Aeſop* fab. 145. ἀλεκτόρων δύο μαχομένων. *Long. Paſt.* I. p. 33. δύο βοῶν, δύο κεράτων, ταῖς δύο χερσὶ λαβόμενος. Noſter rurſus *Alex.* c. 53. ἐν δύο βιβλίοις. & 55. στρατιώτας δύο. 2. *Ver. Hiſt.* c. 37. δύο πληρωμάτων. Iterum *Aſin.* 12. δύο χόνδρους λαβοῦσα. *J. F. R.*

56. Ἀδελφῶν δὲ Φιλέταιρος] Vide *Spanh.* 511. qui recte emendat. Prave enim antea in omnibus noſtris libris legebatur Ἀδελφῶν. Φιλαίτερος δὲ, duplici, ut vides, mendo. *M. du S.*

Ibid. Φιλαίτερος] Quod ſi Illuſtr. *Spanh.* de Uſ. & praeſt. num. Diſſ. VIII. p. 511. ed. *Lond.* vel maxime non monuiſſet, mutandum hoc nominis in φιλέταιρος, tamen hoc ex *Strab.* XIII. p. 595. *Appian.* de bell. Syr. p. 209. aliiſque conſtaret. *J. H. Majus.* Idem jam vidit *Almelov.* in Ed. *Amſt.* eundem advocans *Spanh.* Adde ſupra ſcholion ſecundum ad *Tox.* & *Thucyd.* III. c. 82. No. 48. ubi recte editum Φιλέταιρος, licet tres Codd. habeant φιλαίτερος. *J. F. R.*

57. Περὶ Πέργαμον ἀρχὴν] Ἡ περὶ Πέργαμον ἀρχὴ eſt ipſum imperium Pergamenum. Sic τὰ περὶ τὸ ἱερὸν, *templum*, in *Heliod.* VII. 11. p. 320. τὰ περὶ τὴν χώραν *regio*, ap. *Iſocr.* in Areop. ab init. &c. *J. H. Maj.*

60. Ἄτταλος] De variis Pergamenor. regibus Attali nomen gerentibus, vid. magnum *Scalig.* can. Iſag. XIII. p. 320. 321. & Cl. *Cellar.* hiſt. antiq. p. 50. ſeq.

Pergami imperium peperit pariter ac tenuit, annos natus octoginta vitam cum morte commutavit. Attalus is, qui Philadelphi cognomen habuit, Pergamenorum & ipſe rex, ad quem etiam Scipio ille Dux Romanus venit, annorum octoginta duorum cum eſſet, e vita diſceſſit.

Πέργαμον ἀρχὴν, καὶ κατέσχεν, εὐνοῦχος ὤν. κατέστρεψε δὲ τὸν βίον, ὀγδοήκοντα ἔτη γενόμενος. Ἄτταλος δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Φιλάδελφος, τῶν Περγαμηνῶν καὶ οὗτος βασιλεύων, πρὸς ὃν καὶ Σκηπίων ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἀφίκετο, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ἐξέλιπε τὸν βίον.

13. Mithridates Ponti rex, cognomine Conditor, Antigonum Coclitem fugiens in Ponto mortuus eſt, cum vixiſſet quatuor & octoginta annos, ut refert Hieronymus, & ſcriptores alii. Ariarathes Cappadocum rex, duo & octoginta vixit annos, ut narrat Hieronymus. Poterat forte diutius ſuperſtes eſſe: ſed captus in praelio contra Perdiccam, & in crucem actus eſt.

Μιθριδάτης δὲ ὁ Πόντου βασιλεὺς, ὁ προσαγορευθεὶς Κτίστης, Ἀντίγονον τὸν μονόφθαλμον φεύγων, ἐπὶ Πόντου ἐτελεύτησε, βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. Ἀριαράθης δὲ ὁ Καππαδοκῶν βασιλεὺς, δύο μὲν καὶ ὀγδοήκοντα ἔζησεν ἔτη, ὡς Ἱερώνυμος ἱστορεῖ· ἐδυνήθη δὲ ἴσως καὶ ἐπὶ πλέον διαγενέσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς Περδίκκαν μάχῃ ζωγρηθεὶς, ἀνεσκολοπίσθη.

14. Cyrus, Perſarum rex, antiquus ille, ut indicant Perſarum atque Aſſyriorum

Κῦρος δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὁ παλαιὸς, ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσυρίων ὅροι,

59. Κατέστρεψε] Ἐτελεύτησε. *V.*

ſeq. *J.H.Majus.*

Ἄτταλος δὲ — Φιλάδελφος] Non confundendum hunc, quod factum a *Scaligero*, cum Philometore Attalo Eumenis filio, cujus hic Philadelphus frater fuit, oſtendit *Spanhem.* Diſſ. 8. p. 512. *J.M.G.*

Ibid. Φιλάδελ.] Vide eundem *Spanh.* 512. *M. du S.*

66. Κτίστης] Vide *Spanh.* 479. *M. du S.*

Κτίστης] Hunc titulum egregie illuſtravit laudatus modo *Spanh.* diſſ. 9. p. 561. ſeq. *J.M G.*

Ibid. Ἀντίγονον τὸν μονόφθαλμον φεύγων, ἐπὶ Πόντου ἐτελεύτησε, βιώσας] Sic diſtinguunt viri docti, & ad hunc diſtinctionis canonem formant quoque verſionem, quaſi Lucianus annotari vellet eum in Ponto mortuum fuiſſe, quod mihi ab hoc ſermone alienum videtur, & diſtinguendum eſſe φεύγων ἐπὶ Πόντου, ἐτελεύτησε βιώσας &c. *Antigonum Coclitem fugiens in Pontum, mortuus eſt.* Quam fugae viam quum adnotat, tacite dat intelligendum, qua occaſione regni Pontici conditor exſtiterit. Et ſane ſic loquitur rurſus auctor in *Navigio*: Προΐωμεν δὲ ἤδη τὴν ἐπὶ Κορίνθου διὰ τῆς ὀρεινῆς. Et alibi plura de hac conſtructione dicentur, quum perſuaſerint ſibi viri docti debere hanc poni in quarto caſu, ſed temere. *J.G.*

67. Φεύγων ἐπὶ Πόντου] Haec jungere & interpretari *fugiens in Pontum*, ſuaſit *Gronov.* non ſatis recte, cum Graeca vix eum ſenſum patiantur. Nec juvat virum doctum loc. ex Noſtro, ubi προΐωμεν δὲ ἤδη τὴν ἐπὶ Κορίνθου. Ibi enim ne verbum quidem φεύγειν occurrit, & reticetur ὁδὸν, & ſyntaxis tota alia eſt, & haec verborum mens: *procedamus via ad Corinthum ducente*, quo pacto bene ἐπὶ cum genit. effertur; at noſtrae conſtructionis alia eſt neceſſitudo, ac φεύγειν cum ἐπὶ, quando motum ad locum involvit, poſt ſe habet accuſandi caſum. Sic ἐπὶ τὰ ὄρη ἀνακφεύγειν in *Arr.* ἀναβάσει L. III. p. 201. & *S. Matth.* XXIV. 16. quod alias & εἰς & πρὸς τὰ ὄρη φεύγειν dicitur. De ipſa Mithridatis fuga videndus *Appian. Al.* l. c. p. 303. *J.H.Maj.* At poſſem pro *Gron.* alia adferre, ut *Thucyd.* V. c. 54. ἀπῆλθον ἐπ' οἴκου. *Domum abierunt*, & c. 55. διελύθησαν ἐπ' οἴκου, aliaque, ſi opus foret hic ita conſtruere; jam nolim. *J.F.R.*

74. Ἀνεσκολοπίσθη] Creberrime hoc verbo uti Lucianum, in *Jud. Voc.* in *Tim. Contempl. Jov. Conf. Jov. Trag. Philopſ.* Ac *de mort. Per.* idemque eſſe quod ἐκρέμασε, oſtendit *J.H Maj.* quum *Appian* p. 302. in eadem hiſtoria vice ejus ponat ἐκρέμασε, quod idem valere monſtrat *Lipſ.* de cruce I. 4. p. 16. 17. Conf. *Jov. Conf.* c. 16. ubi *Geſn.* id reddidit *in palum agi.* *J.F.R.*

76. Κῦρος] Obiit μάλα πρεσβύτης, dixit *Xenoph.* Cyrop. VIII. p. 233. Verum de ejus morte varia narrant ſcriptores. Adi *Cellar.* Hiſt. antiq. p. 14. *J.H.Majus.*

ὅροι, οἷς καὶ Ὀνησίκριτος ὁ τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου συγγράψας, συμφωνεῖν δοκεῖ, ἑκατοντούτης γενόμενος ἐζήτει μὲν ἕνα ἕκαστον τῶν φίλων· μαθὼν δὲ τοὺς πλείστους διεφθαρμένους ὑπὸ Καμβύσου τοῦ υἱέος, καὶ φάσκοντος Καμβύσου κατὰ πρόσταγμα τὸ ἐκείνου ταῦτα πεποιηκέναι, τὸ μέν τι πρὸς τὴν ὠμότητα τοῦ υἱοῦ διαβληθεὶς, τὸ δέ τι, ὡς [a] παρανομοῦντα αὐτὸν αἰτιασάμενος, ἀθυμήσας ἐτελεύτα τὸν βίον.

Ἀρταξέρξης ὁ Μνήμων ἐπικληθεὶς, ἐφ' ὃν Κῦρος ὁ ἀδελφὸς ἐστρατεύσατο, βασιλεύων ἐν Πέρσαις ἐτελεύτησε νοσῶν, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν γενόμενος· ὡς δὲ Δείνων ἱστορεῖ, τεσσάρων καὶ ἐνενήκοντα. Ἀρταξέρξης, ἕτερος Περσῶν βασιλεὺς, ὅν φησιν ἐπὶ τῶν πατέρων τῶν ἑαυτοῦ Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς συγγραφεὺς βασιλεύειν, ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς, ἐπιβουλῇ τἀδελφοῦ [b] Γωσίθρου

cippi, quibus etiam Oneſicritus, vitae Alexandri ſcriptor, conſentire videtur, centum annorum cum eſſet, amicorum unumquemque requiſivit. Comperto autem, pleroſque interfectos a Cambyſe filio ſuo, qui ipſius ſe imperio feciſſe diceret, contriſtatus partim, quod male audiret propter crudelitatem filii, partim, quod facinora ipſius coarguiſſet, vitam finiit.

15. Artaxerxes Memorioſi cognomine notus, contra quem Cyrus frater expeditionem moverat, regnans in Perſis, morbo finiit annos natus ſex & octoginta: ut vero Dino prodidit, quatuor & nonaginta. Artaxerxes Perſarum rex alius, quem patrum ſuorum aetate regnaſſe dicit Iſidorus Characenus hiſtoricus, tres & nonaginta annos cum vixiſſet, inſidiis fratris ſui Goſithris

[a] Παρανομοῦντα] Παρανοοῦντα *Fl.* [b] Γωσίθρου] Γοσίθρου *J.* cum *V2.*

78. Ὅροι] Quid hoc ſit, haud facile credo adſtruent, qui hic ad *Cippos* confugiunt. Ego, ſi ſcriptura haec genuina ſit, malo *Chronologiam* intelligere, quam *Cippos*. *M. du S.*

Ὅροι] *Ant. Æmil.* in notr. Mſſ. *Ipſi cippi, qui limites deſignabant, hic intelliguntur.* Tu vero lapides aut columnas intellige, λίθους, στήλας, exponente *Jul. Polluce* III. S. 85. Nam his, aeque ut tabulis aeneis, inventa artium, reſque notatu dignas inſcribebant veteres Babylonii, Aegyptii, Graeci, Romani; vid. *Holſtenium* ad Porphyr. de vit. Pythag. p. 5. ſeq. *Reineſ.* var. lectt. I. 22. p. 97. *Huet.* demonſtr. Evang. prop. IV. c. 2. §. 14. *Marsh.* can. chron. ad ſecul. XV. p. 418. *Fabric.* Bibl. Gr. I. 11. p. 73. &c. *J. H. Majus.*

Ibid. Ὀνησίκριτος] Hujus hiſtoria extabat, ut vides, Luciani aetate, ex qua confirmatur Xenophontis de morte Cyri narratio a vulgari tantopere abhorrens, quae a Tomyri obtruncatum tradit. De hoc ſupra ad Συγγρ. c. 40. & infra Περ. c. 25. *M. du S.*

Ὀνησίκριτος] Philoſophus fuit ex Diog. Cynici contubernio, *Plut.* in Alex. p. 701. etiam hiſtoricus, ibid. p. 691. nec non gubernator naviculae, oſtendente *J. Gron.* ad Arr. VI. 2. p. 237. *J. H. Maj.* De Oneſicrito Aeginenſi vid. *Laërt.* 6, 75. & de hoc noſtro (niſi idem eſt) Aſtypalenſi, *Menag.* ad *Laërt.* 6, 84. In ignem ſe conjeciſſe & periiſſe docet Lucian. *Mort. Peregr.* *Benner.*

91. Δείνων] Scripſerat hic *Perſica*; eique plurimum ſeſe de Perſicis rebus credere ait *Corn. Nepos* in Conone. Meminerunt *Athenaeus* & *Diog. Laërt.* *Muret.* Var. Lect. XI. 14. Addit etiam his *Ciceronem* a ſe ex Mſ. codice emendatum de Divin. I. p. m. 228. A. recte, ut mihi quidem videtur. V. *Voſſ.* de Hiſt. Gr. & *Periz.* ad *Ælian.* VII. 1. *M. du S.*

94. Ἰσίδωρος ὁ Χαρακ.] Accuratiſſime de hoc agit *Dodwell.* peculiari Diſſert. inſerta T. 2. Geogr. minor. cura *Hudſoni* editorum. *J. H. Majus.*

97. Σιναρθοκλῆς] Quod de hoc Parthorum rege, & ſtatim de *Mnaſcire* habet Noſter, alibi vix reperias, immo vix nomina eorum deprehenduntur. Adeo verum eſt quod *Scalig.* can. Iſag. l. 3. p. 316. pronunciat, multa ex ingenio divinare *Onufr. Panvinium* in texenda Parthor. regum ſucceſſione, quam ſatis exploratam non habemus &c. *J. H. Majus.*

Ibid. Παρθυαίων] Breviter *Suid.* Παρθυαῖος, ἀπὸ τόπου. Plenius *Steph. Byz.* Παρθυαῖοι ἔθνος πάλαι μὲν Σκυθικὸν, ὕστερον δὲ φυγὸν ἢ μετοικίσαν ἐπὶ Μήδου &c. Mox ait: *Parthyaeos* a Parthis alios haud eſſe, quod uberius probat *Salmaſ.* ad Solin. p. 1196. ſaepe Παρθυαῖοι ap. *Arrian.* Exp. Al. M. p. 179. 205. 207. 208. & ſeqq. itemque p. 352. ed. *Blancard.* *J. H. Majus.*

99. Ἀπὸ Σακαυράκων] Si non poenitet conjecturarum in re obſcura, cogitemus, an non huic populo nomen fecerint forte Graeci σαρακαύλων, qui in *Sarracis* ſ. plauſtris *pernoctare*, & habitare adeo atque vivere, ſolent. Fuerint itaque τῶν ἁμαξοβίων cognati. Barbarum plauſtrum *Sarracum*, cujus hunc talem uſum oſtendit *Scheffer.* 2, 31. Firmat praeſertim de Alanis, quo

ſithris periit. Sinarthocles Parthorum rex, annum jam agens octogeſimum, ab Sacauracis Scythis reductus, regnare coepit, regnavitque annos ſeptem. Tigranes Armeniorum rex, quicum Lucullus bellum geſſit, quinque & octoginta annos natus fuit, cum morbo decederet.

16. Hyſpaſines, Characis, & locorum Erythraeo mari vicinorum rex, quinto & octogeſimo anno ex morbo deceſſit. Teraeus, tertius ab Hyſpaſine rex duo & nonaginta annos cum vixiſſet, morbo finiit. Artabazus a Teraeo ſeptimus qui Charace regnavit, ſexto & octogeſimo anno deductus a Parthis, regnum tenuit. Et Mnaſcires rex Parthorum ſex & nonaginta annis vixit.

17. Maſſiniſſa Maurorum rex nonaginta

ἐδολοφονήθη. Σιναρθοκλῆς δὲ ὁ Παρθυαίων βασιλεὺς, ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἤδη γεγονὼς, ἀπὸ Σακαυράκων Σκυθῶν καταχθεὶς, βασιλεύειν ἤρξατο, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά. Τιγράνης δὲ ὁ Ἀρμενίων βασιλεὺς, πρὸς ὃν [c] Λούκουλλος ἐπολέμησε, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτα νόσῳ.

[d] Ὑσπασίνης δὲ ὁ Χάρακος, καὶ τῶν κατ' Ἐρυθρὰν τόπων βασιλεὺς, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν νοσήσας ἐτελεύτησε. [e] Τήραιος δὲ ὁ μετὰ Ὑσπασίνην τρίτος βασιλεύσας, δύο καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς, ἐτελεύτα νόσῳ. Ἀρτάβαζος δὲ ὁ μετὰ [f] Τήραιον ἕβδομος βασιλεύσας Χάρακος, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν καταχθεὶς ὑπὸ Πάρθων ἐβασίλευσε. καὶ Μνασκίρης δὲ βασιλεὺς Παρθυαίων ἓξ καὶ ἐνενήκοντα ἔζησεν ἔτη.

Μασσινισσᾶς δὲ Μαυρουσίων βασιλεὺς, ἐνε-

c Λούκουλλος] *Λεύκολλος Fl. Λούκολλος Fr.* Nil mut. cett. *d* Ὑσπασίνης] Σπασίνης, & paullo poſt Σπασίνην rurſus *P.* Recte cett. Ὑσπ—. *e* Τήραιος] Τέραιος male *Amſt.* *f* Τήραιον] Sic *Amſt. Fr. B1. P. S. H.* Τείραιον *Fl.* Γείραιον *J. Ald. V2.*

12. Καταχθεὶς] Ξενοδοχηθεὶς. *V.* Καταπλεύσας. C.

quo nomine fere totam illam Scytharum barbariam comprehendit, *Ammian. Marcell.* 31, 2. p. 671. ſeq. *Gron.* Sed eſt etiam *Saraca* Sarmatiae Aſiaticae civitas, ab eadem forte origine dicta, e Ptolemaeo apud *Cellarium* p. 756. *J.M.G.*

Ibid. Σακαυράκων] Rara aut nulla hujus populi Scythici alibi mentio. Sed *multitudo Scyth. populor. innumera*, ut ait *Plin.* VI. 17. Sin vero medica manu indiget locus, forſan legas Σακῶν καὶ Ἀριάκων, vel uno nomine Χαυρανῶν. Vel, ut *Steinheil.* Σακαραύλων, de quibus *Strab.* L. XI. p. 593. *J.H.Majus.*

Ibid. Καταχθεὶς] *Marini* vita Procli. *M.du S.*

Καταχθεὶς] Quid ſibi velit hoc verbum, in ipſius hiſtoriae obſcuritate, incertum eſt. Videtur tamen notare *reditum ab exilio.* Notum eſt ſaepe exulare, qui propter ſpem imperii ſuſpecti aut exoſi ſunt imperantibus. Puto igitur hunc Parthorum regem exulaſſe apud Scythas; ut paullo poſt Artabazum Characenum regulum apud Parthos; utrumque ſuorum hoſpitum opera in regnum patrium deductum. *J.M.G.*

5. Ὑσπασίνης] *Leopard.* p. 153. Σπ— legere jubet. *M du S.*

Ὑσπασίνης] Non auſim damnare diverſam Orthographian nominis Barbari. Cui ignotum, *Hiſpaniae*, *Spaniae*, *Eſpagnae* idem nomen? Quot verbis ab *Sp*, *Sb*, *Sch*, incipientibus *I* ſuum praepoſuere Itali? Itaque ſervet per nos *Hyſpaſines* ſpiritum illum ſuum barbarum, quem Graeci primo per ὑ expreſſere; alii deinde omiſerunt propter aſperitatem, quale quiddam in *Hlodovaeo*, *Chlodovaeo*, *Ludovico*, factum novimus. *J.M.G.*

Ὑσπασίνης] Sic etiam, pro vulg. Σπασίνης legendum, permultis vincit *Majus* in Diſſert. ſaepe laudata. *Menag.* vero in Ed. *Amſt.* addiderat: Χάραξ Πασίνου. Ptolemaeo Suſianae oppidum ad Sinum Arabicum, inter Tigrim & Eubaeum flumina ſitum. Male Interpres, *Characus.* De Iſidoro Characeno mox ſermo erit. *J.F.R.*

6. Ἐρυθρὰν] Recte docere *Reland.* Miſcel. part. I. Diſſ. 2. & Arabicum ſinum ita nominari, & vaſtum id mare, quod Arabiam, Perſiam, Indiam, totamque Aſiam alluit. Et ſinum Perſicum, cui *Charax* includebatur, eſſe maris rubri ſinum, contendit *J.H.Majus.*

10. Ἀρτάβαζος] Qui XCV. annum agens tradidit ſe Alexandro M. *Curt.* VI. 5. *J.H.Majus.*

15. Μασσανισσᾶς] *Valerius Maximus* ad centeſimum usque deducit. V. 2. alibi tantum nonagenarii modum exceſſiſſe ait, VIII. 14. *M. du S.*

Μασσανισσᾶς] Μασσανάσσης ſcribitur ap. *Appian.* in Pun. ſaepiſſime, & Μασσανάσσης ap. *Suid. Plin.* inter longaevos enumerat, quia LX. annis imperio prae-

fue-

ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. Ἄσανδρος δὲ ὁ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Σεβαστοῦ ἀντὶ ἐθνάρχου, βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς Βοσπόρου, περὶ ἔτη ὢν ἐνενήκοντα, ἱππομάχων καὶ πεζομάχων οὐδενὸς ἥττων ἐφάνη· ὡς δὲ ἑώρα τοὺς [a] ὑπὸ τῇ μάχῃ Σκριβωνίῳ προστιθεμένους, ἀποσχόμενος σιτίων, ἐτελεύτησε, βιοὺς ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα. Γόαισος δὲ, ὥς φησιν Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς, ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ ἡλικίας [b] Ὀμανῶν τῆς ἀρωματοφόρου βασιλεύσας, πεντεκαίδεκα καὶ ἑκατὸν γεγονὼς ἐτῶν, ἐτελεύτησε νόσῳ. Βασιλέας μὲν οὖν τοσούτους ἱστορήκασι μακροβίους οἱ πρὸ ἡμῶν.

Ἐπεὶ δὲ καὶ φιλόσοφοι, καὶ πάντες οἱ περὶ

annos implevit. Aſander ille, qui a Divo Auguſto pro Ethnarcha rex Boſpori renunciatus fuerat, circa annum nonageſimum nullo neque equite neque milite deterior viſus eſt. Cum vero videret ſuos cives ad Scribonii ſe partes conferre, inedia de vita exiit, quam ad tres & nonaginta annos produxerat. Goaeſus, auctore Iſidoro Characeno, ipſius aequali, Omanorum in turifera regione rex, quindecim ſupra centum annos cum haberet, e morbo obiit. Tot reges longaevos nobis tradiderunt, qui ante nos ſcripſere.

18. Quando vero etiam Philoſophi, & omni-

a Ὑπὸ τῇ μάχῃ] Et ſic *Fl.* b Ὀμανῶν] Ex emendat. *Kuſt.* Ὁ Μάνων Edd. priores.

fuerit. Per XC. an. mundi incolam cum Noſtro facit *Appian.* p. 107. Et *Suid.* Majorem XC. annis epit. *Liv.* L. Vid. & *Val. Max.* VIII. 13. *J. H. Majus.*

16. Ἄσανδρος] *Spanhem.* 488. *M. du S.*

17. Θεοῦ Σεβαστοῦ] Multa hic *Majus* de nefanda illa adulatione Auguſtos *Dei* titulo ornandi in inſcriptt. & ſermone etiam, dum viverent; ſed quae exſcribere non licet. Adde mox c. 21. *J. F. R.*

20. Ὡς δὲ ἑώρα τοὺς ὑπὸ τῇ μάχῃ] An ſic legendum. ὡς δὲ ἑώρα τοὺς ἑαυτοῦ ὑπὸ τὴν μάχην Σκριβ. &c. *F. G.*

Ὡς δὲ ἑώρα τοὺς ὑπὸ τῇ μάχῃ &c.] Verti debebat: *ut autem vidit eos, qui ſub ipſum pugnae tempus ad Scribonium deficiebant.* Ea hiſtoria extat ap. *Di. Caſſ.* L. 54. Scribonius qui ſe a Mithridate ortum gloriabatur, regnum Boſpori adfectavit, & ut ex hoc loco colligitur, defectione militum ad anguſtias maximas redactus Aſander rex Boſpori inedia mortem ſibi conſcivit, in cujus locum regnavit Scribonius, qui expeditionis ſuae & regni affectati Auguſtum auctorem mentiebatur. Sed paullo poſt a Boſporanis ipſis, qui dolum deprehenderant, caeſus eſt; & in ejus locum regnavit Polemo, quem Vipſanius Agrippa contra Scribonium adornaverat. *J. P. a G.*

38. Ἐκ τριόδου τὴν ἀρετὴν] Emenda, τὴν ἐκ τριόδου ἀρετὴν, longe enim aliud eſt, ἐπιβοᾶσθαι τὴν ἀρετὴν ἐκ τριόδου, & τὴν ἐκ τριόδου ἀρετὴν ἐπιβοᾶσθαι. Prius illud nihil ad hunc locum facit. Vocat autem Lucianus τὴν ἐκ τριόδου ἀρετὴν, quia nil niſi de virtute loquebantur iſtæc ἐκτρώματα σοφίας. Inde eſt quod in *Timone* (c. 9. f.) Jupiter perquam facetiſſime dicit, ὥστε ἡ ἐπιβυσάμενον χρὴ τὰ ὦτα καθῆσθαι, ἢ ἐπιτριβῆναι πρὸς αὐτῶν (φιλοσόφων) ΑΡΕΤΗΝ ΤΙΝΑ, καὶ ἀσώματα, καὶ λήρους μεγάλῃ φωνῇ ξυνειρόντων. Quo loco vocula hæc ΤΙΝΑ innuit tritum quid & tralatitium. Ita & in *Gallo* (c. 11.) Micyllus de Philoſopho neſcio quo loquens ait: καὶ ΑΡΕΤΗΝ ΤΙΝΑ πρός με διεξιὼν καὶ διδάσκων, &c. Niſi quod non lubet ἐν οὐ δέοντι σοφίζεσθαι, locum illuſtriſſimum *Plauti*, qui a nemine hactenus intellectus eſt, poſſem emendare:

—— conferunt ſermones inter ſeſe drapetæ,
Obſtant, obſiſtunt, incedunt cum ſuis ſententiis;

Verum id alibi a me præſtitum eſt. Quippe legendum demonſtravi,

—— conferunt ſermones inter ſeſe de arete.

T. F.

Ibid.

βοωμένου, καὶ ἅπασιν ἁπαξαπλῶς λοιδορουμένου, εἶτα κατέληξεν αὐτῷ ἡ βοὴ ἐς τὸν Πρωτέα· καὶ ὡς ἂν οἷός τε ὦ, πειράσομαί σοι αὐτὰ ἐκεῖνα ἀπομνημονεῦσαι, ὡς ἐλέγετο. σὺ δὲ γνωριεῖς δηλαδὴ, πολλάκις αὐτοῖς παρεστὰς βοῶσι.

Πρωτέα γάρ τις, ἔφη, κενόδοξον τολμᾷ λέγειν, ὦ γῆ, καὶ ἥλιε, καὶ ποταμοὶ, καὶ θάλαττα, καὶ πατρῷε Ἡράκλεις; Πρωτέα, τὸν ἐν Συρίᾳ δεθέντα, τὸν τῇ πατρίδι ἀνέντα πεντακισχίλια τάλαντα, τὸν ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἐκβληθέντα, τὸν τοῦ Ἡλίου ἐπισημότερον, τὸν ἀνταγωνίσασθαι καὶ αὐτῷ τῷ Ὀλυμπίῳ δυνάμενον. ἀλλ᾽ ὅτι διὰ πυρὸς ἐξάγειν τοῦ βίου διέγνωκεν ἑαυτὸν, εἰς κενοδοξίαν τινὲς τοῦτο ἀναφέρουσιν. οὐ γὰρ Ἡρα-

tutem inclamantem, maledicentemque ſimpliciter omnibus. Tum exibat illi clamor in Proteum: & quantum potero, ſtudebo ipſa tibi illa, uti prolata ſunt, referre. Tu vero agnoſces nimirum, qui ſaepe clamantibus adſtiteris.

4. *Proteum ergo*, inquit, *vanae cupidum gloriae dicere quisquam audet? o terra, & ſol, & flumina, & mare, & familiaris Hercules! Proteum illum vinctum in Syria, illum condonantem patriae ſuae quinquies mille talenta? illum Romanorum urbe ejectum, ſole illum inſigniorem, illum qui cum ipſo certare poſſit Olympio. Sed quod per ignem educere ſe de vita decrevit; ad vanam gloriam nonnulli hoc referunt. Nonne enim ſic Hercu-*

Ibid. Ἀρετὴν] Adde locis a *T. Fabro* allatis, Δικ. c. 11. ἀκούω γε αὐτῶν ἀεὶ κεκραγότων, καὶ ἀρετήν τινα, καὶ ἰδέας, καὶ φύσιν, καὶ ἀσώματα διεξιόντων, ἄγνωστα ἐμοὶ καὶ ξένα ὀνόματα. Pan autem loquitur. *M. du S.*

43. Σὺ δὲ γνωριεῖς] Interpres, *Tu vero hæc plane ita ſe habere cognoſces.* Atqui non ita eſt, ſed uti dicam. Metuit Lucianus ne ſibi a quoquam oratio Cynici adſcribatur; id quo ne fiat, ait, ὡς ἐλέγετο, additque, *Quam orationem facile agnoſces, qui hujusmodi canes ſaepe latrantes audieris.* Quæ ſententia longe alia eſt. *T. F.*

46. Ὦ γῆ καὶ ἥλιε] Ridet Lucianus, τὴν ὀγκηρὰν φληναφίαν τοῦ ἐπιφωνήματος. *T. F.*

47. Πατρῷε Ἡράκλεις] Videlicet Herculem quaſi πατριάρχην, ſeu familiæ ſuæ principem haberi volebant Cynici, ſeque veluti Ἡρακλίσκους τινὰς jactitabant. *T. F.*

48. Δεθέντα] Ob Chriſtianiſmum. vid. c. 11. & 12. *M. du S.*

Ibid. Τῇ πατρίδι] Vide c. 15. & veram ſummam c. 14. Haec autem Cynici ſumma efficit fere integrum quem vocant *millionem* librarum Anglicanarum, id eſt, decies centena millia. *M. du S.*

49. Πεντακισχίλια τάλαντα] Ἐπιτραγῳδεῖ Theagenes. Peregrini enim facultates, ut ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα conſtabit, xv. talenta non exſuperabant. *T. F.*

Πεντακισχίλια] Ὑπερβολικῶς. Inferius Lucianus c. 14. πεντεκαίδεκα τάλαντα dixit. *F. G.*

Ibid. Ἀπὸ — ἐκβλ.] Vide cap. 18. *M. du S.*

51. Τῷ Ὀλυμπίῳ] Subaudi Διΐ. *F. G.*

54. Οὐ γὰρ Ἡρακλῆς οὕτως;] Igne mori multi glorioſum putarunt, inter quos etiam fuit Calanus, qui ſe ultro incendio obtulit, cum jam mori decreviſſet. *Nicolaus Damaſcenus* & Philoſophus & Hiſtoricus ſcribit a ſe viſum Zarmanochegam Indum, qui ſatis fortunatus Athenis ſe cremavit, quod abunde vixiſſet, in cujus tumulo ita inſcriptum fuit. Ζαρμανοχηγὰς Ἰνδὸς ἀπὸ Βαργόσης κατὰ τὰ πάτρια Ἰνδῶν, αὐτὸν ἀπαθανατίσας κεῖται. *G. C.*

55. Διόνυσος] Unde Antipater Sidonius de Hercule & Baccho,

— οἱ δ᾽ ἀπὸ γαίης
Ἦλθον ἐς ἀθανάτους ἐκ πυρὸς ἀμφότεροι.

T. F.

Διόνυσος] De Aeſculapio vid. Θ. Δ. XIII. De Baccho quid adferat *T. Faber* legiſti. Ego alibi de eo me legere nihil memini, praeter combuſtam fulmine matrem ſervatumque a Jove infantem; nec ad aliud alludi exiſtimo. *M. du S.*

58. Θεαγένης] Philoſophus Cynicus. *T. F.*

Ibid. Τοῦτο γὰρ — ἐκαλεῖτο] Sic & *Long. Paſt.* 2. p. 74. Ed. *Jung.* & IV. 112. Ed. *Moll.* Item *Alciphr.* III. p. 406. *J. F. R.*

64. Πῶς] Haud facile crediderim Lucianum tam curioſum & jam Philoſophorum acrem ſpectatorem, ignoraſſe quae Olympiade proxime antecedente a Peregrino deſignata eſſent & promiſſa, etiamſi ludis ipſe non interfuiſſet, quod tamen haud temere ſtatuendum eſt ob rationes deinde adducendas. Quid ergo? Nempe, ut ſcenae ſerviat haec nunc quaerit, ut res tota melius & plenius ob oculos Lectorum mox ponatur. Quod & adhibito mox larvato oratore, ſub quo ipſe latere voluit, abunde praeſtitum leges. *M. du S.*

66. Ἐπήκουον οὖν τὰ λοιπὰ] Verba hæc plane amittunt elegantiam, ſi reddantur cum interprete *verum audiebam reliqua cum verba funderet, ac mirificis laudibus Proteum extolleret.* Narrat hic Lucianus, ſe audiviſſe quendam Theagenem φωνῇ μεγάλῃ καὶ τραχείᾳ in trivio virtutes latrantem, & deinde de Proteo ſeu Peregrino dixiſſe, ſane qui clamat voce magna & aſpera, gravate verba, & non niſi magno cum labore niſuque pronuntiat; *fundere verba* ii dicuntur qui prompta, facili, atque plena oratione utuntur; ſic *fluentia ver-*

cules? Non enim Aeſculapius ac Bacchus fulmine? Non enim ultima aetate in crateras Empedocles?

5. Cum vero dixiſſet iſta Theagenes, hoc enim clamoſo illi nomen erat, interrogo adſtantium aliquem, *Quid vellet ſibi illud de igne, aut quid ad Proteum Hercules atque Empedocles?* Ille, *Non ita multo poſt*, inquit, *cremabit ſe ipſe Proteus Olympiis. Quomodo*, inquam, *aut, qua de cauſſa?* Tum ille reſpondere parabat; clamabat autem Cynicus, ut alium exaudire non poſſes. Audivi igitur profundentem reliqua, & admirabiles quoſdam dicendi exceſſus de Proteo proferentem. Nam Sinopenſem il-

κλῆς οὕτως; οὐ γὰρ Ἀσκληπιὸς καὶ Διόνυσος κεραυνῷ; οὐ γὰρ τὰ τελευταῖα Ἐμπεδοκλῆς εἰς τοὺς κρατῆρας;

Ὡς δὲ ταῦτα εἶπεν ὁ Θεαγένης (τοῦτο γὰρ ὁ κεκραγὼς ἐκεῖνος ἐκαλεῖτο) ἠρόμην τινὰ τῶν παρεστώτων, τί βούλεται τὸ περὶ τοῦ πυρὸς, ἢ τί Ἡρακλῆς καὶ Ἐμπεδοκλῆς πρὸς τὸν Πρωτέα; ὁ δὲ, Οὐκ εἰς μακρὰν, ἔφη, καύσει ἑαυτὸν ὁ Πρωτεὺς Ὀλυμπίασι. Πῶς, ἔφην, ἢ τίνος ἕνεκα; εἶτα ὁ μὲν ἐπειρᾶτο λέγειν· ἐβόα δὲ ὁ Κυνικὸς, ὥστε ἀμήχανον ἦν ἄλλου ἀκούειν. ἐπήκουον οὖν τὰ λοιπὰ, ἐπαντλοῦντος αὐτοῦ, καὶ θαυμαστάς τινας ὑπερβολὰς διεξιόντος κατὰ τοῦ Πρωτέως· τὸν μὲν γὰρ Σινωπέα, ἢ τὸν διδάσκαλον

verba apud Auctorem carminis ad Piſon. Et *fluens cantus* apud *Valer. Flacc.* lib. 3. Argonaut. v. 158. εὔροια λόγων apud *Ælian.* lib. 8. c. 12. ποικ. occurrunt. vix habent Latini, quo elegantiam illam, quæ in verbis Luciani eſt, exprimant; niſi circumlocutione utantur, ut, exaudiebam *cum magno conatu reliqua dicentem.* Quo reſpiciunt etiam illa quæ ſequuntur: ταῦτα ξὺν πολλῷ ἱδρῶτι διεξελθὼν ἐδάκρυε γελοίως. Et p. 43. ἐγὼ δὲ ἀφεὶς αὐτὸν διαῤῥηγνύμενον. *ego relinquens illum, qui ſe vociferatione rumpebat.* Adde quod ἐξαντλέω ſemper de re moleſta & gravi dicatur. *Euripid* Med. v. 79.

Ἀπωλόμεσθ' ἄρ' εἰ κακὸν προσοίσομεν
Νέον παλαιῷ, πρὶν τὸ δ' ἐξηντληκέναι.

Priusquam illud malum exhauſtum ſit. Et *Alceſt.* v. 354.

— ἀλλ' ὅμως βάρος ψυχῆς ἀπαντλοίην ἄν.

Quomodo *exhaurire dolorem* & alia apud Latinos paſſim leguntur. *Giſb. Cuperus* Obſerv. l. 3. c. 2. *Almel.*

Ἐπήκουον οὖν τὰ λοιπὰ, ἐπαντλοῦντος αὐτοῦ καὶ θαυμαστάς τινας ὑπερβολὰς διεξιόντος κατὰ Πρωτέως.] Clariſſimus quidam & Ampliſſimus Vir, ut patet ex ejus nota *Amſt.* editioni pag. 562. allita, videtur in Luciano legiſſe ἐξαντλοῦντος, cujus cauſſam nullam video. Et tamen tota Viri Cl. animadverſio in ἐξαντλέω eſt poſita. At ἐξαντλέω & ἐπαντλέω ſunt diverſiſſima; illud eſt *exhaurio*, hoc *infundo*. Id quod patet ex tritiſſimo proverbio, ἐς Δαναΐδων πίθον ἐπαντλεῖν. quo & utitur Noſter; apud quem etiam in *Timone* c. 18. ait Plutus, ὥστε ἐς τὸν Δαναΐδων πίθον ὑδροφορήσειν μοι δοκῶ, καὶ μάτην ἐπαντλήσειν, τοῦ κύτους μὴ στέγοντος. *Quare in Danaidum dolium aquam ingeſturus mihi videor, & incaſſum infuſurus, fundo non continente.* Male quoque culpatur hic Interpres, qui ἐπαντλοῦντος αὐτοῦ vertit, *quum verba funderet.* Interpretem ſatis defenderit *Budaeus*, ex *Syneſio* proferens ἐπαντλεῖν τῶν λόγων, idque cum Cicerone *fundere*; cum Plauto *funditare verba* interpretans. Caeterum nimis crebro haec loquendi forma, ἐπαντλεῖν λόγους, *verba fundere, copioſe de re quapiam dicere*, ab ipſo Luciano noſtro eſt uſurpata, quam ut ea ignorari, multo minus damnari debuerit. In *Jove Tragoedo* c. 50. Τιμοκλῆς τὰ κοινὰ ταῦτα καὶ καθ' ἡμέραν ἄλλα ἐπ' ἄλλοις εὐπερίτρεπτα πάντα ἐπαντλεῖ. *Timocles vulgaria haec & quotidiana, alia ſuper alia, omnia refutatu neutiquam difficilia, ingerit.* Sic Charon ſermoni ſuo multos immiſcens verſus Homeri, dicitur πολὺν τὸν Ὅμηρον ἐπαντλεῖν, in *Contemplantibus* c. 23. Pro ἐπαντλέω eodem uſu poſuerunt Graeci & καταντλέω. in *Demoſthenis Encomio* c. 16. ἢ πού γε διανοῇ καταχεῖν μου τῶν ὤτων, ὥσπερ βαλανεὺς καταντλήσας τὸν λοιπὸν λόγον; *Num in animum inducis implere mihi aures, inſtar balneatoris, reliquum ſermonem exhauſtum in me fundens?* In *Lexiphane* c. 17. τοσοῦτον βόρβορον συνεράνισας, κατήντλησάς μου μηδέν σε δεινὸν εἰργασμένου. (male in Salmurienſi hic εἰγκασμένον excuſum.) *Tantum coeni undiquaque corraſum in me, qui nullam tibi intuli injuriam, effudiſti.* Paullo ante pro eo dixerat κατασκεδάται· ait enim illic, Καὶ ἢν μὴ τάχιστα ἐξεμέσω ταῦτα πάντα, ὁπόσα διεξελήλυθας, εὖ ἴσθι, κορυβαντιάσειν μοι δοκῶ, περιβομβούμενος, ὑφ' ὧν κατεσκέδασάς μου ὀνομάτων. *Ac niſi quamprimum omnia illa, quae recitaſti, evomuero, certo ſcias, videor mihi mox inſania fore correptus, circumſtrepentibus me illis nominibus, quae in me modo effudiſti.* Sic in *Eunucho* c. 2. ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀλλήλων. *Integra convitiorum plauſtra invicem in ſe effuderunt.* Caeterum τὸ ἐπαντλέω verbum reſtituendum eſt Scholiaſtae anonymo *Homeri*: apud quem quum ad Il. Α. vſ. 176. ἀφύξειν exponitur per ἀπαντλήσειν, lege ἐπαντλήσειν. idque congruens eſt cum verbo ſequenti προσωρεύσειν, *accumulaturum eſſe*, quod ab Scholiaſta expoſitionis cauſa additur. *J. J.*

67. Ἐπαντλοῦντος] Ἐπαντλεῖν contrarium eſt τοῦ ἐξαντλεῖν. Alibi εἰς Δαναΐδων πίθον ἐπαντλεῖν. *F. G.*

69. Σινωπέα] Diogenem. *M. du S.*

71. Σω-

λον αὐτοῦ Ἀντισθένη, οὐδὲ παραβάλλειν ἠξίου αὐτῷ, ἀλλ' οὐδὲ τὸν Σωκράτη αὐτόν· ἐκάλει δὲ τὸν Δία ἐπὶ τὴν ἅμιλλαν. εἶτα μέντοι ἔδοξεν αὐτῷ ἴσους πως φυλάξαι αὐτοὺς, καὶ οὕτω κατέπαυσε τὸν λόγον.

Δύο γὰρ ταῦτα, ἔφη, ὁ βίος ἄριστα δημιουργήματα ἐθεάσατο, τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον, καὶ Πρωτέα· πλάσται δὲ καὶ τεχνῖται, τοῦ μὲν Φειδίας, τοῦ δὲ ἡ φύσις· ἀλλὰ νῦν ἐξ ἀνθρώπων εἰς θεοὺς τὸ ἄγαλμα τοῦτο οἰχήσεται, ὀχούμενον ἐπὶ τοῦ πυρὸς, ὀρφανοὺς ἡμᾶς καταλιπόν. ταῦτα ξὺν πολλῷ ἱδρῶτι διεξελθὼν, ἐδάκρυε μάλα γελοίως, καὶ τὰς τρίχας ἐτίλλετο, ὑποφειδόμενος μὴ πάνυ ἕλκειν, καὶ τέλος ἀπῆγον αὐτὸν λύζοντα μεταξὺ τῶν Κυνικῶν τινες, παραμυθούμενοι.

Μετὰ δὲ τοῦτον ἄλλος εὐθὺς ἀναβαίνει, οὐ περιμείνας διαλυθῆναι τὸ πλῆθος, ἀλλὰ ἐπ' αἰθομένοις τοῖς προτέροις ἱερείοις ἐπέχει τῶν σπονδῶν. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ πολὺ ἐγέλα, καὶ δῆλος ἦν νειόθεν αὐτὸ δρῶν· εἶτα ἤρξατο ὧδέ πως· ἐπεὶ ὁ κατά-

olum, aut illius magiſtrum Antiſthenem, ne comparare quidem illi dignabatur, ſed nec ipſum Socratem: Jovem potius ad certamen illud provocabat. Deinde tamen viſum illi eſt aequo aliquatenus faſtigio utrumque ſervare, atque ita orationem finiit:

6. *Haec nempe duo*, inquit, *opera praeſtantiſſima ſpectavit orbis, Olympium Jovem & Proteum. Fictores & artifices alterius Phidias, alterius vero natura. At nunc de hominibus ad Deos hoc ſimulacrum abibit, invectum igni, nobis relictis orphanis.* Iſta multo cum ſudore ubi pronunciaſſet, ploravit ridicule, & crines ſibi vellit, *aliquantum* tamen parcens, ne nimis traheret. Tandem gannientem adhuc Cynicum quidam velut conſolantes abducunt.

7. Poſt hunc vero alius ſtatim eſcendit, dilabi multitudinem non paſſus, ſed ardentibus adhuc prioribus extis infundens libamina. Ac primo quidem multum riſit, quod ex imis illum praecordiis facere, appareret. Tum ita fere exorſus eſt: *Quando-*

71. Σωκράτη] Nihil variare Edd. addiderat *Solan.* An quia Σωκράτην quaeſivit? Ut ſupra *Paraſ.* c. 19. (ubi tamen *Fl.* etiam Σωκράτη) ſed utramque terminationem probam eſſe oſtendimus l. d. *J. F. R.*

76. Δία τὸν Ὀλύμπιον] Opus Phidiæ, ex ebore & auro. Deſcribitur a Pauſania. *T. F.*

79. Τὸ ἄγαλμα τοῦτο] Nota duriorem metaphoram, ſed Cynico convenientem. Peregrinum enim intelligit, quem cum Jovis Olympii ſimulacro comparavit. Ita & mox. *T. F.*

80. Ὀρφανοὺς ἡμᾶς καταλιπ.] Reſpondent haec verbis *Evang. Joan.* XIV. 18. Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς: ad quae Rev. *Elſner.* ὀρφανοὺς tam parentes quam liberos *orbos* dici probat. *J. F. R.*

83. Τὰς τρίχας ἐτίλλετο] *Th. Mag.* v. τίλλω. *M. du S.*

87. Μετὰ δὲ τοῦτον ἄλλος] Hic anonymus, quo velut ὑποκριτῇ utitur Lucianus, ὁ τοῦ δράματος διδάσκαλος, Peregrinum ſuis coloribus depinget. *T. F.*

88. Ἀλλὰ ἐπ' αἰθομένοις] Metaphora a ſacris ducta: non poterat χαριέστερον hic noſter. *T. F.*

89. Ἐπ' αἰθομένοις] Μεταφορικῶς. *F. G.*

Ἐπ' αἰθομένοις] Non damnaverim repetitionem Praepoſitionis, ἐπ' αἰθομένοις ἐπέχει. ſed ſine fraude etiam fuerit, quod interpretatus ſum, ac ſi legeretur mutatione tenuiſſima ἔτι αἰθομένοις. *J. M. G.*

90. Ἐπὶ πολὺ] Delerat *Solan.* ἐπί. Ego nondum, niſi auctoritas acceſſerit; etſi ἐπὶ πολὺ, *diu*, hic revera minus placet, quam ſimplex πολὺ, multum, i. e. *effuſe* riſit. *J. F. R.*

91. Νειόθεν] Homericum. *J. B.*

Νειόθεν] Poëtica vox eſt. Videlicet alludit ad locum *Homeri*, primulo initio Iliad. K.

Νειόθεν ἐκ κραδίης — *T. F.*

Νειόθεν] *Homer.* Il. K. 10. *M. du S.*

94. Τὰ Ἡρακλείτου δάκρυα] *Juvenalis* X. de Democrito & Heraclito,

Jamne igitur laudas, quod de ſapientibus alter
Ridebat, quoties de limine moverat unum
Protuleratque pedem; flebat contrarius alter?

T. F.

5. Οἷόν τι τὸ ἄγαλμα] Iterum ridet φορτικὴν illam metaphoram Theagenis. Eodem mox ſpectat, cum de Canone Polycleti loquitur. *T. F.*

11. Ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανών· Ἐπεὶ] Ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανὼν, ἐπεί. *Th. M.*

Ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανὼν] *Plinius* XXIV. *Idem* (Polycletus) *& Doryphorum viriliter puerum fecit, & quem Canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut a lege quadam.* Hujus Canonis meminit quo-

doquidem execrabilis ille iſte Theagenes finem impuriſſimae orationis ſuae Heracliti fecit lacrimas; ego e contrario a Democriti riſu incipiam, & denuo riſit tantum, ut etiam noſtrum plures ad riſus ſocietatem pertraheret.

ρατος Θεαγένης τέλος τῶν μιαρωτάτων αὐτοῦ λόγων τὰ Ἡρακλείτου δάκρυα ἐποιήσατο, ἐγὼ κατὰ τὸ ἐναντίον ἀπὸ τοῦ Δημοκρίτου γέλωτος ἄρξομαι· καὶ αὖθις ἐγέλα [a] ἐπιπολὺ, ὥστε καὶ ἡμῶν τοὺς πολλοὺς ἐπὶ τὸ ὅμοιον ἐπεσπάσατο.

8. Dein ſe convertens, *Aut quid enim aliud*, inquit, *viri*, *faciendum eſt*, *ubi audimus dictiones adeo ridiculas*, *videmus autem viros ſenes deſpuendae cujusdam gloriolae cauſſa tantum non ſaltare in caput in publico. Ut autem ſciatis, quale ſimulacrum ſit jam comburendum, me audite, qui diligenter obſervavi illius animum, & vitam exploravi: quaedam vero de civibus iſtius exquirendo cognovi, iisque, qui neceſſitate quadam recte iſtum noſſe debebant.*

Εἶτα ἐπιστρέψας ἑαυτὸν, Ἢ τί γὰρ ἄλλο, ἔφη, ὦ ἄνδρες, χρὴ ποιεῖν ἀκούοντας μὲν οὕτω γελοίων ῥήσεων, ὁρῶντας δὲ ἄνδρας γέροντας δοξαρίου καταπτύστου ἕνεκα, μονονουχὶ κυβιστῶντας ἐν τῷ μέσῳ; ὡς δὲ εἰδείητε οἷόν τι τὸ ἄγαλμά ἐστι τὸ καυθησόμενον, ἀκούσατέ μου, ἐξ ἀρχῆς παραφυλάξαντος τὴν γνώμην αὐτοῦ, καὶ τὸν βίον ἐπιτηρήσαντος· ἔνια δὲ παρὰ τῶν πολιτῶν αὐτοῦ ἐπυνθανόμην, καὶ οἷς ἀνάγκη ἦν ἀκριβῶς εἰδέναι αὐτόν.

9. *Hoc enim fictum naturae manibus ſimulacrum*, *hic Polycleti canon*, *cum ad virilem aetatem perveniſſet*, *in Armenia deprehenſus in adulterio plagas accepit ſane multas*, *ac tandem ſaltu de tegulis effugit*, *obturatum raphano podicem auferens. Deinde adoleſcen-*

Τὸ γὰρ τῆς φύσεως τοῦτο πλάσμα καὶ δημιούργημα, ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανὼν, [b] ἐπεὶ εἰς ἄνδρας τελεῖν ἤρξατο, ἐν Ἀρμενίᾳ μοιχεύων ἁλοὺς, μάλα πολλὰς πληγὰς ἔλαβε, καὶ τέλος κατὰ τοῦ τέγους [c] ἁλόμενος διέφυγε, ῥαφανῖδι τὴν πυγὴν βεβυσμένος· εἰ-

a Ἐπιπολὺ] Jam & ſic P. cum ante divideret. *b* Ἐπεὶ] Recte *B. S.* Aliae Ἔπει, quaſi nova periodus inciperet. *c* Ἁλόμενος] Sic omnes. Malim ἀλλόμενος.

4. Κυβιστῶντας] Κυβεύοντας. *G.* Lege κολυμβῶντας.
15. Διέφυγε, ῥαφανῖδι] Τοὺς μοιχοὺς γὰρ τοιαύτῃ ἀποτίνειν τοῖς παλαιοῖς ἔθος ποιεῖν. ἐπὰν γὰρ ἑάλω μετὰ * πολλὰς τὰς † ἄλλας, τελευτῶντες, ῥαφανῖδα τῇ πυγῇ τοῦ μοιχοῦ πάνυ ἁδρὰν ἔνειρον. *V.*

* Πολλὰς] Lege ποινὰς. *J. Gron.* Sed ſi ita legas, poſt ἄλλας reponito. *M. du S.*

† Ἄλλας] Ἄλλας αἰκίας *Voſſ.* ad Catull. p. 42. ubi non intellexit τελευτῶντες. *J. Gron.*

quoque in lib. *de Saltatione* (c. 75.) Lucianus. τὸ δὲ σῶμα κατὰ τὸν Πολυκλείτου Κανόνα ἤδη ἐπιδείξειν μοι δοκῶ. *T.F.*

15. Ῥαφανῖδι τὴν πυγὴν βεβυσμένος] Supplicium deprehenſorum in adulterio. τοὺς μοιχοὺς ταῖς ῥαφανῖσιν ἤλαυνον κατὰ τὰς ἕδρας. *Heſych.* huic ſupplicio inſuper addit depilationem & cineris calidi aſperſionem Scholiaſt. *Ariſtophan.* ad nubes. *J.B.*

Ῥαφανῖδι τὴν πυγὴν βεβυσμένος] Catullus:

At tum te miſerum, malique fati,
Quem attractis pedibus, patente porta

(hoc loco idem eſt ac πρωκτὸς)

Percurrent raphanique mugileſque.

Sed rem omnem optime deſcribit *Ariſtophanis* Schol. in νεφέλαις ad hunc verſum,

τί δ', ἢν ῥαφανιδωθῇ γε πειθόμενός σοι, τέφρᾳ τε τιλθῇ;

οὕτω γὰρ, ait οὗτος, &c. Neque enim vacat tranſcribere. Ceterum mihi obiter monendus eſt lector, verſum illum corruptum eſſe. Qui pote, inquies, cum ita planus ſit; ita facilis ſit? Atqui ita eſt. Nonne unâ ſyllabâ modulum ſui generis excedit? Lege itaque,

τί δ', ἢν ῥαφανιδωθῇ γε πεισθείς σοι, τέφρᾳ τε τιλθῇ;

T.F.

εἶτα μειράκιόν τι ὡραῖον διαφθείρας, τριχιλίων ἐξωνήσατο παρὰ τῶν γονέων τοῦ παιδὸς, πενήτων ὄντων, μὴ ἐπὶ τὸν ἁρμοστὴν ἀπαχθῆναι τῆς Ἀσίας.

Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐάσειν μοι δοκῶ· πηλὸς γὰρ ἔτι ἄπλαστος ἦν, καὶ οὐδέπω ἐντελὲς ἄγαλμα ἡμῖν ἐδεδημιούργητο. ἃ δὲ τὸν πατέρα ἔδρασε, καὶ πάνυ ἀκοῦσαι ἄξιον, καίτοι πάντες ἴστε, καὶ ἀκηκόατε ὡς ἀπέπνιξε τὸν γέροντα, οὐκ ἀνασχόμενος αὐτὸν ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη ἤδη γηρῶντα. εἶτα ἐπειδὴ τὸ πρᾶγμα διεβεβόητο, φυγὴν ἑαυτοῦ

tulum formoſum cum corrupiſſet, tribus millibus redemit ſe a parentibus pueri pauperculis, ne ad Praeſidem Aſiae deduceretur.

10. *Haec, & quae ſunt in hoc genere, placet omittere: argilla enim adhuc erat informis, nondum inde perfectum nobis ſimulacrum effictum fuerat. Quae autem patri fecerit, audire omnino operae pretium eſt. Quamquam noſtis omnes & audiiſtis, ut ſenem ſuffocaverit, non paſſus illum ultra ſexaginta annos jam ſeneſcere. Deinde cum pervulgatum eſſet facinus, exilio*

16. Τριχιλίων] Subaudi δραχμῶν. *F.G.*

Τριχιλίων ἐξωνήσατο] Vertunt *tribus nummorum millibus redemit*, in quibus vocem ſecundam ſubducta linea notavit Pater, qui haud dubie voluit intelligi τριχιλίων δηναρίων. Et merito. Quum manifeſte ſic intelligere appareat ipſum Lucianum ex *D. Meretr.* XI. ubi Charmides ait, καί τοι τοσαῦτα παρ' ἐμοῦ λαμβάνουσα, καὶ νῦν ἐπειδὴ χιλίας αἰτούσῃ οὐκ εἶχον διδόναι, ubi interpres ſimpliciter *mille petenti*, quum intelligat δραχμὰς, quomodo vertit in *Pſeudologiſta* cap. 30. πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίας ἐξέτισε *ſeptingentas & quinquaginta drachmas:* & ex Aſini loco manifeſtiore, καὶ πιπράσκει με πέντε καὶ εἴκοσιν Ἀττικῶν, ubi idcirco vertere etiam potuerunt *quinque & viginti drachmis Atticis.* Sic ergo debuerunt quoque cap. 8. in *Saturnalibus*, περὶ ταλάντων γε καὶ μυριάδων, ubi vertunt *talentis & decem nummum millibus.* *J.G.*

18. Ἐπὶ τὸν ἁρμοστὴν ἀπαχθῆναι τῆς Ἀσίας] Vox ἁρμοστὴς olim nomen fuit magiſtratus apud Spartiatas, qui mittebatur præfectus alicujus urbis aut regionis. At tempore Luciani pridem deſierat uſus ejus magiſtratus & vocis, nam ἀνθύπατος a Græcis, *Proconſul* a Latinis vocabatur magiſtratus, qui Roma miſſus Aſiam regebat. Nec video, quare hanc vocem a tanta antiquitate revocaverit Lucianus, ut deſignaret Romanum proconſulem, penes quem erat jus gladii ad punienda crimina. *Palm.* Intelligit Proconſulem. *Diodorus Siculus* lib. 13. exiſtimavit vocem eſſe Laconicam, vel Laconibus peculiarem. ὁ δ' ἐν τῇ πόλει καθεσταμένος ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἡγεμὼν (ὃν οἱ Λάκωνες ἁρμοστὴν ἐκάλουν) &c. At ego de Laconibus dici ἁπλῶς non puto. *Xenophon* enim de Thebanis lib. VII. Ἑλληνικῶν uſurpavit, ut & *Plutarchus* in vita Demetrii, ubi Hieronymum hiſtoricum ait ἐπιμελητὴν καὶ ἁρμοστὴν Thebarum ab eo fuiſſe conſtitutum. Harmoſtæ aliter dicebantur ἁρμοστῆρες. *Xenoph.* lib. IV. alibi autem ἁρμόζοντες, quemadmodum ὁ πειράζων pro πειραστὴς, & ſexcenta alia. *T.F.*

21. Πηλὸς] Legend. *Caſaub.* ad illud Perſii, *udum & molle lutum es.* *J.B.*

28. Ἄλλων ἄλλοτε ἀμείβων] Id aliter Græci dicunt, γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι. *T.F.*

30. Θαυμαστὴν σοφίαν τῶν Χριστιανῶν ἐξέμαθε] Athenagoras Apologia. *Th. M.* Εἰρωνικῶς. *T.F.*

Θαυμαστὴν σοφίαν τῶν Χριστιαν.] Ironice hoc dici, non eſt, quod moneam. ſed vel ſic ſanctitatem Chriſtianae Religionis huic ſcurrae agnitam ſatis patet, qui neque hic neque in ſequentibus ullius eam ſceleris cum ignaro illius aetatis vulgo ream arguat. Non, ut *Tacitus, per flagitia inviſos, & odio humani generis noviſſima meritos*, dicit, (Ann. XV. 44.) aut *exitiabilem ſuperſtitionem.* Ipſi poſtea Chriſtiani ſuam religionem *Philoſophiae* nomine ſaepe appellarunt, uti apud Chryſoſtomum paſſim, aliosque Patres, videre eſt. *M. du S.*

32. Ἱερεῦσι καὶ γραμμ.] Chriſtianorum Doctores Judaeorum titulis, vir apud priores minime verſatus ornat; quorum poſteriorem Aegyptiis etiam alibi tribuit Β. πρ. c. 14. Φιλοψ. 34. & Μακρ. c. 4. Γραμματεῖς nullos apud noſtros illa aetate invenimus. Apud Chriſtianos illius temporis *Presbyteri*, vel *Epiſcopi* tantum audiebant. *M. du S.*

33. Καὶ τί γὰρ] Non vidit Interpres harum vocularum venuſtatem. *T.F.*

Ibid. Παῖδας αὐτοὺς ἀπέφηνε] Ita *Xenophon* in luculentiſſima illa de Ageſilao rege oratione, παῖδα ἀπέδειξε τὸν Τισσαφέρνην τῇ ἀπάτῃ. *T.F.*

34. Προφ. καὶ θιασάρχης, καὶ ξυναγ.] Et hi, excepto ſecundo, a Judaeis petiti tituli. De quibus ſingulis haec paucis accipe. Duplex apud Chriſtianos *Prophetarum* genus fuit; priores quibus a Spiritu ſancto actis futura praedicere dabatur. Ceſſaſſe hi cum Apoſtolis videntur. Poſteriores, doctores tantum, nullis extraordinariis ſpiritus donis inſtructi, quibus illi priores. Utrumque genus hoc prophetandi agnoſcunt, non perfunctorie legenti, ſacrae novi Teſtamenti ſcripturae. Quosnam, cum ſecundo loco θιασάρχης dicitur, indicare voluerit, incertum; vox enim a ſacris Ethnicorum deſumpta, in quod Chriſtianum munus quadret, non ſatis conſtat. Cum tamen ip[illegible] Chriſtiani nomen θίασος de ſuis conventiculis [illegible] reſpuerint, *principem Eccleſiae*, ſive *Epiſ[illegible]pum* vo[illegible]iſſe, vero abſimile non eſt. Συναγωγεὺς idem ferme [illegible] ſub alio nomine deſignat. *[illegible]u S.*

35. λάλ-

exilio a ſe damnatus oberravit aliam alia terra permutans.

καταδικάσας ἐπλανᾶτο, ἄλλην ἄλλοτε ἀμείβων.

II. *Quo quidem tempore etiam admirabilem Chriſtianorum ſapientiam edidicit, in Palaeſtina cum ſacerdotibus illorum & ſcribis verſatus. Et, quid multa? Brevi tempore, ut pueri juxta ſe viderentur omnes, effecit, Propheta ipſe, & chori illorum praeſul, & concionator, & ſolus omnia. Ac librorum alios interpretatus eſt, ac declaravit, multos ipſe conſcripſit: itaque Dei inſtar ipſum habebant, & utebantur legiſlatore, & ſuum ſcribebant antiſtitem. Nempe magnum illum ad-*

Ὅτεπερ καὶ τὴν θαυμαστὴν σοφίαν τῶν Χριστιανῶν ἐξέμαθε, περὶ τὴν Παλαιστίνην τοῖς ἱερεῦσι καὶ γραμματεῦσιν αὐτῶν ξυγγενόμενος. καὶ τί γάρ; ἐν βραχεῖ παῖδας αὐτοὺς ἀπέφηνε, προφήτης, καὶ θιασάρχης, καὶ ξυναγωγεὺς, καὶ πάντα μόνος αὐτὸς ὤν. καὶ τῶν βίβλων τὰς μὲν ἐξηγεῖτο, καὶ διεσάφει, πολλὰς δὲ αὐτὸς καὶ ξυνέγραφε, καὶ ὡς θεὸν αὐτὸν ἐκεῖνοι [a] ἡγοῦντο, καὶ νομοθέτῃ ἐχρῶντο, καὶ προστάτην ἐπέγραφον. τὸν μέγαν γοῦν

a Ἡγοῦντο] Sic Mſ. RG. Ἐδηγοῦντο Edd. male.

30. *Θαυμαστὴν σοφίαν τῶν Χριστιανῶν*] *Θαυμαστὴ μὲν οὖν, ὦ μιαρὲ, καὶ παντὸς * ἐπέκεινα θαύματος· εἰ δὲ σοὶ τοφλῷ ὄντι δὲ ἀλαζόνι τὸ κάλλος αὐτῆς ἀνεπίσκεπτον καὶ ἀθέατον. V.*

* Ἐπέκεινα] Scripſit, credo, ἐπινικᾷ. *M. du S.*

35. Πάντα μόνος] Dixerunt ad *Petron*. Apparet ex hoc Dialogo, fruſtra eos eſſe qui Lucianum noſtrum contendunt olim fuiſſe Chriſtianum. *J. B.*

Πάντα μόνος αὐτὸς ὢν] *Alciphr*. II. 3. p. 236. ἐγὼ γὰρ αὐτῆς εἰμι πάντα. Ubi *Bergl*. plura ſimilia. Sed habuimus etiam ap. Noſtrum in *Tyrannicid*. c. 4. *J. F. R.*

36. Τῶν βίβλων] Hinc diſce quanta veneratione ſacros tum proſequerentur Libros; quibus explicandis tam inſignem ſui cultus partem, ut vel alienis res innoteſceret, tribuerent. De *ſacris* enim *cum veteris tum novi Teſtamenti libris* hoc intelligendum minime dubium videri debet. At, inquies, nullo diſcrimine libros Peregrini ipſius mox his annumerat, cum addit, *& ab eo multos ſcriptos*. Quid mirum ſi vir ab his ſacris prorſus alienus diſcrimen illud ignorarit? Nec tamen eodem loco a Chriſtianis habitos diſerte ait: aut, ſi diceret, tam imperito harum rerum facile credendum fuit. Libros a ſe conſcriptos Peregrinus, hoc palam auctore, ut ſuos edidit; nec, ſi pro ſacris obtrudere voluiſſet, tam oſcitanter circa has res verſabantur Chriſtiani, quin mox fraudem & ſenſuri fuiſſent, &, ut par erat, reſpuituri. Nam quod liber unus aut alter ad tempus eis pro ſacro obtruſus eſt, paulo poſt, re rite ad examen revocata, rejectos ſcimus; nec quemquam in Canonem admiſſum, de quo non abunde Divinum eſſe conſtaret. *M. du S.*

37. Καὶ ὡς θεὸν αὐτ. ἐκ. ἡγοῦντο] Ultima vox ex Mſ. R. G. eſt; omnes enim impreſſi ἐδηγοῦντο corrupte. Genuinam eſſe quam ſequimur ſcripturam, ex ſequentibus patet. Putavit enim levis homuncio, Chriſtianae fidei prorſus ignarus, omnes a Chriſtianis pro Diis cultos, qui Religionis ſuae ſtrenuos ſe gererent aſſertores; quia conditorem ejus Chriſtum adorari ab iis compertum erat. Qua in re ratio eum & conjectura mirum quantum fefellit. *M. du S.*

38. Ἐκεῖνοι ἐδηγοῦντο] Reſtitue ad fidem Mſ. R. ἡγοῦντο. Res per ſe patet. *T. F.*

39. Προστάτην ἐπέγραφον] Veri hic aliquid dictum puto. Sed cum Chriſtianis fere ignota ſit vox προστάτης, deceptum credo Lucianum προστάτην audiviſſe, quem illi προεστῶτα dixerant; quo titulo inſignitos ſcimus illius aetatis Epiſcopos. Retinenda itaque vulgata ſcriptura, ſi genuinam Luciani ſcripturam velis; ſed de iis quos dixi, praeter uſum, intelligenda mens ſcribentis. Occurrit quidem προστάτις *Rom*. XVI. 2. & apud *Cyrillum* Cat. 6. Petrus & Paulus, τῆς Ἐκκλησίας προστάται, dicuntur. *M. du S.*

Ibid. Τὸν μέγαν γοῦν] Iſtæc vocula γοῦν, & ſenſus repente abruptus ſatis indicant, multa hic a Luciano adverſus Chriſtum ſcripta fuiſſe; quæ a majoribus noſtris, hominibus nimium piis, ſublata fuere. Hinc itaque eſt quod dixerat *Suidas*, Lucianum καθάπτεσθαι τοῦ χριστιανισμοῦ, καὶ αὐτὸν βλασφημεῖν τὸν Χριστὸν ἐν τῷ τοῦ Περεγρίνου βίῳ, (melius dixiſſet ἐν τῇ τοῦ Περεγρίνου τελευτῇ) hinc factum, ut in pleriſque Mſſ. Codd. non amplius extet Peregrinus. Bene tamen, quod hic non itidem fecere, ut apud Joſephum, quem (quod mirere) Origenes duobus tribuſve locis aſſerit contra Chriſtum ſcripſiſſe, & tamen hodie laudat. Quî factum? Nil enim facilius. In locum κατηγορίας ſuffecere ἐγκώμιον. O timidam pietatem! *T. F.*

Τὸν μέγαν γοῦν] Lege γάρ. *F G.*

Τὸν μέγαν γοῦν] De hujus loci integritate dubitat vir inter Criticos nobilis, cujus notam praemiſimus, eo praecipue inductus quod vocula γοῦν, nexum orationis indicare ſolita, nihil quo referatur habere ei viſa eſt. Non ego is ſum qui de rebus leviuſculis ullo

γοῦν ἐκεῖνον ἔτι σέβουσιν ἄνθρωπον, τὸν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἀνασκολοπισθέντα, ὅτι καινὴν ταύτην τελετὴν εἰσήγαγεν ἐς τὸν βίον.

Τότε δὴ καὶ συλληφθεὶς ἐπὶ τούτῳ ὁ Πρωτεὺς, ἐνέπεσεν εἰς τὸ δεσμωτήριον. ὅπερ καὶ αὐτὸ οὐ μικρὸν αὐτῷ ἀξίωμα περιεποίησε πρὸς τὸν ἑξῆς βίον, καὶ τὴν τερατείαν, καὶ δοξοκοπίαν, ὧν ἐρῶν ἐτύγχανεν. ἐπεὶ δ᾽ οὖν ἐδέδετο, οἱ Χριστιανοὶ συμφορὰν ποιούμενοι τὸ πρᾶγμα, πάντα ἐκίνουν, ἐξαρπάσαι πειρώμενοι αὐτόν. εἶτ᾽ ἐπεὶ τοῦτο ἦν ἀδύνα-

huc venerantur hominem, illum cruci in Palaeſtina, ob introducta in vitam haec myſteria, affixum.

12. *Tum quidem deprehenſus eo in crimine Proteus in vincula conjectus eſt: quae ipſa res non parvam illi futurae vitae dignitatem conciliavit, & praeſtigiarum gloriaeque ſtudium, quae jam ante amabat. Cum igitur in vinculis eſſet, communem eam calamitatem rati Chriſtiani, nihil intentatum relinquunt, ut illum eripiant. Deinde ubi hoc fieri non poterat, mi-*

40. Σέβουσι τὸν ἄνθρωπον] Τὸν ἀληθῆ θεὸν, καὶ τέλειον ἄνθρωπον, τὸν τοῦ παντὸς, ὦ λῆρε, ποιητήν. *V.*

controverſiam movere amem: ſed in re praeſenti, ne cui fraudi ſit Viri Docti auctoritas, in ſententiamque non veram de hocce Luciani loco abripiantur, cavere hiſce viſum eſt. Duo ferme praeſtat, pro loco, vocula γοῦν. Aut enim dictum novo exemplo argumentove confirmat; aut artificioſe rem quaſi in medio relinquens, partem aliquam cauſae ſuo ſibi jure vendicat. Utrumlibet delige; quadrabit hic. Nam ſive argumentum inde peti velis; quia Chriſtum colunt Chriſtiani, vero ſimile fiet cultum etiam ab eisdem Peregrinum: quamvis enim diſpar ſit, longe diſpar! cauſa, neſcivere id Ethnici, ſimilemque ab omni parte putarunt. Sive rem quaſi in medio relinquens, id ſaltem de Chriſtianis aſſerere, in alio factitatum, voluerit; & ſic etiam optime ſibi conſtat oratio. Duplicem autem hunc vocis γοῦν uſum, apud noſtrum, ne longius abeam, facile in iis locis deprehendes quae numeri ſequentes indicabunt (θυσ. c. 1. ἀλ. c. 14. & Κρον. c. 4. & alibi paſſim.) Nihil ergo a nexu cum praecedentibus laborat hic locus. An & ſequentia apte cohaereant, reſtat ut expendamus. Negotium autem faceſſere videtur, quod mox ab exemplo Chriſti a ſuis culti ad hiſtoriam Peregrini rediens ſic infit; τότε δὴ καὶ συλληφθεὶς ἐπὶ τούτῳ &c. Quae verba qui feſtinantius legunt, mox aliquid deſiderant, ad quod illud ἐπὶ τούτῳ referatur; quaſi de Peregrino facinus aliquod inſigne narraſſet, quod ſimul cum aliis nonnullis (de Chriſto, ut ille ſuſpicatur) e medio ſit a ſuperſtitioſe piis hominibus ſublatum. Verum ut non abnuo, in aliis ſcriptoribus talia ab iis, quos dixi, male feriatis hominibus deſignata, quorum opera prorſus e medio ſuſtulerunt, aut manca, imo & quaedam dolo malo ſubfarcinata, reliquerunt; ita hic ſane nihil tale patratum pertendo. Nam quod illud ἐπὶ τούτῳ, ad ſcelus aliquod Peregrini, quod nunc exciderit, referri volunt, mox diluemus. Quaeſtionibus de Chriſtianis habendis uno opus erat hoc crimine, ſi *Chriſtiani* deferentur; ſeu quod adeo invaluiſſent calumniae, quibus nefanda vulgo perhibebantur inter ſe ſcelera patrare; ſeu quod religionum ubique receptarum ſubverſio, & adeo atheiſmus falſo iis affictus, omnia exſuperans ſcelera, nefas habebatur. Conſule, ſi lubet, de calumnia quam dixi, *Min. Felicem.* De quaeſtionibus vero, Plinii *epiſtolas.* Ἐπὶ τούτῳ, ergo & hic id ſolum deſignat quod ſupra dixit, nempe quod Chriſtianus & Chriſtianorum doctor maximi nominis; quod per ſe jam liquidum, ex abundanti tamen lubet confirmare ex ſequentibus; dimiſſus enim a Syriae Praefecto Peregrinus dicitur, quippe cui nihil aliud, quam quod Chriſtianus eſſet, crimini tunc datum eſt. *M. du S.*

Τὸν μέγαν γοῦν] Non apparet mihi hic lacunae indicium. Particula γοῦν commode lectorem revocat a Peregrino ad ea, quae de Chriſtianis dicere Lucianus voluit. Et quid poterant eradere homines magis contumelioſum his, quae adhuc legimus? Caeterum viderint, qui poſſunt, an non μέγαν hic dederit Lucianus, ſed μάγον, pervulgatum crimen, a Judaeis ortum, ut alia. *J. M. G.*

48. Οἱ Χριστιανοὶ συμφορὰν ποι. τὸ πρ.] Quam obſervantes fuerint praecepti, quod Apoſtol. I. ad *Hebr.* XIII. 3. verbis, μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι, dedit, luculentiſſimo hic Lucianum declarare teſtimonio, monet Rev. *J. Elſn.* in Obſ. Philol. ad h. l. N. T. Conf. & c. 16. hujus Narrationis. *J. F. R.*

49. Πάντα ἐκίνουν] Subaudi λίθον. *F. G.* Nam πάντα λίθον & πέτρον κίνει eſſe Proverb. a Graecis ortum, vid. in *Eraſmi* Chiliad. p. 120. Sed & κινεῖν pro moliri, tentare, in aliis locutionibus uſitatum, ut κινεῖν τέχνην, *artem adhibere*, *Aphthon.* Fab. 4. pro *admonere* Noſter *Aſin.* c. 48. Κινεῖν παιδευτὴν. *Magiſtrum urguere*, *Liban.* Ep. 18. *J. F. R.*

54. Γραΐδια, χήρας τινὰς] Duplex hic, & utrumque ſane inſigne, Chriſtianae tum fortitudinis tum charitatis, documentum ex ipſo inimicorum ore audiri. Haud exiguum enim erat periculum, cui ſe ſic offerebant Chriſtiani, cum Chriſtianum eſſe vulgo capitale eſſet. Immemores tamen periculi accedebant, pars audituri docentem, alii conſolaturi, aut neceſſaria praebituri. Ut niſi ſuperſtitio mentes excaecaſſet, laudaturi fuiſſent vel ipſi Ethnici Religionem Chriſtianam, quae quod ipſi in perquam paucis, iisque eximiis

miniſterium omne reliquum non obiter, ſed ſummo ſtudio peragebatur. Et mane quidem ſtatim videres praeſto eſſe ad carcerem vetulas, viduas quasdam & orphanos. Qui vero honoratiores illorum, ii etiam corruptis carceris cuſtodibus intra apud iſtum pernoctabant. Deinde coenae inferebantur collaticiae, & ſacri illorum libri recitabantur, & praeclarus ille Peregrinus (hoc enim adhuc tum nomine cenſebatur) novus ab illis dicebatur Socrates.

τον, ἥγε ἄλλη θεραπεία πᾶσα οὐ παρέργως ἀλλὰ ξὺν σπουδῇ ἐγίγνετο· καὶ ἕωθεν μὲν εὐθὺς ἦν ὁρᾶν παρὰ τῷ δεσμωτηρίῳ περιμένοντα γραΐδια, χήρας τινὰς, καὶ παιδία ὀρφανά· οἱ δὲ ἐν τέλει αὐτῶν καὶ συνεκάθευδον ἔνδον μετ᾽ αὐτοῦ, διαφθείροντες τοὺς δεσμοφύλακας· εἶτα δεῖπνα ποικίλα εἰσεκομίζετο, καὶ λόγοι ἱεροὶ αὐτῶν ἐλέγοντο, καὶ ὁ βέλτιστος Περεγρῖνος (ἔτι γὰρ τοῦτο ἐκαλεῖτο) καινὸς Σωκράτης ὑπ᾽ αὐτῶν ὠνομάζετο.

Καὶ

miis amicis," mirati ſunt, viliſſimorum in ſpeciem hominum mentibus Fortitudinem tantam, tantamque amicitiam ingeneraverit. Vide quantis ipſe Lucianus officia ejusmodi amicis praeſtita in ſuo *Toxari* laudibus extulerit! Qui fit, ut quae in aliis admirantur, in aliis rurſus rideant & exſibilent? Summique heroes videantur qui amico in carcere adſint malorum participes, Chriſtiani, eadem aut majora praeſtantes, dementes habeantur? His autem lectis, quis vecordiam nuperorum quorundam hominum ſatis mirari poſſit, qui inter alias multas ejusdem farinae Calumnias, hanc Operi ſuo inſeruerunt, *Quod Chriſtiana Relligio nullibi ad Amicitiam hortetur?* Vetulae autem, quas memorat, *Diaconiſſae* videntur fuiſſe, de quibus conſule *G. Cavum* in libro quem *de primis Chriſtianis* ſcripſit, quique omnium manibus merito teritur p. 246. Adde *Orig.* c. Celſ. II. p. 141. & 144. *M. du S.*

57. Δεῖπνα ποικίλα] Quas cœnas vocat varias? an dapſiles, opiparas, & quas Terentianus paraſitus, &, poſt illum, *Horatius*, dubias appellat? Nil tale. δεῖπνα ποικίλα nil aliud ſunt, quam quod primi Chriſtiani ἀγάπας vocitabant; *cœnas ſacras* recte, opinor, dixeris. Cur autem ſit ita intelligendus hic locus, perquam facile poteſt demonſtrari vel hoc uno argumento, quod mox ſubjungit, καὶ ἱεροὶ λόγοι αὐτῶν ἐλέγοντο, *Sacras ibi conciones habitas fuiſſe.* Notandus hic locus ab iis fuerat, qui de naſcentis Eccleſiæ temporibus ſcripſere. Ridicule vero *Baronius*, qui, dum de Peregrino ageret, vertit, *omnis generis cœnas dubias.* *T. F.*

Δεῖπνα ποικίλα] De Chriſtianorum Agapis haec vulgo intelliguntur: merito; ſi ſimul obſervetur, oratorem illum Lucianeum ſeu Lucianum ipſum ſub larva illa, in malam id trahere partem, quippe cui non ſatis perſpecta Chriſtianorum inſtituta eſſent. Arrepta ergo *epularum* occaſione, in *comeſſationes* mox, qui carpendi erat animus, verterit; & nimis laute habitum ab iis Peregrinum palam narrat. Quod a *Baronio* rite obſervatum qui carpunt, nae illi in clara luce caecutire cenſendi ſunt. Frugi, omnino, ſobrii, minimeque luxui dediti primaevi illi Chriſtiani fuere; quis dubitet? At hic, quisquis eſt, nimis lautos fuiſſe etſi falſo aſſerat, ut non aſſeruerit, nemo efficiet. Non ſecus ac ſi caſtam aliquis, homo nequam, ſtupri inſimulaverit; probam, pudicamque eſſe evincas, mendacii arguas hominem: non ideo efficies, ut ille pudicam caſtamque dixerit. *Tertullianus* (ad Martyr. c. 1.) alimenta memorat a fidelibus ad eos miſſa. Quin *Julianus* ipſe Apoſtata (apud *Sozom.* V. 16.) Epiſtola ad Arſacium Sacerdotem Galatiae αἰσχρὸν γὰρ, εἰ τῶν μὲν Ἰουδαίων οὐδεὶς μεταιτεῖ, τρέφουσι δὲ οἱ δυσσεβεῖς Γαλιλαῖοι πρὸς τοῖς ἑαυτῶν καὶ τοὺς ἡμετέρους. (Cit. *Vinding.* p. 12.) *M. du S.*

Δεῖπνα ποικίλα] Agapas', adferente unoquoque aliquid, quod una conſumerent: hinc ποικίλα, non a luxu. *J. M. G.*

58. Λόγοι ἱεροὶ αὐτῶν] Latius haec verba patent; nec ſermonem tantum aut inter familiares ſolitas confabulationes notant, ſed cultum religioſum Luciano alibi etiam deſignant. (V. *de Dea Syr.* c. 11. ubi *myſterioſum.*) De Chriſtianis itaque hoc loco dicta, ſermones primo connotent neceſſe eſt, quibus ſpem vitae melioris alunt, patientiam, fortitudinemque iis dignam, quos Deus ſuos agnoſcat, ingenerent. Deinde preces, hymnos, verbi Divini meditationes, caeteraque quibus, orationis ope, cultus continetur divinus. His ſolabantur ſcilicet Chriſti cauſa vinctos; his taedium carceris fallebant. Quo quid praeſtantius aut laudabilius excogitari potuit? Quid inſignius Socratis habuit carcer, Paganiſmi totius admiratio? Quod ergo huic unico Philoſopho eximium fuit, id a Chriſtianis vulgo factitatum videmus; tantoque praeſtantius, quanto quae hi de immortalitate animae, beatitudineque futura afferebant, certiora iis & majora, quae ille in hanc rem diſſerebat, fuerunt. At eodem loco habet ridetque Epicureus & Socratem & Chriſtianos. Adde quod Peregrinus iſte impoſtor erat inſignis. Sed cur hoc Chriſtianis crimini detur, nulla ratio eſt. Quaſi vero nunquam alias bonis verba dederint callidi & ſceleſti homines? Nec diu tamen eos, ut ex ſequentibus patebit, fefellit. *M. du S.*

59. Ἔτι γὰρ τοῦτο ἐκαλεῖτο] Poſtea enim Proteus pro Peregrino dici cœptus, & adoptivo cognomine venerabilior factus, & quodammodo θειότερος. *T. F.*

60. Καὶ ὁ Σωκράτης] Vix quisquam factum credet, qui Chriſtianos illius aetatis norit, qui ſuos martyres confeſſoresve longe Philoſophis praeſtantiores ducebant.

Καὶ μὴν καὶ τῶν ἐν Ἀσίᾳ πόλεων ἔστιν, ὧν ἧκόν τινες τῶν Χριστιανῶν στελλόντων ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, βοηθήσοντες, καὶ ξυναγορεύσοντες, καὶ παραμυθησόμενοι τὸν ἄνδρα. ἀμήχανον δέ τι τὸ τάχος ἐπιδείκνυνται, ἐπειδάν τι τοιοῦτον γένηται, δημόσιον. ἐν βραχεῖ γὰρ, ἀφειδοῦσι πάντων. καὶ δὴ καὶ τῷ Περεγρίνῳ πολλὰ τότε ἧκε χρήματα παρ' αὐτῶν ἐπὶ προφάσει τῶν δεσμῶν, καὶ πρόσοδον οὐ μικρὰν ταύτην [a] ἐποιήσατο. πεπείκασι γὰρ αὐτοὺς

13. *Quin etiam ex Aſiaticis quibuſdam urbibus, Chriſtianorum miſſu publico, venere quidam, adjuturi virum, & advocati ejus futuri, conſolaturique. Incredibilem enim alacritatem oſtendunt, ſi quid tale fiat publice. Ut enim breviter dicam, nulli rei parcunt. Itaque etiam Peregrino tum multae ab illis venere vinculorum cauſſa pecuniae, eumque reditum habuit ſibi non mediocrem. Perſuaſe-*

a Ἐποιήσατο] Ἐποιήσαντο Edd. male.

bant. Sed viro alioquin erudito & eloquenti in mentem non potuit hic non venire Socrates; cujus comparatione apud Ethnicos homines haud magno conatu riſum erat in Peregrinum conflaturus. *M. du S.*

62. Τῶν ἐν Ἀσίᾳ πόλεων] In Syria erat Peregrinus in vincula conjectus, ut liquido patet ex c. 4. & 11. & mox a Syriae Praefecto emiſſum audies: quod ideo obſervo, ne quem itineris ab eis ea cauſa ſuſcepti fugiat magnitudo, utque, quae deinde de Chriſtianorum celeritate & in univerſum cura adduntur, melius intelligantur. *M. du S.*

63. Ἀπὸ τοῦ κοινοῦ βοηθ.] Nihil ſane magnificentius de Chriſtianorum charitate praedicari potuit, cujus cura ac ſolicitudo non corpori tantum, etſi corporeis etiam neceſſitatibus ſubvenit, ſed animo potiſſimum conſulit; quem ratione & conſolationibus adverſus mala inſtruit & armat. Quin, quod majus eſt, ex ore hoc audis hominis id ipſum agentis, ut cum Peregrino Chriſtianos ludum jocumque habeat. Pauſanias in *vita Ariſtomenis* eadem ferme verba uſurpat p. 236. Ed. Ox. *Corn. Nep.* cui ea vita ſubjuncta eſt. ἄνδρας δὲ τῶν ἐν τέλει πέμπουσι παραμυθεῖσθαι Μεσσηνίους. &c. *Praemiſſis civitatum Principibus, qui ſocios conſolarentur.* *M. du S.*

65. Ἀμήχανον] Hoc propter ſuſceptum ab iis iter tam longum nunc addit; ut facilitatem Chriſtianorum, ad ſuam hiſtoriam magnopere facientem, oſtendat. Qua in re, dum prae ſtudio detrectandi, ut fit, res in medio poſitas male interpretando corrumpere enixiſſime conatur, eximium imprudens Chriſtianorum decus praedicat; & *ut ſapere videatur, coelum ipſum*, ut ait ille, *vituperat.* *M. du S.*

67. Γένηται, δημόσιον] Commate haec diſtinxit *Solan.* quod aberat ab Edd. *J. F. R.*

Ibid. Ἐν βραχεῖ γὰρ ἀφειδοῦσι πάντων] *Illico enim nulli rei parcunt.* Interp. Male. Vertendum enim fuerat: *Nam, ut paucis abſolvam, nulli rei parcunt.* Id παιδαρίων ἕνεκα monemus, niſi tamen ipſi per ſe viderent. *T. F.* Ego commate poſt γὰρ addito ſenſui conſului. *J. F. R.*

70. Πρόσοδον οὐ μικρὰν ταύτην ἐποιήσαντο] Corruptus locus, ſed qui facile poteſt emendari. Legi quippe debet, ἐποιήσατο, referrique ad Peregrinum, qui ex Chriſtianorum caritate *lucrum uberrimum fecit*; cujus cauſam mox affert, πεπείκασι γάρ, &c. Cum hæc ſcripſiſſem, animadverti, non aliter fuiſſe in codice veteris interpretis: vertit enim, *nec vulgarem rerum proventum lucrifaciebat.* Viden' tu interpolatio quid faciat? *T. F.*

71. Ἐποιήσαντο] Corrige ἐποιήσατο. *F. G.*

Ἐποιήσατο] Emendationem *T. Fabri* ut neceſſariam in textum admiſimus. Quid enim eſt, quod omnes Libri noſtri praeferunt ἐποιήσαντο? *M. du S.*

Ibid. Πεπείκασι γὰρ &c.] Chriſtianorum dogma. *F. G.*

Πεπείκασι] Chriſtianos hucusque levi quaſi armatura adortus, totis jam viribus cominus aggreditur; quippe quos primo dementes ac furioſos; mox callido & nequiſſimo cuique ad fraudem patentes facit. Incipit jam hinc totius Antiquitatis Ethnicae graviſſima in ſpeciem Chriſtianorum inſectatio, re ipſa praeſtantiſſimum teſtimonium. Quae enim duo ut dementiae ſtultitiaeque ſumma proponit argumenta, ea ipſa, rem recte putantibus, ſumma laus & eximia videbuntur merito ſapientia. Prius enim illud de Fide Chriſtianorum quantum ſit vide; quos ait *mortem ideo contempſiſſe* Non id agam ſane nunc, ut Fidei noſtrae ſanctiſſimae certiſſimaeque fundamenta, quam ſolide jacta ſint, oſtendam: majoris id quam harumce notarum eſt molis, neque hujus inſtituti; id modo mecum obſerves velim, nihil a noſtris magnificentius de Fide, Patientia, ac Fortitudine ſuorum unquam dici aut praedicari potuiſſe, quam ea ſunt quae huic veritatis extorſit vis, cum dicit *adeo mente captos, ut mortem immortalitatis ſpe contemnerent, eique ultro fere ſeſe offerrent.* (Hujus Conſtantiae meminit & *Plinius* ad Trajanum X. & Antoninus etiam Imp. apud *Euſeb.* IV. 13. Noſtros enim hic non allegabimus.) *Vinding.* p. 13. *M. du S.*

74. Ἑκόντες ἑαυτοὺς ἐπιδιδόασιν] Martyres noſtros deſignat, quos Epictetus vel Arrianus ajebat id facere ὑπὸ μανίας ἢ ὑπὸ ἔθους; quos enim ibi Galilæos vocat, nullus dubito quin ſint Chriſtiani, lib. IV. c. VII. *T. F.*

Ἑκόντες] Non itaque verbis tantum, ut vani Sophiſtae, & ipſi graviores Philoſophi, contemptum mortis prae ſe ferebant; quorum pauci cum in rem praeſentem ventum eſt, erectum illum atque imper-

tor-

ſerunt enim ſibi miſeri in univerſum quidem ſe futuros eſſe immortales, & perpetuo tempore victuros: unde etiam contemnunt mortem vulgo, ſuaque ſe ſponte occidendos praebent. Deinde vero primus illis legiſlator perſuaſit, omnes eſſe invicem fratres, poſtquam ſemel transgreſſi, Graecos Deos abnegaverint, adoraverint autem affixum illum cruci ſuum Sophiſtam, atque ex ipſius legibus vivant.

οἱ κακοδαίμονες, τὸ μὲν ὅλον ἀθάνατοι ἔσεσθαι, καὶ βιώσεσθαι τὸν ἀεὶ χρόνον. παρ' ὃ καὶ καταφρονοῦσι τοῦ θανάτου, καὶ ἑκόντες [b] αὐτοὺς ἐπιδιδόασιν οἱ πολλοί. ἔπειτα δὲ ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος ἔπεισεν αὐτοὺς, ὡς ἀδελφοὶ πάντες εἶεν ἀλλήλων· ἐπειδὰν ἅπαξ παραβάντες, θεοὺς μὲν τοὺς Ἑλληνικοὺς ἀπαρνήσωνται, τὸν δὲ ἀνεσκολοπισμένον ἐκεῖνον σοφιστὴν αὐτὸν προσκυνῶσι, καὶ κατὰ τοὺς ἐκεί-

b Αὐτοὺς] Ἑαυτοὺς *Fab.* Αὐτοὺς Edd.

78. Τοὺς Ἑλληνικοὺς ἀπαρνήσωνται] *Μιαρὰ κεφαλὴ, οὓς πρὸ βραχέος αἴτους καὶ ταύρους * καὶ χρυσοῦς θυσιῶν καὶ ὅρμων ἀξίους, ναὶ μὲν καὶ τὸν ἄλλον ὃν κατέχεας λῆρον περὶ τῶν † Ἑλληνικῶν θεῶν, νῦν τοὺς τοιούτους οὐκ ἀξίους φῂς παραβάσεως. V.*

79. Τὸν δὲ ἀνεσκολοπισμένον] *Οἷα ληρεῖς, ὦ κατάρατε, κατὰ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ; ὅς ‡ σε καὶ τούτου ἕνεκεν, § ἀθανάτῳ παραδώσει κολάσει, ὡς ¶ παραβάτην, καὶ τὰ ἡμέτερα διασύροντα. ὦ τῆς ἀπεράντου συγχύσεως καὶ βδελυρίας πάσης γεμούσης εὐτραπελίας, μιαρὲ, καὶ ἀκάθαρτε, ἀλλότριε τῆς ζωῆς, καὶ μέτοχε τῆς αἰωνίου κολάσεως. V.*

* Καὶ χρυσοῦς θυσ.] Haec corrupta cenſeo. Reſpicit autem inprimis c. 5. θυσ. *M. du S.*

† Ἑλληνικῶν] Ἑλληνίων. V.

‡ Ὅς σε] Σε huc inſeruit *Solan.* cum id ante editum legeretur poſt ἀθανάτῳ.

§ Ἀθανάτῳ — κολάσει] Ἀθανάτου - κολάσεως. V.

¶ Παραβάτην &c.] Παραβάτη - διασύροντι V. Sed emendationem primi Editoris ſecutus ſum. *M. du S.*

territum obtinuerunt animum. Non ita, inquam, Chriſtiani; apud quos mortis contemptus ex ipſa morte conſpiciebatur, non ex ſermonibus orationibusve ad pompam fere & a periculo procul habitis: quibus ſcilicet inimicorum inſana & impotenti prorſus rabie, ſupplicia omniſque generis tormenta imminebant. His non delati ſolum ac deprehenſi cervices alacriter ſubdebant; facile, ſi libuiſſet, abnegando Chriſtum ſubtracturi; verum reperti etiam qui ſeſe morti ultro, ut hic vere ait, offerrent. Cujus rei exempla apud Chriſtianos qui illius aetatis hiſtoriam proximi ipſi ſcripſere, invenias non pauca; unum tamen in his eximium, ad quod reſpexiſſe hunc noſtrum putem, narrat in *Apologia priore*, (anno uno aut altero ante hoc opus edita) *Juſtinus Martyr*, quem vide. De eodem argumento conſule etiam *M. Aurelium Anton.* XI. 3. & in eum locum *Gatakeri* notas, qui ex *Clemente Alex.* allato loco probare nititur, hoc ab iis factitatum quos Eccleſia ut temerarios reſpuebat. Sed caute hic, ſi usquam alibi, judicandum cenſeo: ut enim temeritatis culpa abſolvi non poſſe arbitror, qui ſe ultro, nulla cogente neceſſitate, morti offerant: ita, ut heroicam quorumdam non poſſum quin ſuſpiciam fidem, qui ſe palam Chriſtianos, nullo cogente, profeſſi ad ſupplicia mox rapti ſunt. *M. du S.*

75. Ἔπειτα] Quemnam voluerit *primum Chriſtianorum Legiſlatorem* eſſe, qui verba hic facit, aut ſub ejus perſona Lucianus, haud multum ſane noſtra intereſt; cum utrique parum nota fuerit Chriſtianorum diſciplina. Sive enim *Moſem* ſive *Chriſtum* innuere voluerit, quos ſolos Legiſlatores agnovere unquam Chriſtiani, aut imperitum ſe prodiderit, aut ſibi non ſatis conſtabit. Moſes enim *pro fratribus habendos* eos ſolos ſancivit, qui ex eodem genere oriundi, aut, per circumciſionem alioſque Chriſtianis jam abrogatos ritus, inſititii eſſent: Chriſtus autem hujus dogmatis *verus Auctor*, idem ille eſt qui adorandus Chriſtianis proponitur; cum ille diverſos faciat. Unde & nonnullis Paulum deſignare viſus eſt. Sed fruſtra laborant qui quod neſcivit qui dicebat, facere volunt ut ſciverit. Sed pergamus. Chriſtianorum eam fuiſſe dicit diſciplinam, ut ſe pro fratribus mutuo haberent, idque legiſlatoris ſui, quisquis demum ille fuerit, charitatis mutuae jactum fundamentum. Hoc qui ait fando inaudierat; ut fors tulit, veriſſime. Quid dixerit vides: quid veri ſubſit minime monendus, quisquis Chriſtianus haec legis. *M. du S.*

Ibid. Ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος] Quis hic primus legiſlator Chriſtianorum? ipſemet Chriſtus, inquies. At non ita ſentit Lucianus. Quippe legiſlatorem hunc alium eſſe vult ab ἀνεσκολοπισμένου ἀνδρὸς, quod ſane in primis conſiderandum videtur. Paulum Apoſtolum deſignari exiſtimo, rationibus iis adductus, quae neminem latent, hac etiam non leviter commotus, quod toties apud Paulum fratrum appellatio, qua de hic agitur, occurrit. Aliud ſi intelligat Lucianus, fortaſſe alluſerit ad aliquod Pſeudo-Euangelium, ex eorum numero, quorum nomina, & aliquando teſtimonia, memini me apud Epiphanium legere. *T. F.*

78. Παραβάντες] Quid facias homini ſibi tam turpiter obloquenti? En tibi Lucianum illum, tam acrem Deorum ſuorum in omnibus opuſculis inſectatorem, nunc ſub neſcio cujus perſona Chriſtianos in invidiam ſummam idem ob factum adducentem? *M. du S.*

79. Ἀνεσκολοπ. — σοφιστὴν] Duplex his verbis crimen continetur; quod *Sophiſta*, quod *ut maleficus crucifixus*. Ad prius quod attinet; toto coelo, quod ajunt,

ἐκείνου νόμους βιῶσι. καταφρονοῦσιν οὖν ἁπάντων ἐξίσης, καὶ [a] κοινὰ ἡγοῦνται, ἄνευ τινὸς ἀκριβοῦς πίστεως τὰ τοιαῦτα παραδεξάμενοι. ἢν τοίνυν παρέλθῃ τις εἰς αὐτοὺς γόης, καὶ τεχνίτης ἄνθρωπος, καὶ πράγμασι χρῆσθαι δυνάμενος, αὐτίκα μάλα πλούσιος ἐν βραχεῖ ἐγένετο, ἰδιώταις ἀνθρώποις ἐγχανών.

Quare omnia reliqua aeque contemnunt, & arbitrantur communia, quae quidem nullo idoneo argumento receperunt. Si quis ergo ad illos veniat impoſtor, & callidus homo, & uti rebus qui ſciat, ilicet brevi ſtatim tempore dives factus homines imperitos albis dentibus deridet.

Πλὴν ἀλλ' ὁ Περεγρῖνος ἀφείθη ὑπὸ τοῦ τότε τῆς Συρίας ἄρχοντος, ἀνδρὸς φιλοσοφίᾳ χαίροντος, ὃς συνεὶς τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ, καὶ ὅτι δέξαιτ' ἂν ἀποθανεῖν, ὡς δόξαν ἐπὶ τούτῳ ἀπολίποι, ἀφῆκεν αὐτὸν,

14. *Verum Peregrinus ab eo, qui tum praeſidebat Syriae, dimiſſus eſt, viro, qui Philoſophiam amaret, quique intellecta iſtius amentia, eumque mortem optaturum, uti famam eo nomine relinqueret, hominem, ne di-*

[a] Κοινὰ] Sic & *Fl.* cum cett. Κενὰ *T. Fab.* male.

Οὐκ ἀπ' ἐλπίδος μὴ ἀναπηδήσεσθαι αὐτὸν] Certe *Benedictus*, etſi in priorum ſententia aberrarit, in poſterioribus voces, prout ſunt, expreſſit, quod *Tan. Faber* prorſus non facit, cujus verſio plane par foret Græcis ita conceptis οὐκ ἀπ' ἐλπίδος ἀναπηδήσεσθαι αὐτὸν, cum extra ſpem non ſit, quin ex igne ſit reſiliturus. Nedum ut admitti poſſit, quod tentat, gemina negatio ante verbum ἀναπηδήσασθαι. Sed ut habeas expedita omnia, apparet errorem ſcripturæ corrigendum eſſe, & pro μὴ ἀναπηδήσεσθαι, reponendum μεταναπηδήσεσθαι. Nam in ſententia verbi μεταβάλλεσθαι idem *Faber* toto cælo errat, quum rectiſſime *Benedictus* reddiderit. *J. G.*

1. Μὴ ἀναπηδήσασθαι] Δὴ ἀναπηδήσασθαι. *F.G.*

Μὴ ἀναπηδήσεσθαι] Phraſin apud Noſtrum huic ſimilem fruſtra quaeſivi. Vid. Μισθ. c. 33. οὐκ ἀνέλπιστον ὡς ἂν καὶ ἄλλῳ ταυτὸν συμβαίη. *M. du S.*

4. Μεταβάλλεσθαι] *Mutatum iri.* Interpolat. male. Vertendum fuit, *Mutare ſententiam.* De re præſenti loquitur: jam enim tergiverſabatur Peregrinus. *T.F.*

5. Διηγεῖσθαι] An ſcribendum διηγοῦνται; *F.G.* Placet conjectura. *J. F. R.*

8. Ἦ μὴν] Lege ἠμὴν. *F.G.* Nihil muto: nam disjunctim apud Noſtrum aliosque ſcribi amat, licet parum intereſſe putem, utro more ſcribas (Vid. ſupra T. 2. *Toxar.* c. 50. No. 14.) Et pro lubitu ſcribas modo ἦ μὴν, modo junctim ἤμην dediſſe; quare vulgatum ſervandum; ſed ne ὀξυτόνως quidem, ut *Gujetus* voluit, apud Noſtrum alibi reperio. Cl. *Periz.* ad *Ælian.* 2. 7. ridet eos qui jungunt & ab Hebraeo ἀμὴν derivant, exemplaque τοῦ ἦ μὴν in jurandi formulis uſitati, quaedam adfert. Apud *Hom.* Il. I. 57. Ἦ μὴν καὶ νέος ἐστὶ, recte Edd. licet *Seber.* ἠμὴν indicet. *J. F. R.*

9. Ἀπο-

ρεγρῖνος κακῶς [a] ἀποθάνοι. οὐ μὴν οὐδὲ ῥᾴδιον αὐτῷ ἔτ' ἀναδῦναι. οἱ γὰρ συνόντες κύνες παρορμῶσι, καὶ συνωθοῦσιν ἐς τὸ πῦρ, καὶ ὑπεκκαίουσι τὴν γνώμην, οὐκ ἐῶντες ἀποδειλιᾶν· ὧν εἰ δύο συγκατασπάσας ἐμπέσοι εἰς τὴν πυρὰν, τοῦτο μόνον χάριεν ἐργάσαιτο.

Ἤκουον δὲ ὡς οὐδὲ Πρωτεὺς ἔτι καλεῖσθαι ἀξιοῖ, ἀλλὰ Φοίνικα μετωνόμασεν ἑαυτὸν, ὅτι καὶ Φοῖνιξ τὸ Ἰνδικὸν ὄρνεον ἐπιβαίνειν πυρᾶς λέγεται, πορρωτάτω γήρως προβεβηκώς. ἀλλὰ καὶ λογοποιεῖ, καὶ χρησμοὺς τινας διέξεισι παλαιοὺς δὴ, ὡς χρεὼν εἶναι δαίμονα νυκτοφύλακα γενέσθαι αὐτόν. καὶ δῆλός ἐστι βωμῶν ἤδη ἐπιθυμῶν, καὶ χρυσοῦς ἀναστήσεσθαι ἐλπίζων.

Καὶ, μὰ Δία, οὐδὲν ἀπεικὸς ἐν τοῖς πολλοῖς τοῖς ἀνοήτοις εὑρεθήσεσθαί τινας τοὺς καὶ τεταρταίων ἀπηλλάχθαι δι' αὐτοῦ φήσοντας, καὶ νύκτωρ ἐντετυχηκέναι τῷ δαίμονι τῷ νυκτοφύλακι· οἱ κατάρατοι δὲ οὗτοι μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ χρηστήριον, οἶμαι, καὶ ἄδυτον ἐπὶ τῇ πυρᾷ μηχανήσονται. διότι καὶ

neminem, ſi mala morte Peregrinus moriatur. Quin nec facile eſt illi retractare. Nam qui cum illo ſunt canes, incitant hominem, & una in ignem contrudunt, & animum illius ſubinde incendunt, nec metu reſilire illum patiuntur. Quorum ſi duobus ſecum detractis in ignem incidat, hoc ſolum lepidum opus fecerit.

27. *Audio vero illum nec Protea vocari velle amplius, ſed Phoenicis nomen pro ſuo ſibi adſciviſſe, quod etiam Phoenix, Indica avis, ingredi rogum dicitur, ubi ad extremam ſenectutem provecta eſt. Verum etiam rumores ſpargit, & oracula quaedam vetuſta refert, in fatis eſſe ut noctis cuſtos genius ipſe evadat: ac manifeſtum eſt, altaria illum concupiſcere, & futurum ſperare, uti ſtet aureus.*

28. *Neque vero, per Jovem, abhorret in magna dementium multitudine inventum iri, qui quartana ſe per ipſum liberatos dicant, & noctu ſibi occurriſſe noctis illum cuſtodem genium. Execrabiles autem iſti illius diſcipuli, etiam oraculum, puto, & adytum in rogo illius machinabuntur, propterea quod Pro-*

[a] Ἀποθάνοι] Sic *B1. J. P. S.* &c. Ἀποθάνει *H.* In qua nonnemo emendarat ἢν — ἀποθάνῃ, quod jam non opus.

9. Ἀποθάνοι], Sic plerique Impreſſi *H.* & *P.* ἀποθάνει prave. *M. du S.*

10. Ἀναδῦναι] *Emergere.* Interpol. non potuit pejus: hoc enim loco ἀναδῦναι eſt *ſubterfugere, tergiverſari*, ut ii faciunt, quos promiſſi pœnitet. Quod vel *Homerus* docuiſſe potuit Iliad. Η.

ἀλλ' οὔπως ἔτι εἶχεν ὑποτρέσαι, οὐδ' ἀναδῦναι
ἂψ λαῶν ἐς ὅμιλον —

Ita in Odyſſ. ἁπλῶς.

μή τις μοι ἀναδύῃ —

Itaque dixit *Euſtathius*, τὸ, ἀναδῦναι, ἐν ἴσῳ εἶναι τῷ, ἀναποδίσαι, εἴτουν, ὑποχωρῆσαι, *idem eſſe atque* ἀναποδίσαι *ſeu* ὑποχωρῆσαι. *Heſychius* autem vertit μεταβουλεύειν, *conſilium mutare.* Ceterum Interpolator corrupit interpretem, qui ſic verterat: *Neque promptum jam illi eſt à propoſito regredi.* Eat itaque corrector quo dignus eſt. *T.F.*

Ibid. Συνόντες κύνες] Cynici, quod ſupra dicebam. *T.F.*

21. Παλαιοὺς δὴ] Τὸ γέλοιον eſt in hac particula δὴ, innuit enim non eſſe antiqua illa oracula, ſed εἰρωνικῶς. *T.F.*

22. Δαίμονα νυκτοφύλακα] Haud dubie adverſus terrores nocturnos, lemures, larvas, ſpectra, &c. Eſt quidem apud *Plautum* Deus Nocturnus in Amphitruone, & paſſim apud veteres Nox Dea; ſed nil ad hanc rem. *T.F.*

23. Βωμῶν — χρυσοῦς] Ex Athenagora patet ſtatuas ei erectas; cujus locum infra adduximus ad c. 41. *M. du S.*

Ibid. Χρυσοῦς ἀναστήσεσθαι ἐλπίζων] *Et aureas ſibi erectum iri.* Interpolator. Ridicule. Exiſtimavit videlicet, χρυσοῦς eſſe caſus quarti, quod εὐθείας eſt. *Sperat Peregrinus fore ut aureus ſtet*, id eſt, ut aurea ſtatua ſibi ponatur. Quod ita tritum eſt, & tralatitium, ut pæne pudeat exempla proferre. Sed a Luciano ipſo non abibo. (in *Tim.* circa med.) δέδοκται τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χρυσοῦν ἀναστῆναι τὸν Τίμωνα, *Senatui populoque placuit aureum Timonem ſtatuere*, id eſt auream Timoni ſtatuam ponere. *Virgil.*

Nos

Proteus ille Jovis filius primus hujus nominis auctor vates fuit. Teſtor autem ſacerdotes etiam illius conſtitutum iri, flagrorum, aut uſtulationum, aut prodigioſarum id genus actionum: vel, per Jovem, myſteria quaedam inſtitutum iri nocturna, & facum geſtationem circa rogum.

29. *Theagenes autem nuper, ut renunciavit mihi aliquis ſodalium, etiam Sibyllam dixit de hiſce rebus aliquid praedixiſſe. Nempe verſus recitavit illos:*

Aſt ubi jam Proteus, Cynicorum maximus unus,
Ad Jovis altitoni ſuccenſis ignibus aedem
In flammam inſiliens, altum conſcendet Olympum;
Tunc una, quotquot veſcuntur munere terrae,
Noctivagum jubeo venerari Heroa, Potentem,
Herculeoque, tuoque throno, Vulcane, ſedentem.

30. *Haec a Sibylla ſe accepiſſe ait Theage-*

Πρωτεὺς ἐκεῖνος ὁ Διὸς, ὁ προπάτωρ τοῦ ὀνόματος, μαντικὸς ἦν. μαρτύρομαι δὲ, ἦ μὴν καὶ ἱερέας αὐτοῦ ἀποδειχθήσεσθαι, μαστίγων, ἢ καυτηρίων, ἤ τινος τοιαύτης τερατουργίας, ἢ καὶ, νὴ Δία, τελετήν τινα ἐπ' αὐτῷ στήσεσθαι νυκτέριον, καὶ δᾳδουχίαν ἐπὶ τῇ πυρᾷ.

Θεαγένης δὲ ἔναγχος, ὥς μοί τις τῶν ἑταίρων ἀπήγγειλε, καὶ [b] Σιβύλλαν ἔφη προειρηκέναι περὶ τούτων. καὶ τὰ ἔπη γε ἀπεμνημόνευεν·

Ἀλλ' ὁπόταν Πρωτεὺς Κυνικῶν ὄχ' ἄριστος ἁπάντων,
Ζηνὸς ἐριγδούπου τέμενος κατὰ πῦρ ἀνακαύσας,
Ἐς φλόγα πηδήσας, ἔλθῃ ἐς μακρὸν Ὄλυμπον,
Δὴ τότε πάντας ὁμῶς, οἳ ἀρούρης καρπὸν ἔδουσι,
Νυκτιπόλον τιμᾶν κέλομαι ἥρωα μέγιστον,
Σύνθρονον Ἡφαίστῳ καὶ Ἡρακλῆϊ ἄνακτι.

Ταῦτα μὲν Θεαγένης Σιβύλλης ἀκηκοέναι φη-

[b] Σιβύλλαν] Σιβύλλας *Coll.*

40. Καὶ Σιβύλλας] *G.*

Nos te marmoreum pro tempore fecimus.

Et *Horat.*

Albanos prope, te, lacus
Ponet marmoream.

qui autem χρυσοῦν legi debere dicat, næ is ſuam peritiam aperuerit. *T.F.*

32. Προπάτωρ τοῦ ὀνόματος] Scio quidem ὄνομα ſumi quandoque pro perſona; ſed nihil hic tale. Ingenioſa Luciani facetia eſt. Debuerat dicere, Proteus ille Deus προπάτωρ fuit noſtri Protei; ſed quia ille Sophiſtes κυρίως vocabatur Peregrinus, non Proteus, maluit dicere προπάτωρ τοῦ ὀνόματος, *nominis progenitor*, vel *nominis primus auctor*. Nam quid ſit *propater*, ignorare me fateor. *T.F.*

34. Μαστίγων] Ut Cybeles galli. καυτηρίων autem quod additur, videri poteſt favere ſententiae eorum, qui inuſtam haederae folii figuram ſtatuunt a Ptolemaeo Judaeis. Qua de re vide noſtram notulam ad viri Cl. *Humphredi Prideaux* Gallicam verſionem T. III. p. 178. & ſeq. meminerint qui hinc, ad confirmandam ſuam hac de re ſententiam, argumentum petere volent, Lucianum *aliquid novi cruciatusque talis herois ſacerdotibus dignos* comminiſci; & aliunde firmiora proferant, quibus vero ſaltem ſimilis fiat ea, quam tuentur opinio, a *Palmerio* ſi non everſa, certe concuſſa graviter & ruinam minata. *M. du S.*

37. Δᾳδουχίαν] Quae de futuro oraculo jam dicta ſunt, Alexandri Abonotichitae oraculum reſpicere mihi videbantur: nunc cum Δᾳδουχίαν etiam memoret, res certa eſt. Hincque liquido conficitur, ante annum Chr. CLXV. Inſtitutum hoc ſolenne. Vide Ἀλεξ. c. 38. *M. du S.*

40. Σιβύλλαν] Sibyllina oracula vides jam obtrudi coepta, quae pro re nata ex ſua jam obſcuritate a callidis hominibus eruebantur, aut potius fingebantur, quae quantum ipſis Chriſtianis fraudi fuerint, non noſtrum nunc eſt inquirere; & a Viris jam Doctiſſimis abunde praeſtitum eſt; quamvis non deſint inter Chriſtianos, qui eis aequam cum ſacris ipſis voluminibus fidem, incauti ſane & ſuperſtitioſi homines, adhibeant. Conſule Eruditiſſimi *H. Prideaux*, quae poſt haec ſcripta prodiit, *Hiſtoriam* toto jam Chriſtiano orbe notiſſimam. *M. du S.*

94. Βέβ

φησίν. ἐγὼ δὲ Βάκιδος αὐτῷ χρησμὸν ὑπὲρ τούτων ἐρῶ. Φησὶ δὲ ὁ Βάκις οὕτω σφόδρα εὖ ἐπειπών,

Ἀλλ' ὁπόταν Κυνικὸς πολυώνυμος ἐς φλόγα πολλὴν
Πηδήσῃ δόξης ὑπ' ἐριννύϊ θυμὸν ὀρινθεὶς,
Δὴ τότε τοὺς ἄλλους κυναλώπεκας, οἵ οἱ ἕπονται,
Μιμεῖσθαι χρὴ πότμον ἀποιχομένοιο λύκοιο.
Ὃς δέ κε δειλὸς ἐὼν, φεύγῃ μένος Ἡφαίστοιο,
Λάεσσι [a] βαλέειν τοῦτον τάχα πάντας Ἀχαιοὺς,
Ὡς μὴ ψυχρὸς ἐὼν, θερμηγορέειν ἐπιχειρῇ,
Χρυσῷ σαξάμενος πήρην, μάλα πολλὰ δανείζων,
Ἐν καλαῖς Πάτραισιν ἔχων τρὶς πέντε τάλαντα.

Τί ὑμῖν δοκεῖ ἄνδρες; ἆρα φαυλότερος χρησμολόγος ὁ Βάκις τῆς Σιβύλλης εἶναι; ὥστε ὥρα τοῖς θαυμαστοῖς τούτοις ὁμιληταῖς

nes. At ego Bacidis illi de hiſce rebus oraculum dicam. Ait autem Bacis ita praeclare adjiciens caeteris:

Aſt ubi jam vario Cynicus cum nomine flammam
Inſiliet, furiis agitatus pectore Famae:
Tunc tunc vulpicanes, turba hunc imitata magiſtrum,
Fata lupi, edico, jam diſcedentis obibunt.
Sed quicumque metu Vulcani fugerit aeſtus,
Jactis confeſtim hunc ſaxis petat omnis Achivus,
Dicere ne calidum conetur frigidus ipſe,
Diſtendens auro peram de foenore capto,
Patris condita habens pulchris ter quinque talenta.

Quid vobis videtur, auditores? Numquid deterior Sibylla vates eſſe Bacis? Itaque auctor ſim admirabilibus illis Protei ſodalibus, ut

a Βαλέειν] Bene *S. Amſt.* Βαλλέειν male cett.

54. Βάκιδος] Tres Bacides fuiſſe docet *Ælianus* V. H. XII. 35. Hinc autem colligere eſt, totam hanc Anonymi orationem, a Luciano aut prorſus fictam eſſe, aut, ſi quae fuit, recuſam; talia enim ex tempore fundi carmina veriſimile non eſt. Quamquam cum dies aliquot interceſſerint inter prolatum a Cynico Sibyllae Oraculum, & hanc orationem, potuit etiam hoc Bacidis oraculum interea factum jam tum expromi. *M. du S.*

55. Ὁ Βάκις] Hujus χρησμολόγου meminit aliquoties *Ariſtophanes*, ut ἐν ὄρνισιν & ἱππεῦσιν. Scholiaſtes tres ejus nominis commemorat, ut & *Suidas*, qui Scholiaſtæ locum in ſeſe tranſtulit. Ejuſmodi hominem ætas patrum noſtrorum vidit, Noſtradamum. Ceterum duas aut tres ex ejus prædictionibus apud *Herodotum* legas in VIII. Sed multo plures apud *Pauſaniam*. *T. F.*

60. Κυναλώπεκας] Convicium Ariſtophanicum. Intelligit Lucianus impoſtores. *T. F.*

70. Ἐν καλαῖς Πάτραισιν] Intelligit Theagenem Cynicum, quem infra (c. 36.) deſignat, ὁ γεννάδας, ὁ ἐκ Πατρῶν. inde enim domo erat. *T. F.*

77. Ταῦτ' εἰπόντος] Hucusque anonymi continuata oratio eſt. Cetera Lucianus veluti ex ſeſe. *T. F.*

79. Κατέβη] Ut ſupra de eodem concionem habituro dixerat ἀνέβη, c. 7. *M. du S.*

Ibid. Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ] Locus ex *Homero* ad Theagenem tranſlatus. Eſt autem primus verſus τῆς ξ' ῥαψῳδίας. Hujus loci venuſtas ei non apparet, qui verſum integrum non legit, propter ἀκροτελεύτιον, quod mirifice ad ridiculum facit. Sic autem ſe habet;

Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἔμπης,

id eſt, etiam ſi biberet Neſtor, eum tamen clamor non latuit. *T. F.*

Νέστορα] *Homer.* Il. Ξ. 1. *M du S.*

83. Οὐ γὰρ οἶδα] Miror ſane rem hujusmodi curioſitatem Luciani effugiſſe; quin potius ipſe Lucianus ſub ejus perſona latere voluiſſe cenſendus eſt. *M du S.*

86. Ἠλ. — Ὀλυμπ.] Conſulendus hic *Pauſanias* in Eliacis, ut Topographiam hujus Dramatis recte aſſequens. *M. du S.*

87. Πλεθρίῳ] *Circo.* Interp. retinendum fuit, *in Plethrio*; locus erat in Gymnaſio Eleorum. *Pauſanias.* (202. 6.) ἔστι δὲ ἐν γυμνασίῳ τὸ καλούμενον Πλέθριον. ἐν δ' αὐτῷ συμβάλλουσιν οἱ Ἑλλανοδίκαι τοὺς, &c. *T. F.*

Ibid. Ταῦτα μέν σοι] Leg. ταῦτα μέντοι. *T F.*

Ταῦτα μέν σοι] Vulgatam contra *Fabrum* multis exemplis, ubi σοι ſic abundat, defendit Cl. *Jenſ.* in Lectt. Lucian. p. 62. occaſione verborum in *Timone* T. I. c. 52. No. 53. Τοῦτί μὲν οὖν σοι. Ac vix mihi perſuadeo, vulgatiſſimum illum pleonaſmum latuiſſe *Fabrum*; ſed τοι hic elegantius ei viſum, ac melius reſpon-

ut ipſi quoque circumſpiciant locum, ubi in aëra ſe diſſolvant, iſto enim verbo combuſtionem vocant.

τοῦ Πρωτέως, περισκοπεῖν ἔνθα ἑαυτοὺς ἐξαερώσουσι· τοῦτο γὰρ τὴν καῦσιν καλοῦσι.

31. Haec illo dicente exclamabant qui circumſtabant omnes, *Jam comburantur digni igne!* Atque hic quidem cum riſu deſcendit. *Sed non fugerunt Neſtora voces*, Theagenem puto[a]: verum audito clamore venit ſtatim, eſcendensque clamavit, & ſexcenta mala protulit contra eum, qui deſcenderat; nec enim novi, quomodo vir ille optimus vocatus ſit. Ego vero relinquens hominem dirumpentem ſe abii viſurus athletas. Jam enim eſſe dicebantur in Plethrio judices certaminum. Haec tibi Elide.

Ταῦτ' εἰπόντος, ἀνεβόησαν οἱ περιεστῶτες ἅπαντες, Ἤδη κατακαέτωσαν, ἄξιοι τοῦ πυρός. καὶ ὁ μὲν κατέβη γελῶν, Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ τὸν Θεαγένη· ἀλλ' ὡς ἤκουσε τῆς βοῆς, ἧκεν εὐθὺς, καὶ ἀναβὰς, ἐκεκράγει, καὶ μυρία κακὰ διεξῄει περὶ τοῦ καταβεβηκότος· οὐ γὰρ οἶδα ὅστις ὁ βέλτιστος ἐκεῖνος ἐκαλεῖτο. ἐγὼ δὲ ἀφεὶς αὐτὸν διαῤῥηγνύμενον, ἀπῄειν ὀψόμενος τοὺς ἀθλητάς· ἤδη γὰρ οἱ Ἑλλανοδίκαι ἐλέγοντο εἶναι ἐν τῷ πλεθρίῳ. ταῦτα μέν [b] σοι τὰ ἐν Ἤλιδι.

32. Ipſam vero Olympiam cum veniſſemus, plenum erat poſticum templi vel accuſantium Protea, vel propoſitum illius laudantium: adeo ut etiam ad manus multi illorum venirent, donec ipſe progreſſus innumerabili comitante multitudine Proteus, poſt praeconum agonem verba fecit de ſe,

Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ὀλυμπίαν ἀφικόμεθα, μεστὸς ἦν ὁ ὀπισθόδομος τῶν κατηγορούντων Πρωτέως, ἢ ἐπαινούντων τὴν προαίρεσιν αὐτοῦ, ὥστε καὶ εἰς χεῖρας αὐτῶν ἦλθον οἱ πολλοὶ, ἄχρι δὴ παρελθὼν αὐτὸς ὁ Πρωτεὺς μυρίῳ τῷ πλήθει παραπεμπόμενος, κατόπιν [c] τοῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος, λόγους τινὰς διε-

b Σοι] Τοι *Fab.* Nihil mut. Edd. *c* Τοῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος] Sic Edd. omnes. Nec quidquam Libri variant.

ſpondere ſequentibus, in quo me non habebit adverſantem, ut primum auctoritas Codd. acceſſerit; ſed dum & vulgatum probum eſt, quod recte contendit *Jenſius*, nihil movendum. *J.F.R.*

90. Ὀπισθόδομος] Credibile eſt fuiſſe magnum aliquod atrium, aut quid tale, Jovis templo annexum. Eodem in loco Herodotus olim ſuas recitavit hiſtorias, ut auctor eſt Lucianus alibi. (Ἡρ. c. 1.) Ceterum ὀπισθόδομος & προναὸς opponuntur. *Diodorus* XIV. οὐ μόνον γὰρ ἐν τοῖς προναοῖς καὶ τοῖς ὀπισθοδόμοις τῶν ἱερῶν, &c. Legendus autem tibi omnino Lucianus in *Fugitivis*, (c. 7.) ubi hiſtoriam hanc ἐκκορυφοῖ. Ibi de Cynicis dicitur: καὶ βοῆς τὸν ὀπισθόδομον ἐμπλήσωσιν ὑλακτοῦντες. *T. F.*

Ibid. Ὁ ὀπισθόδομος] I. e. poſterior pars templi Jovis Olympici. *F.G.*

94. Κατόπιν τοῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος] Qui ſint κήρυκες & Εὐμολπίδαι norunt omnes præter illum qui Luciani *Pſeudomantim* (c. 39.) convertit. Cum enim ſimpliciter interpretandum eſſet. *Ceryces & Eumolpidæ* (quemadmodum paſſim, præcipue autem apud *Æmil Probum* in Alcibiade) homo meus *præcones & egregios cantores* eſſe maluit. Hoc autem loco nil nobis cum ejusmodi κήρυξιν. Non eſſe autem hunc locum de iis intelligendum qui ἐν κύκλοις κηρύττουσιν, ludam, opinor, operam, ſi probem. Nec etiam de præconibus ludorum placet accipi. Deinde quid ſit *retro præconum certamen?* Verum quidem eſt ἀγὼν ſignificare non *certamen* tantum, ſed & *locum certaminis*, apud *Homerum*, notante *Euſtathio*: quemadmodum οἶνος vinum & locum in quo venditur. ἔλαιον oleum & locum in quo venundatur, ex *Polluce*, & χορὸς apud *Homerum* in Od. Θ. pro loco τῆς χορείας, ita δεῖγμα duplicem ſignificationem habebat notante *Schol.* in orat. contra Polyclem; ſed quid fiet τῷ, κηρύκων? Sane locus hic a doctis examinari debuerat, quod quia nondum fecere, dicam quod mihi videtur. Legendum hic puto non κατόπιν τοῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος, ſed κατόπιν τῆς Κερκυραϊκῆς ἀγυιᾶς. Audi quæſo *Pauſaniam* in Eliacis. τῇ στοᾷ δὲ, ἔνθα οἱ Ἑλλανοδίκαι διημερεύουσιν, ἐστὶν ἐγγὺς ἄλλη στοὰ, τὸ μεταξὺ αὐτῶν, ἀγυιὰ μία. ταύτην ὀνομάζουσι Κερκυραϊκὴν οἱ Ἠλεῖοι. Nemo non videt quam recte huic Luciani loco conveniant, quæ a *Pauſania* dicuntur. In hujusmodi autem locorum appellationibus, vicorum, platearum, &c. quam ſæpe peccent exſcriptores librorum, nimis multa exempla probant. Hæc noſtra eſt de hoc loco ſententia, donec aliquis meliora protulerit. *T.F.*

Ibid. Κατόπιν τοῦ τῶν &c.] Hunc locum ſollicitavit vir doctus, & contendit legendum eſſe κατόπιν τῆς Κερκυραϊ-

κῆς

διεξῆλθε περὶ [a] αὐτοῦ, τὸν βίον τε [b] ὡς ἐβίω, καὶ τοὺς κινδύνους, οὓς ἐκινδύνευσε διηγούμενος, καὶ ὅσα πράγματα φιλοσοφίας ἕνεκα ὑπέμεινε. τὰ μὲν οὖν εἰρημένα πολλὰ ἦν. ἐγὼ δὲ ὀλίγων ἤκουσα ὑπὸ πλήθους τῶν περιεστώτων. εἶτα φοβηθεὶς μὴ συντριβείην ἐν τοσαύτῃ τύρβῃ, ἐπεὶ καὶ πολλοὺς τοῦτο πάσχοντας ἑώρων, ἀπῆλθον, [c] μακρὰ χαίρειν φράσας θανατιῶντι σοφιστῇ, τὸν ἐπιτάφιον ἑαυτοῦ πρὸ τελευτῆς διεξιόντι.

Πλὴν [d] τότε τοσοῦτον ἐπήκουσα· ἔφη γὰρ βούλεσθαι χρυσῷ βίῳ χρυσῆν κορώνην ἐπιθεῖναι· χρῆναι γὰρ τὸν Ἡρακλείως βεβιωκότα, Ἡρακλείως ἀποθανεῖν, καὶ ἀναμιχθῆναι τῷ αἰθέρι. καὶ ὠφελῆσαι, ἔφη, βούλομαι τοὺς ἀνθρώπους, δείξας αὐτοῖς ὃν χρὴ τρόπον θανάτου καταφρονεῖν. πάντας οὖν δεῖ μοι τοὺς

quam vitam vixerit, pericula quae ſubierit enarrans, & quas philoſophiae cauſſa ſuſtinuerit moleſtias. Multa quidem fuere, quae dixit: ego vero, prae circumſtantium multitudine, pauca audivi. Deinde ne tanta in turba eliderer metuens, quod accidere videbam pluribus, abii, longum valere juſſo affectante mortem Sophiſta, ipſo ſibi ante mortem parentante.

33. Illud tamen audivi, cum diceret, *Velle ſe auream vitae aureae coronidem imponere: oportere enim, qui Herculeo more vixerit, eum mori quoque more Herculeo, & remiſceri aetheri. Ac prodeſſe*, inquit, *volo hominibus, oſtendendo illis, quem ad modum mortem oporteat contemnere. Itaque Philoctetas*

a Αὐτοῦ] Αὐτοῦ Edd. *b* Ὡς] Ὃν Anonym. *c* Μακρὰ] Recepi ex *Pell.* Μακρὰν Edd. *d* Τότε] Τόγε emend. *Gron.* Nihil variant Edd.

κης ἀγυιᾶς. Ignoſcat, ſi non poſſum accedere ſuæ ſententiæ: locus enim Luciani ſanus eſt, nec minimam recipit mendi ſuſpicionem. Κηρύκων ἀγὼν locus erat, ubi præcones de artis excellentia & vocis contentione certabant. Teſtis *Diodorus* lib. 18. ubi de epiſtola regis Alexandri, quam miſerat, ut in Olympica celebritate recitaretur, ſic ait: ταύτην δὲ προσέταξεν ἐν τῇ πανηγύρει διὰ τοῦ νικήσαντος κήρυκος ἀναγνωσθῆναι, id eſt, *eam autem juſſit in publico cœtu legi a præcone, qui victoriam obtinuiſſet. Julius Pollux* lib. IV. cap. 12. πρότερον δ' Ὀλυμπίασι τῶν ἐπιχωρίων κηρυττόντων, οἱ ταῖς ἱερουργίαις ὑποδιηκονοῦντο, πρῶτος τῶν ξένων ἠγωνίσατο τὰ Ὀλύμπια Ἀρχίας Ὑβλαῖος· καὶ τρεῖς ἐφεξῆς Ὀλυμπιάδας ἐνίκα, καὶ Πυθοῖ δὲ ἐνίκα, καὶ εἰκών τις ἦν αὐτῷ Πυθική. καὶ ἐπίγραμμα

Ὑβλαίῳ κήρυκι τόδ' Ἀρχίᾳ Εὐκλέος υἱῷ
Δείξαι ἄγαλμ' εὔφρων Φοῖβ' ἐπ' ἀπημοσύνῃ
Ὃς τρὶς ἐκήρυξεν τὸν Ὀλυμπίας αὐτὸς ἀγῶνα
Οὔθ' ὑπὸ σαλπίγγων, οὔτ' ἀναδείγματ' ἔχων.

Id eſt, *Primum autem Olympiæ, cum ſoli ejus regionis præcones, qui in ſacris miniſtrabant, admitterentur, Primus exterorum certavit Archias Hyblæus, qui tres continue Olympiadas vicit, & Delphis etiam Pythia viſit, & extat ejus quædam imago Pythica:*

Hyblæi præconis hanc Archiæ Eucleis filii
Accipe ſtatuam lubens, Phœbe. ob ejus incolumitatem,
Qui ter ipſe certavit præconio in agone Olympico,
Nec tubulum in ore habens nec circa collum ligacula.

Ex his patet præcones etiam de voce certaſſe, & inde ſequitur fuiſſe illi certamini locum aſſignatum, de quo hoc loco fit mentio apud Lucianum. Videndus *Georgius Syncellus* pag. 208. poſt Olympiadem 88. ubi inveniuntur hæc verba ex Africano: σαλπικτῶν καὶ κηρύκων ἀγὼν προσετέθη ἐν Ὀλυμπίᾳ, id eſt, *Tubicinum & præconum certamen aliis certaminibus additum eſt Olympiæ.* Videſis *Joſephi Scaligeri* epiſtolam numero 448. Cæterum de interpretatione vocum ὑποσαλπίγγων & ἀναδείγματα non contendam, ſi quis certiora docuerit, nam ex ſola noſtra conjectura eas interpretatus ſum ſine auctoritate, niſi quod *Heſychius* habet ἀναδείγματα ἡνίας περὶ τραχήλοις, quod ſatis firmat noſtram interpretationem, ſcilicet collum faſciis comprimebant, ne rumperentur nimia contentione arteriæ, & ut ſonus vocis elatior fieret. De voce ὑποσαλπίγγων, quam ex ſola conjectura interpretatus ſum, expecto, qui me doceat: alibi enim non reperitur. *Heſychius* in voce Σάλπιγξ hæc habet: σιγηνοσάλπιγξ ἀντὶ τοῦ κῆρυξ. Unde conjeci, præcones uſos fuiſſe quodam tubulo argenteo vel æreo tamquam tuba, ut eorum vox major & clarior audiretur. *J. P. a G.*

Κατόπιν τοῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος] Notavit pater quoque hic conjecturam liberam & indoctam *T. Fabri*, & ut ab ea caveretur, juſſit inſpici *Ciceronis* epiſtolam ad Luccejum. In ſchedis notavit videndum *Scaligerum* in Græca *Euſebii* pag. 420. *Fabrum* priorem in Agoniſtico pag. 293. & 294. Et ſane quomodo latuerunt illa in extremo *Demonacte*, εἰπὼν πρὸς τοὺς παρόντας τὸ ἐναγώνιον τῶν κηρύκων πόδα, Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων ἄθλων Ταμίας, Καιρὸς δὲ καλεῖ μηκέτι μέλλειν? *J. G.*

Κατόπιν τοῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος] Ὀπισθόδομον Jovis Olym-

tas mihi fieri omnes homines, aequum eſt. Qui ergo ſtupidiores erant hominum lacrimari & clamare; *Serva te Graecis!* Qui autem fortiores, ii clamarunt; *decreta perage!* a quibus non mediocriter perturbatus eſt ſenex, qui ſperaſſet futurum, uti omnes retinerent ſe, neque igni permitterent, ſed invitum in vita manere cogerent. Quum ergo plane praeter opinionem illi accideret, ut decreta perficienda eſſent, ea res magis etiam expalleſcere illum fecit, (quamquam cadaveroſo jam ante colore eſſet) & tremere etiam, medius fidius! Itaque orationem finiit.

ἀνθρώπους Φιλοκτήτας γενέσθαι. οἱ μὲν οὖν ἀνοητότεροι τῶν ἀνθρώπων, ἐδάκρυον, καὶ ἐβόων, Σῶζου τοῖς Ἕλλησιν· οἱ δὲ ἀνδρωδέστεροι ἐκεκράγεισαν, Τέλει τὰ δεδογμένα· ὑφ᾽ ὧν ὁ πρεσβύτης οὐ μετρίως ἐθορυβήθη, ἐλπίζων πάντας ἕξεσθαι αὐτοῦ, καὶ μὴ προήσεσθαι τῷ πυρὶ, ἀλλὰ ἄκοντα δὴ καθέξειν ἐν τῷ βίῳ. τὸ δὴ τελεῖν τὰ δεδογμένα, [e] πάνυ ἀδόκητον αὐτῷ προσπεσὸν, ὠχριᾶν [f] ἔτι μᾶλλον ἐποίησε, καίτοι ἤδη νεκρικῶς τὴν χροιὰν ἔχοντι, καὶ, νὴ Δία καὶ ὑποτρέμειν, ὥστε κατέπαυσε τὸν λόγον.

34. Ego vero quam riſerim, puto, conjicis. Neque enim miſericordia dignus erat homo, ita invenuſtus ſupra omnes, qui iisdem furiis aguntur, amator gloriae. Deducebatur tamen a multis, & ingurgitabat

Ἐγὼ δὲ εἰκάζεις, οἶμαι, πῶς ἐγέλων· οὐδὲ γὰρ ἐλεεῖν ἄξιον ἦν, οὕτω δυσέρωτα τῆς δόξης ἄνθρωπον ὑπὲρ ἅπαντας, ὅσοι τῇ αὐτῇ ποινῇ ἐλαύνονται. παρεπέμπετο δὲ ὅμως ὑπὸ πολλῶν, καὶ ἐνεφορεῖτο τῆς δόξης, ἀποβλέ-

πων

e Πάνυ] Inſerui ex R. Aberat ab Edd. *f* Ἔτι] Recepi ex RG. non habebant Edd.

Olympii fuiſſe auditorium, vel ex *Herodoti* Lucianei principio itemque *Fugit.* c. 7. ſatis apparet. Nec ergo dubium, praeconum ibi etiam certamina potuiſſe inſtitui. Ἀγὼν etiam ὁ τόπος, καὶ τὸ πλῆθος τῶν θεατῶν apud antiquos Lexicographos. Porro κατόπιν tum ad locum tum ad tempus poſſe referri, tralaticium eſt. Itaque *poſt agonem praeconum* ſignificat, vel, poſtquam certarunt praecones; vel, poſt ſ. pone eum locum, ubi certare ſolent. Utrum hic verius, difficile dictu eſt, & parum ad ſententiam refert. *J.M.G.*

Ibid. Κηρύκων ἀγῶνος] Non ſatis firma & liquida *T. Fabri* mihi videtur emendatio, ut recepta ſcriptura ideo mutetur; quamvis corrupta eſſe poſſit. Integram itaque rem aliis relinquo; id tantum moniturus, in inſcriptione a *Palmerio* ex *Polluce* allata legendum videri ἀναθήματα, quod longe ad rem aptius quam ἀναδείγματα. De certamine Praeconum vid. noſtrum Δημων. c. 65. *M. du S.*

Ibid. Ἀγῶνος] Τόπου τινός. *F. G.*

4. Μακρὰ χαίρειν] Cur hoc praeferam, vid. ad *Navig.* c. 2. *Rhet. Praec.* c. 10. *Bis Accuſ.* c. 21. *Gall.* c. 23. *J.F.R.*

7. Πλὴν τότε τοσοῦτον ἐπήκουσα] *Tunc magnum hoc audivi.* Interpol. quod ridiculum ἐς τὸ ἄκρον. Neque enim hoc loco τοσοῦτο *magnum hoc* ſignificat, & qui ita exiſtimant, næ illi haud dum etiam multa Græce legerunt. Quid cum Græci dicunt, τοσαῦτα εἰπὼν ἐπαύσατο, &c, καὶ ταῦτα εἴπας ἐπέσχε, & τοσαῦτα ὁ Κόμμοδος εἰπὼν εἰς τὴν αὐλὴν ἐπανῆλθεν, & *Joſeph.* in 11. ἀρχαιολογ. ἐπὶ τοσούτου δεησόμεθα, &c. ſub finem cap. 111. quomodo verteres? Videſis, hæc una vocula ſenſum pervertit. Nimirum non animadverterat Interpolator τοσοῦτο nil eſſe aliud in hujusmodi loquendi generibus, quam τοῦτο. Cujus rei pudet citare teſtes; tamen ſi vacat, adi *Suidam* & *Stephanum.* Interpretem corrupit Interpolator. *T. F.*

Πλὴν τότε τοσοῦτον ἐπήκουσα] Plane non neceſſaria temporis illa definitio, & opinor ſcripſit πλὴν τόγε τοσοῦτον. Sic alibi. *J.G.*

8. Χρυσῷ βίῳ] Ita *Pindarus* χρυσοῦς ἵππους vocavit eximios. ita Catullus *aureolos pedes* puellæ, & alia ὅσα κόνις. Sed non modo χρυσοῦς pro pulchro, verum & ἀργυροῦς. Ita plerumque exponit Interpres *Homeri*, quem ineruditum vulgus *Didymum* vocat. *T. F.*

10. Ἀναμιχθῆναι τῷ αἰθέρι] Quod ſupra dixerat ἐξαεροθῆναι. *T. F.*

19. Προήσεσθαι τῷ πυρὶ] *Nec eum in ignem mitterent.* Interpolat. falſo. Non metuebat Peregrinus ne in ignem ab aſtantibus mitteretur, (nil quidquam tale in toto libello) ſed non arbitrabatur permiſſuros unquam, ut ſe ſe in ignem ſponte & ultro conjiceret; qui ſenſus longe alius eſt. Interpretem ſequi noluit corrector. *T. F.*

21. Δεδογμένα, ἀδόκητον] Reſtitue ut in MS. R. δεδογμένα, πάνυ ἀδόκητον αὐτῷ, &c. *T. F.*

22. Ὠχριᾶν μᾶλλον] Rectius & elegantius in Cod. MS. Bibl. Reg. ὠχριᾶν ἔτι μᾶλλον ἐποίησε. *T. F.*

28. Τῇ αὐτῇ ποινῇ ἐλαύνονται] *Hac pœna exagitantur.* Interp. Sed vertendum fuit, *hac Furia exagitantur*; Ποινὴ enim hoc loco Furia eſt; res notior quam ut probari debeat. Inde ſupra dixit Lucianus (c. 30.) δόξης ἐριννύϊ. *T. F.*

37. Τε-

πων ἐς τὸ πλῆθος τῶν θαυμαζόντων, οὐκ εἰδὼς ὁ ἄθλιος ὅτι καὶ τοῖς ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀπαγομένοις, ἢ ὑπὸ τοῦ δημίου ἐχομένοις, πολλῷ πλείους ἕπονται).

Καὶ δὴ τὰ μὲν Ὀλύμπια τέλος εἶχε, κάλλιστα Ὀλυμπίων γενόμενα, ὧν ἐγὼ εἶδον, τετράκις ἤδη ὁρῶν. ἐγὼ δὲ, οὐ γὰρ ἦν εὐπορῆσαι ὀχήματος ἅμα πολλῶν ἐξιόντων, ἄκων ὑπελιπόμην. ὁ δὲ ἀεὶ ἀναβαλλόμενος, νύκτα τὸ τελευταῖον προειρήκει ἐπιδείξασθαι τὴν καῦσιν· καί με τῶν ἑταίρων τινὸς παραλαβόντος περὶ μέσας νύκτας, ἐξαναστὰς, ἀπῄειν εὐθὺ τῆς Ἁρπίνης, ἔνθα ἦν ἡ πυρά. στάδιοι πάντες οὗτοι εἴκοσιν ἀπὸ τῆς Ὀλυμπίας κατὰ τὸν ἱππόδρομον ἀπιόντων πρὸς ἕω· καὶ ἐπεὶ τάχιστα ἀφικόμεθα, καταλαμβάνομεν πυρὰν νενησμένην ἐν βάθει, ὅσον ἐς ὀργυιὰν τὸ βάθος. δᾷδες ἦσαν τὰ πολλὰ, καὶ παρεβέβυστο τῶν φρυγάνων, ὡς ἀναφθείη τάχιστα.

Καὶ ἐπειδὴ ἡ σελήνη ἀνέτειλεν (ἔδει γὰρ κἀκείνην θεάσασθαι τὸ κάλλιστον τοῦτο ἔρ-

ſe gloria, dum ad multitudinem eorum, qui ſe admirarentur, reſpiceret, ignarus miſer, etiam hos, qui ad crucem ducuntur, aut trahuntur a carnifice, multo plures ſequi.

35. Interim Olympia finem habuere, pulcherrima, quae ego vidi Olympiorum, qui quater jam viderim. Ego vero, neque enim vehiculi copia erat multis ſimul diſcedentibus, invitus ibi relictus ſum. At iſte ſubinde differens, tandem praedicit noctem, qua ſpectaculum ſui cremandi editurus eſſet. Ac me cum ſodalium aliquis adſumſiſſet, ſurgens circa mediam noctem recta Harpinam petii, ubi rogus erat. Stadia haec ſunt viginti Olympia juxta Hippodromum orientem verſus euntibus. Cum primum eo veniſſemus, rogum deprehendimus in foſſa ad paſſus unius profunditatem ſtructum. Faces multae aderant & ſarmenta ubique interpoſita ignem celerrime uti conciperet.

36. Exoriente luna, oportebat enim hanc quoque videre pulcherrimum facinus, proce-

37. Τετράκις] Olympias, qua ſe Peregrinus vivum cremavit, incidit in annum aerae Chriſtianae CLXV. Vid. *Euſeb.* Chron. cum *Scaligeri* notis. Quartam eandem viderat Lucianus. ſi continuas ſpectaſſe ponas, in Graeciam appulerit, poſt annum Chr. CL. ſi quando vero peregre fuiſſe cum celebraretur, quod vero propius abeſt, malis; paucis ante CLum annis in Graeciam primum venerit. Juniorem autem, necdum clarum, veniſſe conſtat ex Δικ. c. 27. Ex quibus omnibus anno circiter CXX. natum colligo; Rhetoricae CLX. valedixiſſe; hunc denique librum ante quinquageſimum aetatis annum ſcripſiſſe. *M. du S.*

40. Νύκτα — προειρήκει] *Noctu præmonuit.* Interpolator. male. νύκτα enim hoc loco non eſt pro νυκτὸς, ſeu νύκτωρ, ſed προειρήκει νύκτα dixit Lucianus, quemadmodum *Juvenalis*, de Statio, opinor, *promiſitque diem.* Apud *Ciceronem* eſt, & apud *Varronem* & *Livium*, *prodixit* ſeu *prædixit diem.* Interpres proxime ad verum, *noctem ei rei deſtinavit.* *T.F.*

43. Ἁρπίνης] Quid ſit Harpina ſeu Harpinna, docebit *Pauſanias* in Eliacis. *T.F.*

Ibid. Τῆς Ἁρπίνης] *Pauſaniae* locus eſt Eliac. 2. p. 200, 18. *Wechel.* Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Ἁρπιννάτης καλούμενος ποταμὸς καὶ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ πόλεως Ἁρπίννης ἄλλά τε ἐρείπια, καὶ μάλιστα οἱ βωμοί. Οἰκίσαι τε Οἰνόμαον τὴν πόλιν καὶ θέσθαι τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς μητρὸς λέγουσιν Ἁρπίννης. Eadem *Stephanus* ¸ qui v. Ὀλυμπία eandem urbem facit Piſam, Arpinam, Olympiam. Nempe in eadem proxima vicinia fuere, ut tamen diſtincta & Piſae & Arpinae rudera poſſent illa adhuc aetate oſtendi. Fluctuant libri inter Ἀρπίνα & Ἀρπίννα. Etiam *Straboni* eſſe reſtituendam pro Ἔπινα, videre *Caſaubonus*, & *Berkelius* ad *Steph.* *J.M.G.*

48. Ἐς ὀργυιὰν τὸ βάθος] Βάθος de altitudine, ſ. dimenſione a ſolo ad auras adſurgente, (ut *Obſop.* convertit) aeque dici ac de profunditate, nihil quidem eſt novi; ſic βάθος ἀέρος, de ſummo coelo, quique ibi opponitur tartaro, *Eurip.* Med. vſ. 1297. Sed unius orgyae altitudo non eſt tanta, ut alta inde praedicetur pyra; nec repetitio illa ἐν βάθει, τὸ βάθος valde adridet. Interim βάθος de latitudine, ſ. denſitate hic accipi poteſt, ut βαθὺ λήϊον *Homer.* Il. Β. 147. atque alibi paſſim, de ſegete denſa, & βαθεῖα ὕλη. Il. Ε. 555. Et *Ælian.* V. H. XIII. 1. Χόρτοι καὶ θάμνοι βαθεῖαι, *gramina ac frutices profundae* convertit in *Diod. Sic. Rhodom.* L. 2. c. 49. ſatis ad verbum, cum *denſae* potuiſſet; licet & *Virgil.* *nemus profundum* eodem ſignificatu dixerit, ut notavi in *Ambiguis.* Sic de denſitate phalangis, ſive latitudine, *Arrian.* Exp. Al. I. p. 7. ac *Thucyd.* frequenter. *J.F.R.*

Ibid. Δᾷδες ἦσαν τὰ πολλὰ] Interpres ſic vertit, longe certe ab auctoris mente, qui pyræ formam & materiam deſcribit. Putavit interpres δᾷς non aliud ſignificare quam *fax.* Sed eſt arboris ſpecies, quæ Lati-

cedit iſte quotidiano more indutus, & cum illo Cynicorum principes, praeſertim generoſus ille Patrenſis, facem geſtans, non malus ſecundarum partium certator. Facem geſtabat vero etiam Proteus. Accedentes autem alter ab altera parte ignem incenderunt maximum, quippe a facibus ac ſarmentis. Iſte vero, & jam mihi diligenter attende, depoſita pera, pallio, & Herculea illa clava, adſtabat in linteo plane ſordido. Tum tus petiit, quod in ignem injiceret, datumque ab aliquo, injecit, dixitque converſus ad meridiem (nam hoc quoque ad tragoediam pertinet, meridies) *Materni paternique Daemones, volentes propitii me recipite!* Haec ubi dixiſſet, in ignem inſiliit. Verum non videbatur, circumfuſus a multa, quae ſurgebat, flamma.

37. Iterum video te ridentem, pulcher Cronie, fabulae converſionem. Equidem maternos daemonas invocantem non valde,

γον) πρόεισιν ἐκεῖνος ἐσκευασμένος ἐς τὸν αἰεὶ τρόπον, καὶ σὺν αὐτῷ τὰ τέλη τῶν κυνῶν, καὶ μάλιστα ὁ γεννάδας ὁ ἐκ Πατρῶν, δᾷδα ἔχων, οὐ φαῦλος δευτεραγωνιστής. ἐδᾳδοφόρει δὲ καὶ ὁ Πρωτεύς· καὶ προσελθόντες, ἄλλος ἀλλαχόθεν ἀνῆψαν τὸ πῦρ μέγιστον, ἅτε ἀπὸ δᾴδων, καὶ φρυγάνων· ὁ δὲ, καί μοι πάνυ ἤδη πρόσεχε τὸν νοῦν, ἀποθέμενος τὴν πήραν, καὶ τὸ τριβώνιον, καὶ τὸ Ἡράκλειον ἐκεῖνο ῥόπαλον, ἔστη ἐν ὀθόνῃ ῥυπώσῃ ἀκριβῶς. εἶτα ᾔτει λιβανωτὸν ὡς ἐπιβάλοι ἐπὶ τὸ πῦρ· καὶ ἀναδόντος τινὸς, ἐπέβαλέ τε, καὶ εἶπεν, ἐς τὴν μεσημβρίαν ἀποβλέπων (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο πρὸς τὴν τραγῳδίαν ἦν ἡ μεσημβρία) Δαίμονες μητρῷοι καὶ πατρῷοι δέξασθέ με εὐμενεῖς. ταῦτα εἰπὼν, ἐπήδησεν εἰς τὸ πῦρ, οὐ μὴν ἑωρᾶτό γε, ἀλλὰ [a] περιεχέθη ὑπὸ τῆς φλογὸς, πολλῆς ἠρμένης.

Αὖθις ὁρῶ γελῶντά σε, ὦ καλὲ Κρόνιε, τὴν καταστροφὴν τοῦ δράματος. ἐγὼ δὲ τοὺς μητρῴους μὲν δαίμονας ἐπιβοώμενον, μὰ τὸν Δί',

[a] Περιεχέσθη] Sic omnes praeter *S.* & *A.* quae περιεχέθη.

55. Ὁ ἐκ Πατρῶν δᾷδα ἔχων] Τὸν Θεαγένην λέγει. ἐκ Πατρῶν δὲ τῆς Πελοποννήσου. *V.*

tinis *tada* dicitur, de qua *Plinius* paſſim, & ideo vertendum erat, *e tada ut plurimum conſtabat.* *J. P. a G.*

Δᾷδες ἦσαν τὰ πολλὰ] An δᾷδες ἐστήσαντο πολλαί; ſic certe mallem: nam etſi vulgatum probe Graecum, minus tamen huc conveniens videtur, prae altero illo. *J. F. R.*

51. Ἡ σελήνη ἀνέτ.] Media de nocte profectum audiſti: Lunam nunc demum ortam legis: extremus hic celebritatis dies; ergo aut poſt XI^um lunaris menſis diem coeptae erant Olympiae; aut ultra dies quinque ei ſolennitati concedas neceſſe eſt: quorum neutrum a viris doctis facile impetrabis, quos Cl. *Potterus* ſequutus eſt. *M. du S.*

55. Ὁ ἐκ Πατρῶν] *Ille Patranus.* Interp. *Stephanus*, ſeu Hermolaus ἐν τοῖς ἐθνικοῖς agnoſcit Πατρεὺς, at Πατρανὸς non agnoſcit. Itaque dicendum fuerat *Patrenſis*, ut uſurpavit *Cicero.* Ceterum locus hic de Theagene eſt intelligendus. *T. F.*

62. Ῥόπαλον] Alibi docet quanti poſtea vaenierit Ἀπαιδ. c. 14. quem locum, ſi non memineris, omnino adi. *M. du S.*

Ibid. Ἔστη ἐν ὀθόνῃ] Pontius in paſſione Cypriani. *M. V. La Croze.*

67. Ἡ μεσημβρία] Verſus meridiem nempe Zodiacus, ſolis & Planetarum via, templum peculiare deorum. Item meridie quieſcunt daemones, facile, ſi turbentur irritandi. Vid. *Theocr.* Idyll. 1, 15. & illa μεσαμβρινὰ ἀσυχία apud *Callim.* in Lau. Pall. 72. Huc forte pertinet τὸ μεσημβρινὸν δαιμόνιον, quod dederunt οἱ ό, ψ. 91, 6. *J. M. G.*

Ibid. Δαίμονες μητρῷοι καὶ πατρῷοι] Deme Tragicam magnificentiam, & erunt, quos invocat, Daemones, ipſi Manes animae felices majorum. *Hierocles* ad A. C. 3. p. 38. *Needh.* Τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς ἀληθείᾳ καὶ ἀρετῇ κοσμηθείσας Δαίμονας καλεῖ, ὡς δαήμονας καὶ ἐπιστήμονας κ. τ. λ. Sed ipſum hoc indicant, quae ſtatim ſequuntur. *J. M. G.*

68. Δέξασθέ με] Sic apud *Sophoclem* Oreſtes in Electra p. 66. ἀλλ' ὦ πατρῴα γῆ θεοί τ' ἐγχώριοι
Δέξασθέ μ' εὐτυχοῦντα ταῖς δὲ ταῖς ὁδοῖς
Σύ τ' ὦ πατρῷον δῶμα. *M. du S.*

70. Περιεχέθη] Περιεχέθη a περιέχομαι, ut ἐχέθην ab ἔχομαι ſine litera ſerpentina in medio, uſitatius quam ἐχέσθην, quod tamen quum ab χέθω poſſit eſſe formatum, expungere non ſuſtinui, contra Edd. optimas. *J. F. R.*

Δί', οὐ σφόδρα ἠτιώμην. ὅτε δὲ καὶ τοὺς πατρῴους ἐπεκαλέσατο, ἀναμνησθεὶς τῶν περὶ τοῦ [a] Φθόνου εἰρημένων, οὐδὲ κατέχειν ἠδυνάμην τὸν γέλωτα. οἱ Κυνικοὶ δὲ περιστάντες τὴν πυρὰν, οὐκ ἐδάκρυον μὲν, σιωπῇ δὲ ἐνεδείκνυντο λύπην τινὰ, εἰς τὸ πῦρ ὁρῶντες, ἄχρι δὴ ἀποπνιγεὶς ἐπ' αὐτοῖς, Ἀπίωμεν, Φημὶ, ὦ μάταιοι. οὐ γὰρ ἡδὺ τὸ θέαμα ὠπτημένον γέροντα ὁρᾶν, κνίσης ἀναπιμπλαμένους πονηρᾶς. ἢ περιμένετε ἔστ' ἂν γραφεύς τις ἐπελθὼν, ἀπεικάσῃ ὑμᾶς, οἵους τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἑταίρους τῷ Σωκράτει παραγράφουσιν; ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἠγανάκτουν, καὶ ἐλοιδοροῦντό μοι, ἔνιοι δὲ καὶ ἐπὶ τὰς βακτηρίας [b] ἦξαν. εἶτα ἐπειδὴ ἠπείλησα ξυναρπάσας τινὰς ἐμβαλεῖν εἰς τὸ πῦρ, ὡς ἂν ἕποιντο τῷ διδασκάλῳ, ἐπαύσαντο, καὶ εἰρήνην ἦγον.

Ἐγὼ δὲ ἐπανιὼν, ποικίλως, ἑταῖρε, πρὸς ἐμαυτὸν ἐνενόουν τὸ Φιλόδοξον οἷόν τί

ita me Jupiter, reprehendi: ſed cum paternos etiam advocaret, recordatus eorum, quae de caede *illius* dicta ſunt, neque riſum tenere tum poteram. Cynici autem rogum circumſtantes non illi quidem flebant, ſed ſilentio ignem adſpicientes moeſtitiam quandam prae ſe ferebant: donec ego, quem ea res pene enecaret, *Abeamus*, dicerem, *vani homines! Neque enim jucundum ſpectaculum, ſenem aſſari videre, & malo nidore expleri. An expectatis dum pictor aliquis ſuperveniens depingat vos, uti ſodales in carcere appingunt Socrati?* Illi ergo indignari & male mihi dicere, quidam vero ruere etiam ad baculos. Deinde cum interminatus eſſem, me quosdam illorum correptos in ignem eſſe detruſurum, magiſtrum uti ſequerentur, quietem pacemque egere.

38. In reditu autem, varie mecum, mi ſodalis, cogitabam de cupiditate gloriae, vim

a Φθόνου] Φόνου legendum fortaſſis, bene marg. *A1W.*

b Ἦξαν] Quod *Faber* voluit, in *J.* eſt; excepto puncto ſubſcripto. Cett. ἧξαν.

81. Ἀποπνιγεὶς ἐπ' αὐτοῖς] *Odore malo affectus.* Interp. ſed nil tale. Ubi enim, quæſo, odor ille malus in ἀποπνίγεσθαι? Quid autem? αὐτοῖς ad quid refertur niſi ad Cynicos περιστάντας τὴν πυρὰν, ut a Luciano deſcribuntur? Sed ignoravit interpres quid ſit ἀποπνίγεσθαι ἐπ' ἀνθρώπῳ aut quid tale, præſertim vero apud Atticos, quos hic noſter ſtudioſiſſime imitatur. Exempla ſunt paſſim apud *Ariſtophanem*, & *Demoſthenem*, &, (quis Interp. indiligentiam non miretur?) apud ipſummet Lucianum in dialogis ἑταιρικοῖς. Eſt autem ἀποπνίγομαι ἐπὶ τούτῳ πράγματι quod Latini dicunt, *Ea res me urit, me enecat*, Terent. *Vro hominem.* Horat. *Vror ſeu tibi candidos*, &c. *Ariſtophanes* κάομαι. Sed in re ita perſpicua ſit φειδὼ τῶν παραδειγμάτων διὰ τὸ πλῆθος. *T. F.*

Ἀποπνιγεὶς ἐπ' αὐτοῖς] Quae de vi verbi ἀποπνίγεσθαι hic *Faber* diſputat, dubitatione carent: & tamen malim hic dixiſſe Lucianum cauſſam aliquam Phyſicam ſui diſceſſus. Ridere ſe horum hominum ſtultitiam profitetur; vix ergo eſt, ut eodem ſpiritu dicat, ſe ab illis ſ. propter illos ἀποπνιγῆναι, prae indignitate pene ſuffocatum. Itaque opto in aliquo libro bono inveniri ὑπ' αὐχμῆς vel ὑπ' ἀτμῆς, ut dicat, cum moleſtus ſibi eſſet ſuffocans ille vapor vel fumus, diſceſſionem ſe paraſſe. Interpretationem dedi, quae utrique ſenſui ſic ſatis convenire videtur: nam *ea res* poteſt eſſe affectata illa Cynicorum triſtitia, poteſt eſſe fumus & nidor uſtulati Protei. *J. M. G.*

Ἀποπνιγεὶς] Sic diſtinguendum. ἀποπνιγεὶς, ἐπ' αὐτοῖς ἀπίωμεν φ. ω. μ. i. e. *poſt haec*, *his peractis. F. G.* Non inepta videtur *Gujeti* diſtinctio, eamque amplecterer, donec melius quid ſuppeditent libri. Ἀποπνιγεὶς autem ſine effectu recte intelligitur, pro *paene ſuffocatus ſum*, ut in fab. *Æſop.* 41. μύρμηξ ὑπὸ τοῦ ῥεύματος ἀπεπνίγετο, mox addito ἐσώθη. Sic *moriens* pro morti proximo, qui tamen ſanatur. *Phalar.* Epiſt. 21. ὅτι με θνήσκοντά με — ἔσωσεν. Iterum Ep. 52. Ὅτι πρότερον τρὶς ὑμᾶς ἀποθνήσκοντας ἐν σιτοδείᾳ σέσωκα. *Cic.* 2. de Divin. c. 66. *quum — telo venenato ictus eſſet, eoque vulnere MORERETUR*; eumdem tamen ſanatum eſſe eodem capite narrat. Plura dedi in libro *de Ambig.* Tit. *FACIO.* Addo *Diod. Sic.* IV. c. 63. p. 307. m. ubi μετέπειθεν ait de Theſeo aliter ſuadere conanti, at ſine ſucceſſu. *J. F. R.*

88. Ἐπὶ τὰς βακτηρίας ἦξαν] *Ad fuſtes venerunt.* Interpol. iſtud verbum non ita vertendum fuit, quia aliter ſcribendum, ſcilicet ἦξαν *irruerunt*, *involarunt*, &c. Eſtque Attica ſyncope ab ἀΐσσω, ut apud *Ariſtophanem* linguæ Atticæ canonem legitur, ἐν Πλούτῳ·

Ἐξῆξάτην οὖν δύο δράκοντ' ἐκ τοῦ νεὼ,
Exiluerunt e templo dracones duo.

ita alibi *Ariſtophanes*, & ei ſynchronos *Euripides.* atque

vim illius perpendens, ut ſolam hanc cupiditatem effugere nequeant illi etiam, qui alioquin admiratione videantur digniſſimi, nedum ut ille vir, qui etiam alias furioſe dementerque, & ut igne dignus eſſet, vixiſſet.

39. Tum incidi in multos ad ſpectaculum abeuntes ipſos quoque, qui putarent nempe ſe vivum adhuc deprehenſuros. Nimirum illud quoque pridie ejus diei divulgatum fuerat, illum ita ut exorientem ſolem ſalutaret, quod ſcilicet Brachmanas facere dictitant, rogum conſcenſcurum eſſe. Multos igitur illorum averti, cum jam perfectum eſſe opus, dicerem, quibus quidem non id ipſum curae eſſet, etiam locum inſpicere, & aliquid de igni reliquum ſecum auferre. Hic ſane, mi ſodalis, ſexcenta negotia habui, dum omnibus enarro interrogantibus, & accurate ſingula exquirentibus. Si quem igitur viderem politum doctrina hominem, nuda illi acta, velut tibi

βεῖν ἀναλογιζόμενος, ὡς μόνος οὗτος ὁ ἔρως ἄφυκτος, καὶ τοῖς πάνυ θαυμαστοῖς εἶναι δοκοῦσιν, οὐχ ὅπως ἐκείνῳ τἀνδρὶ, καὶ τἄλλα ἐμπλήκτως, καὶ ἀπονενοημένως βεβιωκότι, καὶ οὐκ ἀναξίως τοῦ πυρός.

Εἶτα ἐνετύγχανον πολλοῖς ἀπιοῦσιν, ὡς θεάσαιντο καὶ αὐτοί. ᾤοντο γὰρ ἔτι καταλήψεσθαι ζῶντα αὐτόν. καὶ γὰρ καὶ τόδε τῇ προτεραίᾳ διεδέδοτο, ὡς πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ἀσπασάμενος (ὥσπερ ἀμέλει καὶ τοὺς Βραχμᾶνας φασὶ ποιεῖν) [c] ἐπιβήσεσθαι τῆς πυρᾶς. ἀπέστρεφον δ' οὖν τοὺς πολλοὺς αὐτῶν, λέγων ἤδη τετελέσθαι τὸ ἔργον, οἷς μὴ καὶ τοῦτ' αὐτὸ περισπούδαστον ἦν, κἂν αὐτὸν ἰδεῖν τὸν τόπον, καί τι λείψανον καταλαμβάνειν τοῦ πυρός. ἔνθα δὴ, ὦ ἑταῖρε, μυρία πράγματα εἶχον, ἅπασι διηγούμενος καὶ ἀνακρίνουσι, καὶ ἀκριβῶς ἐκπυνθανομένοις. εἰ μὲν οὖν ἴδοιμι τίνα χαρίεντα, ψιλὰ ἂν, ὥσπερ σοὶ,

c Ἐπιβήσεσθαι] Ἐπιβήσεται *Pell.* non male.

que ita legiſſe interpretem, fidem fecerit ejus verſio, ſic enim habet, *A nonnullis quoque eorum ad fuſtes concurſum eſt.* Vides lector, quantum Interpolatori debeat Interpres. Quid ſi libellum aliquem absque ullo duce interpretandum ſuſcepiſſet? *T.F.*

Ἐπὶ τὰς βακτηρίας ἧξαν] Sic edidi ex *J.* & *Fabr.* Nam eſt ab ἀΐσσω. Conf. ſupra *Bis Accuſ.* c. 6. ἐπὶ τὴν πήραν ἀΐξαντες. nam etſi vulgatum ἧξαν, quod verterant, *ad fuſtes concurſum eſt*, omnino defendi poteſt, & *venire ad manus, tela*, Latinis ac Graecis uſitatum fateor: tamen quia aoriſt. ἧξα ab ἥκω mihi quoque ſuſpectus, eo magis alterum adripui: ἧκον & praeterit. ἧκα frequentiſſimo quidem in uſu, at ἧξα nondum notavi. Taceo quod majorem impetum atque iracundiam ſignificet ἀΐσσω, quam ἥκω, adeoque hic aptius. Eandem ob cauſſam Cl. *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. III. c. 42. f. Ἐπὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς ἦξαν recte praetulit ex Mſ. cum alii quoque ἧξαν ab ἥκω haberent. Confer infra *Fugit.* c. 6. ſupra *Demon.* c. 4. pr. ἀνίπτοις γε ποσὶ πρὸς ταῦτα ἧξειν, ubi certe ἧξειν locum vix haberet. Sed punctum ſubſcript. & illic operae male omiſere, quod in talibus addendo lectionem emendare, non meretur nomen mutationis; adeoque nihil criminabuntur vulgatae patroni. *J.F.R.*

89. Ἦξαν] *T. Fabri* emendationem lubens amplector, mendoſe in *Amſt.* Ed. impreſſam; cum enim in omnibus ſuis Luciani impreſſis ἧξαν inveniret, ἦξαν reſtituit ab ἀΐσσω; quod in *J.* Ed. niſi me oculi fallunt, etiam extat. Vid. apud noſtrum ipſum Δικ. c. 6. ἐπὶ τὴν πήραν ἀΐξαντες. & Νεκ. c. 3. quin Δραπ. 6. Ita etiam in *V2.* legitur; ubi vide notam noſtram. *M. du S.*

4. Πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ἀσπασάμενος] Legendum eſt voce unica προσανίσχοντα, id enim poſtulat τὸ ἀσπάζεσθαι. προσανέχω & προσανίσχω, *orior.* Prius illud apud *Suidam*, qui προσανέχοντι, vertit per ἐξέχοντι, qui locus a Porto male intellectus eſt. Vertendum enim fuerat προσανίσχοντι *id eſt orienti*, ut ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε. Apud eundem *Suidam* linea ſequenti lego unica voce προσανίσχοντα ἥλιον, ἀνατέλλοντα. Quem locum eſſe Luciani puto, hunc ipſum, inquam, qui nunc nobis in manibus eſt. *T.F.*

Πρὸς ἀνίσχοντα] Jubebat *Solan.* conferre *Menip.* c. 7. ubi quidem lego, —— ἕωθεν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον ῥῆσιν τινὰ μακρὰν ἐπιλέγων, videoque Edd. nonnullas προσανατέλλοντα conjungere; ſed male profecto. Utrum vero hic προσανίσχοντα cum *Fabro* connectendum ſit, dubito. Non ſaltem illico id facio; etſi phraſis hic paullo alia, & ἀσπάσασθαι πρὸς ἥλιον ſine ſubjecto quod quis adorat, ſalutatve, inſolentior videtur; tamen προσανίσχων aeque hic incommodum videtur ac προσανατέλλων, dum ratio duplicis compoſitionis nulla adparet; alioqui id admitterem, ubi auctoritas accederet; quia ἀσπάζεσθαι πρὸς τινὰ minus Graecum videtur, quam verbum compoſitum, cujus exempla non habeo; ſed analoga προσαναπίπτω & ſimilia obvia. *J.F.R.*

14. Χαρίεντα] *Gratum.* Interp. Satis prodit neſcire ſe quid ſit χαρίεις. Eſt enim præter ſignificationes vulga-

σοὶ, τὰ πραχθέντα διηγούμην. πρὸς δὲ τοὺς βλάκας, καὶ πρὸς τὴν ἀκρόασιν κεχηνότας, ἐτραγῴδουν τί παρ' ἐμαυτοῦ, ὡς ἐπειδὴ ἀνήφθη μὲν ἡ πυρὰ, ἐνέβαλε δὲ φέρων ἑαυτὸν ὁ Πρωτεὺς, σεισμοῦ πρότερον μεγάλου γενομένου, σὺν μυκηθμῷ τῆς γῆς, γὺψ ἀναπτάμενος ἐκ μέσης τῆς φλογὸς, οἴχοιτο ἐς τὸν οὐρανὸν, ἀνθρωπίνῃ μεγάλῃ τῇ φωνῇ λέγων, Ἔλιπον γᾶν, βαίνω δ' ἐς Ὄλυμπον. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἐτεθήπεσαν, καὶ προσεκύνουν, ὑποφρίττοντες, καὶ ἀνέκρινόν με λέγοντες πότερον πρὸς ἕω, ἢ πρὸς δυσμὰς ἐνεχθείη ὁ γύψ; ἐγὼ δὲ τὸ ἐπελθὸν ἀπεκρινάμην αὐτοῖς.

Ἀπελθὼν δὲ ἐς τὴν πανήγυριν, ἐπέστην τινὶ πολιῷ ἀνδρὶ, καὶ, νὴ τὸν Δί', ἀξιοπίστῳ τὸ πρόσωπον ἐπὶ τῷ πώγωνι, καὶ τῇ λοι-

modo, enarrabam. Apud ſtipites vero, & inhiantes narrationi, tragicae quiddam gravitatis de meo adjiciebam, ut hoc, Cum accenſus eſſet rogus, & jam injeciſſet ſe Proteus, motu telluris magno cum mugitu ante facto, evolantem media de flamma vulturem, caelum verſus abiiſſe, humana magna voce clamantem; *Reliqui terram, abeo in Olympum!* Hi ergo obſtupeſcentes cum horrore quodam adorare, & ex me quaerere, *Utrum verſus orientem an ad occidentem volaſſet vultur?* quibus ego, quidquid in buccam veniret, reſpondi.

40. Tum in concionem delatus adſtiti cano cuidam viro, & fide digno, medius fidius, ſi vultum ſpectares cum barba & gra-

gares *doctus, peritus, eruditus.* Id fuſe oſtendit *Caſaubonus* in commentariis ad Athenæum, *doctis, Jupiter, & laborioſis.* Sed ne ἀσύμβολος abeam, addam loca aliquot. Lucianus in libello cui titulus eſt, πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, ita ſcribit (c. 16.) πλὴν ἀλλὰ μετριώτερός γε ὁ ἰδιώτης οὗτος ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτίκα δῆλος ὢν οἷος ἦν, ἄλλῳ δέ τινι χαρίεντι καὶ δυνησομένῳ ἱστορίαν μεταχειρίσασθαι πεπονηκώς. Vide τὸν χαρίεντα & τὸν ἰδιώτην interpreti opponi. Sed is locus Luciani peſſime converſus eſt. Apud *Plutarchum* cum Periander quidam, medicinæ arte clarus, laudaretur, verum mala poëmata ſcriberet, ei Archidamus, τί δή ποτε, inquit, ὦ Περίανδρε, ἀντὶ χαρίεντος ἰατροῦ κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμεῖς; Ubi iterum videre eſt, κακὸν ποιητὴν opponi χαρίεντι ἰατρῷ. Hunc locum male intellexit *Raphaël Regius* T.F.

Χαρίεντα] Conf. ſupra. *Jov. Trag.* c. 48. & *Quom. Hiſt.* c. 16. quaeque utroque loco notata. Adde hic, non ſemper tamen viros *literatos* intelligendos; ſed generaliter omnes *honeſtiores* & *gratioſos*, quo ſenſu ap. *Diod Sic.* frequens, ut L. XI. c. 86. f. χαριέστατοι τῶν πολιτῶν, atque alibi non ſemel. J.F R

Ibid Ψιλὰ ἂν ὥσπερ σοὶ τὰ πραχθέντα διηγούμην] *Eorum quae geſta erant vel tenuiſſima, quemadmodum tibi exponebam.* Interpolator. Ubi, quis riſum vel indignationem teneat? Hiſce ne licere hominibus bonos ſcriptores attingere? & quæ optime ab interprete erant converſa, depravare? Sic enim plane & diſerte interpres. *Illi rem omnem nude & ſimpliciter, ut acta erat, quemadmodum tibi, commemorabam.* T.F.

16. Βλάκας] Hos Dial. *Alex.* & *Pſeudom.* vocabat παχεῖς. J.B.

20. Γὺψ ἀναπτάμενος] Non opus eſt, ut cum Lemonio proleg. ad Var. Sac. fol. 11. ſuſpicemur, rideri hic Chriſtianorum, de columba e Polycarpi rogo evolante, fabellam; aut in totum adeo Polycarpum eadem opera perſtringi, qui ignis ſupplicium appetierit. Satis, quod vel ex hoc libello ap. paret, audacter & petulanter inſultat Chriſtianis: nec cauſſa, cur nomini parceret a ſe contemtiſſimo. Quid erat porro vulgatius, quam aquilam emitti in conſecratione Romana? Vultur *canis* inſtar inter aves, ut inter homines *Cynici*. Facile ergo haec in mentem venire ſcurrae noſtro poterant. Et quid ſi fabella ipſa Chriſtiana eſt recentior? ſ. gratis conficta, ſ. ex corruptione actorum martyrii orta, quae ipſe emendare conatur Lemonius? J.M.G.

23. Ἔλιπον γᾶν] Ex tragicorum aliquo. Sed cur opus fuit dicere γᾶν potius quam γῆν? Facit ea res πρὸς τὸ σεμνὸν, novæque apotheoſi magis convenit. Somnium, inquies. At audi *Euſtathium* ad Iliad. Quo loco ait Athenienſes prætuliſſe τὸ, ὦ Δάματερ Doricum τῷ, ὦ Δήμητερ, quod commune erat & Atticum etiam. Locum ipſum præſtat apponere. Ἀθηναῖοι δὲ προελόμενοι τοῦ, ὦ Δήμητερ, κοινοῦ ὄντος καὶ Ἀττικοῦ, τὸ, ὦ Δάματερ, Δωρικὸν, ὅτε τι θαυμαστικῶς λέγουσι, μαρτυροῦσι καὶ αὐτοὶ σεμνὰ τῇ φωνῇ τοῦ Ἄλφα. Poſſem addere *Hermogenis* locum lib. 1. περὶ ἰδεῶν, cap. VI. ubi agit περὶ τῆς σεμνότητος; ſed non vacat tranſcribere. T F.

36. Ἑπταφώνῳ Στοᾷ] *Pauſanias* in Eliacis auctor eſt, dictam quoque fuiſſe ποικίλην, (cave cum Attica eandem eſſe putes) & a nonnullis Ἠχοῦς Στοὰν appellatam. Rationem addit; βοήσαντι δὲ ἀνδρὶ, ἑπτάκις ὑπὸ τῆς ἠχοῦς ἡ φωνὴ ἐπὶ τάδε καὶ ἐπὶ πλέον ἔτι ἀποδίδοται. p. 170. Editionis Sylburgianæ. T F.

Ibid. Κοτίνῳ] Videlicet corona Olympiaca. T.F.

39. Ὃν ἐγὼ μικρὸν ἔμπροσθεν ἀφῆκα πέτεσθαι] *Quem ego paulo ante volare omiſi.* Interpol. quo quid poteſt eſſe deterius? Luciani facetiſſimum dictum aperiam.

Di-

gravitate reliqua; cum & reliqua narraret de Proteo, & ut vidiſſet ipſum paullo ante, poſt combuſtionem, in veſte candida, & modo inambulantem laetum atque hilarem in ſeptem vocum porticu reliquiſſet, coronatum olea. Deinde poſt omnia etiam vulturem illum adjecit, juratus, ipſum ſe vidiſſe de rogo evolantem, quem ego paullo ante dimiſeram, ut ridiculos faceret amentes homines & moribus ſtupidos.

τῇ σεμνότητι, τά τε ἄλλα διηγούμενος περὶ τοῦ Πρωτέως, καὶ ὡς μετὰ τὸ καυθῆναι, θεάσαιτο αὐτὸν ἐν λευκῇ ἐσθῆτι μικρὸν ἔμπροσθεν, καὶ νῦν ἀπολίποι περιπατοῦντα φαιδρὸν ἐν τῇ ἑπταφώνῳ στοᾷ, κοτίνῳ τε ἐστεμμένον· εἶτ' ἐπὶ πᾶσι προσέθηκε τὸν γῦπα, διομνύμενος ἦ μὴν αὐτὸς ἑωρακέναι ἀναπτάμενον ἐκ τῆς πυρᾶς, ὃν ἐγὼ μικρὸν ἔμπροσθεν ἀφῆκα πέτεσθαι, [a] καταγελῶν τὰ τῶν ἀνοήτων καὶ βλακικῶν τὸν τρόπον.

41. Caeterum cogita, quae in illo poſtea futura eſſe credibile ſit: quas non apes in illo loco conventuras? quas non congregaturas ſe cicadas? quas non cornices involaturas, ut in ſepulcrum Heſiodi: & id genus alia? Statuas quidem cum apud ipſos

Ἐννόει τὸ λοιπὸν οἷα εἰκὸς ἐπ' αὐτῷ γενήσεσθαι, ποίας μὲν οὐ μελίττας ἐπιστήσεσθαι ἐπὶ τὸν τόπον, τίνας δὲ τέττιγας οὐκ ἐπαγαγέσθαι, τίνας δὲ κορώνας οὐκ ἐπιπτήσεσθαι, καθάπερ ἐπὶ τὸν Ἡσιόδου τάφον· καὶ τὰ τοιαῦτα; εἰκόνας μὲν γὰρ παρά τε Ἠλείων

a Καταγελῶν τὰ] Καταγελῶντα male Edd. priores.

Ibid Κουρά] Haec omnia *Plutarchus* enucleabit in vit. Rhetor. & Dem. *Libanius* etiam vit. *Dem.* *M. du S.*

27. Μόνος γέ τοι τῶν ῥητόρων, ὡς ὁ Λεωσθένης ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ἔμψυχον, οὐ σφυρήλατον παρεῖχε τὸν λόγον] Benedictus: *Ac utique ſolus oratorum, ut Leoſthenes dicere non dubitavit, animatam, non malleo fabricatam orationem protulit.* Quae ſit *malleo fabricata oratio* doceant fabrorum filii: nobis, qui Muſis operamur, ignota eſt utique. Σφυρήλατος λόγος laudatur, non vituperatur. *Plutarchus* de oraculis Pythiae: ὥστε ταυτὶ μὲν τὰ προγεγραμμένα τῶν σοφῶν, τὸ γνῶθι σεαυτὸν, καὶ τὸ, μηδὲν ἄγαν ἀποδέχεσθαι, καὶ θαυμάζειν οὐχ ἥκιστα διὰ τὴν βραχυλογίαν, ὡς πυκνὸν καὶ σφυρήλατον νοῦν ἐν ὀλίγῳ περιέχουσαν ὄγκῳ, & quae ſequuntur. *Sicuti praecepta ſapientum quae proſcribuntur, noſce te ipſum, & illud, ne quid nimis, probamus & admiramur valde ob brevitatem, quod ſapientem & ſolidam complectantur ſententiam in paucis verbis*, ſive ſine *verborum tumore.* Legendum itaque in Luciano, ut eſt in Mſ. ἔμψυχον καὶ σφυρήλατον παρεῖχε τὸν λόγον. *Vivam & ſolidam ora-*

tio-

ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ἔμψυχον, [a] οὐ σφυρήλατον παρεῖχε τὸν λόγον.

Οὐ γὰρ ὡς τὸν Αἰσχύλον ὁ Καλλισθένης ἔφη πε λέγων, τὰς τραγῳδίας ἐν οἴνῳ γράφειν, ἐξορμῶντα, καὶ ἀναθερμαίνοντα τὴν ψυχὴν, οὐχ οὕτως ὁ Δημοσθένης συνετίθει πρὸς μέθην τοὺς λόγους, ἀλλ' ὕδωρ πίνων· ᾗ καὶ τὸν Δημάδην παῖξαί φασιν εἰς ταύτην αὐτοῦ τὴν ὑδροποσίαν, ὡς οἱ μὲν ἄλλοι πρὸς ὕδωρ λέγοιεν, [b] τὸν Δημοσθένην δὲ πρὸς ὕδωρ γράφειν. Πυθέᾳ δὲ ὁ κρότος τῶν Δημοσθενικῶν λόγων ἀπόζειν ἐφαίνετο τοῦ νυκτερινοῦ λύχνου· καὶ τουτὶ μὲν, ἔφη, σοι τὸ χωρίον τοῦ λόγου, κοινὸν πρὸς τὴν ἐμὴν ὑπόθεσιν· οὐ γάρ [c] τοι μείων ὁ περὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν ὑπῆρχε κἀμοὶ λόγος.

Ἀλλ' εἰ [d] μετείοις ἐπὶ τὰς φιλανθρωπίας, καὶ τὴν ἐν τοῖς χρήμασι φιλοτιμίαν, καὶ τῆς πολιτείας τὴν ὅλην λαμπρότητα. καὶ ὁ μὲν ᾔει συνείρων, ὡς τὰ λοιπὰ προσθήσων· ἐγὼ

ſthenes, vivam ac ſpirantem, conſolidatamque orationem protulit.

15. Non enim, ut de Aeſchylo Calliſthenes narrat, alicubi memorans tragoedias ab illo in vino ſcriptas, quo inſtigaret incenderetque animum; eodem modo per ebrietatem compoſuit orationem Demoſthenes, ſed aquam interim potans: unde etiam luſiſſe dicitur in hanc ipſius aquae bibendae conſuetudinem Demades, alios dicere ad aquam, Demoſthenem autem ad aquam ſcribere. Pytheae vero lucernam nocturnam olere videbatur illa Demoſthenicarum orationum concinnitas. Et iſte quidem locus, *inquit*, cum meo tibi argumento communis eſt: neque enim minor de Homeri poëſi mihi quoque oratio ſuppeditat.

16. Sed ſi ad humaniſſima illius opera venias, & honeſtiſſimum pecuniarum uſum, & illum in republica adminiſtranda ſplendorem . . . *Atque ille ſic continuans orationem incedebat, tanquam additurus reliqua. Ego ve-*

a Οὐ] Καὶ Gr. Sed ſolus. *b* Τὸν Δημ. δὲ πρὸς] Δημοσθένης δὲ πρὸς ὕδωρ γράφει *Fl.* *c* Τοι] Τι *Fl.* *d* Μετείοις] Μετείησς *Fl.* male. Μετίοις correxit *Geſn.*

47. Συνείρων] Συμπλέκων. *V.*

tionem edidit. Utraque vox qua laudat orationem Demoſthenis, eſt tranſlata a ſtatuariorum arte. Signa enim vivere dicuntur & ſpirare, cum ſingulari artificis ingenio ſic ficta ſunt, ut videantur non ſtatuae eſſe, ſed viva animantia. *Claudianus* IV. Conſul. Honorii, quamvis ibi loquatur de veſtibus acu pictis:

Vivit opus, multaque ornatur jaſpide cultus,
Et variis ſpirat Nereïa bacca figuris.

Σφυρήλατα, quae & dicuntur ὁλόσφυρα & ὁλοσφύρατα, ſunt ſolida, compacta, plena, non conflata. *Plin.* Hiſt. Nat. XXXIII. c. 4. *Aurea ſtatua prima omnium nulla inanitate, & antequam ex aere aliquo illo modo fieret, quam vocant holoſphyratam, in templo Anaitidis poſita dicitur.* Eſt igitur σφυρήλατος oratio, ſolida, plena graviſſimis ſententiis, in qua nullus eſt inanis verborum ſtrepitus: cui opponitur *oratorum inanis ſententiis verborum volubilitas*, uti vocatur ab Auguſto. *J.G.G.*

Ibid. Λεωσθένης] Vid. not. ad Πρ. λ. c. 2. *M. du S.*

28. Καὶ σφυρήλατον] Obſequamur *Graevio*, id eſt libris antiquis, de καὶ pro οὐ ponendo. Alioquin mihi videbatur pulchre etiam dici ἔμψυχος οὐ σφυρήλατος *viva & ſpirans, non rigida ac dura, ut quae malleo ducuntur. J.M.G.* Et ob hanc rationem ego in vulgato nihil mutavi. *J.F.R.*

30. Καλλισθένης] Idem de Aeſchylo dictum narrat *Plut.* Symp. VII. 10. ſed Calliſthenem auctorem non laudat. *M. du S*

34. Ἀλλ' ὕδωρ πίνων] *Brod.* Miſc. part. 2. p. 525. „ Servius Demoſthenem *abſtemium fuiſſe refert, ob idque acrioris naturae.* Valer. Maximus, *ejus patrem cultellos vendidiſſe.* Quae minime mihi probantur: „ nec enim Demoſthenes a vino abſtinebat, niſi ſi „ quando philoſophiae ſtudiis vacaret, orationes ſcriberet, cauſſam orare vellet. *Athenaeus*, χρόνον τινὰ ὕδωρ μόνον πεπωκέναι oſtendit: Et Lucianus in ejus encomio. *Libanius*, καὶ μὴν ὅτι γε ὕδωρ ἐπετήδευε πίνειν ἵνα ἐγρηγορυῖαν μᾶλλον παρέχηται τὴν διάνοιαν, ἅπασιν ὡμολόγηται. Nec ejus pater cultellos unquam „ vendidit: fuit enim καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν (auctore „ apud *Plutarch.* Theopompo) &, ut temporibus illis copioſus plane & locuples. Indicat ipſius Demoſthenis κατ' ἀφόβου oratio: ὁ γὰρ πατὴρ (inquit) „ κατέλιπε δύο ἐργαστήρια τέχνης οὐ μικρᾶς, ἑκάτερον μα-
„ χαι-

vero ridens? LYC. Numquid, *inquam*, perfundere aures meas cogitas, ut balneator aliquis, exhauſturus orationem reliquam? THERS. Sic eſt per Jovem, *inquit*, Epulas illas publicas, & voluntarias ludorum erogationes, & trierarchias, & moenia, & foſſam, & captivorum liberationes, & elocationes virginum, quae optima gerendae reipublicae ratio eſt: & obitas legationes, & leges perlatas. Ac quoties illa rerum publice geſtarum magnitudo in mentem venit, ridere ſubit hominem contrahentem ſupercilia, ne oratio ſe de factis Demoſthenis deficiat.

δὲ γελάσας; ΛΥΚ. Ἦ πού γε, ἔφην, διανοῇ καταχεῖν μου τῶν ὤτων, ὥσπερ βαλανεὺς καταντλήσας τὸν λοιπὸν λόγον; ΘΕΡΣ. Νὴ Δία γε, εἶπε, δημοθοινίας τε, καὶ χορηγίας ἐθελουσίους, καὶ τριηραρχίας, καὶ τεῖχος, καὶ τάφρον, καὶ λύσεις αἰχμαλώτων, καὶ παρθένων ἐκδόσεις, ἀρίστην πολιτείαν, καὶ πρέσβεις, καὶ νομοθεσίας, καὶ μέγεθος πολιτευμάτων ἐμπεσόν, γελᾶν ἔπεισί μοι, τοῦ τὰς ὀφρῦς συνάγοντος, καὶ δεδιότος μὴ λόγοι τὴν Δημοσθένους αὐτὸν [e] ἔργων ἐπιλίποιεν.

17. LYC. Namque tu forte putas, *inquam*, ſolum me eorum, qui in oratoria arte aetatem contrivimus, non habere aures frequentatas Demoſthenis actionibus? THERS. Si quidem, *inquit*, auxilio quodam ad illam orationem, ut tu ais, opus habeamus: niſi forte contra ea illud tibi accidit, ut veluti ſplendore quodam circumfulgente, defigere obtutum in claro adeo De-

ΛΥΚ. Ἴσως γάρ, ἔφην, ὦ 'γαθέ, νομίζεις, ἐμὲ δὴ μόνον τῶν ἐν ῥητορικῇ βεβιωκότων, μὴ διατεθρυλλῆσθαι τὰ ὦτα ταῖς Δημοσθένους πράξεσιν; ΘΕΡΣ. Εἴγε, ἔφη, περὶ τὸν λόγον ἐπικουρίας τινός, ὡς σὺ φῄς, δεόμεθα· πλὴν εἰ μή σε τοὐναντίον κατέχει πάθος, οἷον αὐγῆς περιλαμπούσης, οὐκ ἔχοις πρὸς λαμπρὰν τὸν Δημοσθέ-

e Ἔργων] Ἔργον prave *V2*.

" χειροποιοὺς μὲν τριάκοντα καὶ δύο, quibus (non enim " hoc curabat ipſe) aut ex libertis ejus quiſpiam, aut " atriensis praeeſſet. Idcirco tamen ab *Æſchine* per " contumeliam & probrum, μαχαιροποιοῦ υἱὸς, voca- " tus eſt, cui Satyra adſtipulatur *Juvenalis* Idem " κατὰ Μειδίου: εἰσφέρων οὐκ ἀπὸ ὑπαρχούσης οὐσίας, ὑπὸ " γὰρ ἐπιτρόπων ἀπεστερήμην, ἀλλ' ἀπὸ τῆς δόξης, ὧν ὁ πα- " τήρ μοι κατέλιπε. &c. *J. Br.*

Ibid. Ὕδωρ πίνων] *Demoſth.* Phil. II. *M. du S.*

35 Δημάδην] Dicacitate hic notus quem ex nauta repente Oratorem factum tradunt veteres. Ad illud ipſum Demadis dictum alludit palam *Demoſth.* Ph. II. (152. C.) λέγοντας, ὡς ἐγὼ μὲν ὕδωρ πίνων εἰκότως δύσκολος καὶ δύστροπος εἰμί τις ἄνθρωπος. Philocrates etiam, teſte ipſo *Demoſthene*, p. m. 217. C. idem riſit. *M. du S.*

37. Δημοσθένην δὲ πρὸς ὕδωρ γράφειν] *Hemſterhuſius* notarat, videndum *Daviſ.* ad *Cic.* Tuſc. D. p. 164. i. e. ad L. 2. c. poſtremum, plane in fin. ubi is de more ad clepſydram dicendi adlegat Scholiaſten *Ariſtoph.* in Acharn. vſ. 693. & *Suidam*, tum & hunc Luciani locum, *Plinium*, *Syneſium* aliosque, unde haec adluſio ad aquam ſcribendi ſatis intelligitur. Sed his nimium notis non immorabimur. *J. F. R.*

38. Πυθέα] Vid. *Plut.* in Demoſth. & *Ciceronis* comparatione, ubi hoc ipſum Pytheae dictum tangit his verbis; ὁ μὲν γὰρ Δημοσθενικὸς (λόγος) ἔξω παντὸς ὡραϊσμοῦ καὶ παιδιᾶς εἰς δεινότητα καὶ σπουδὴν συνηγμένος, οὐκ ἐλλυχνίων ὄδωδεν, ὥσπερ ὁ Πυθέας ἔσκωπτεν, ἀλλ' ὑδροποσίας καὶ φροντίδων, καὶ τῆς λεγομένης πικρίας τοῦ τρόπου καὶ στυγνότητος. p. 1624. Ed. *Steph.* & *Libanium* in vit. Dem. *M. du S.*

Ibid. Κρότος] Sic infra c. 32. κρότῳ καὶ τόνῳ τῆς λέξεων. *L. K.*

44. Μετείοις] An μετίοις; *F. G.*

50. Καταντλήσας τὸν λοιπὸν λόγον] Puto hic ſervandam ſuam vim verbi ex etymologia quam expreſſimus, & ab eo pendere accuſativos qui ſequuntur χορηγίας, τριηραρχίας, reliquos. Nec tamen ignoro, quam pulchre ex Medicorum diſciplina hoc verbum apud *Longinum* c. 12. extr. interpretetur *Tollius*, *fovere, & amabili ac jucunda verborum ſententiarumque copia rigare, animorumque ulcera emollire atque lenire.* Caeterum ipſa haec Demoſthenis κατορθώματα repetiiſſe videtur auctor ex illius oratione *pro Corona* v. g. c. 93. ubi τειχισμὸν καὶ ταφρείαν commemorat, c. 81. εἴ τινες ἐκ τῶν πολεμίων ἐλυσάμην, εἴ τισι θυγατέρας συνεξέδωκα. κ. τ. λ. *J. M. G.*

55. Πρέσβεις] Πρεσβείας correxerat Cl. *Geſn.* Optime. Et *legationes* etiam Interprete *Melanchtone* Pariſina, quamvis πρέσβεις reliquerit in Graecis. In quo Edd. cett. conſentiunt, ſed vellem diſſentirent, & πρεσβείας eligerem. Sed & iterum πρέσβεις c. 18. f. *J. F. R.*

77. Σα

σθένους δόξαν τὴν ὄψιν ἀπερεῖσαι. καὶ γὰρ αὐτός τι τοιοῦτον ἐφ' Ὁμήρῳ κατὰ τὰς ἀρχὰς πέπονθα. κατέβαλον γοῦν μικροῦ δεῖν, ὥστε οὐκ ἀντιβλεπτέον ὄν μοι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν· εἶτ' ἐγὼ μὲν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἀνήνεγκα, δοκῶ μοι κατὰ σμικρὸν προσεθιζόμενος ἀντίον ὁρᾶν. καὶ μηδ' ἀποτρέπων, ὥσπερ ἡλίου τὰς ὄψεις, νόθος τοῦ τῶν Ὁμηριδῶν γένους ἐλέγχεσθαι.

[a] Σοὶ δέ [b] μοι φαίνεται καὶ τοῦτο, ἔφη, πολὺ ῥᾷον, [c] ἢ κατ' ἐμὲ εἶναι. τῆς μὲν γὰρ Ὁμήρου δόξης, οἷον ἐπὶ μιᾶς [d] ὁρμώσης τῆς ποιητικῆς δυνάμεως, ἀθρόως ἐξ ἀνάγκης ἦν ἁπάσης λαβέσθαι· σὺ δ' εἰ μὲν ἐπὶ τὸν Δημοσθένην ὅλον ἐφάπαξ τῇ γνώμῃ τράποιο, καὶ μάλα ἂν ἀποροίης περὶ τὸν λόγον ἄττων, οὐκ ἔχων ὅτου πρώτου τὴν γνώμην λάβοις, καθάπερ οἱ λίχνοι πάσχουσι περὶ τὰς [e] Συρακουσίους τραπέζας, ἢ οἱ φιλήκοοι, καὶ φιλοθεάμονες, εἰς μυρίας ἀκουσμάτων καὶ θεαμάτων ἡδονὰς ἐμπεσόντες· οὐκ ἔχουσι [f] γὰρ ἐφ' ἣν ἔλθωσιν, ἀεὶ τὴν ἐπιθυμίαν μετατιθέντες. οἶμαι δὲ καὶ σὲ μεταπηδᾶν, οὐκ ἔχοντα ἐφ' ὅ, τι σταίης, ἐν κύκλῳ σε περιελκόντων, φύσεως μεγαλοπρεποῦς, ὁρμῆς διαπύρου, βίου σώφρονος, λόγου δεινότητος, τῆς ἐν ταῖς πράξεσιν [g] ἀνδρίας, λημ-

moſthenis fulgore nequeas. Etenim ipſi mihi ſimile quiddam in Homero ab initio uſu venit. Parum enim abfuit, quin abjicerem, quod obtutum defigere in argumento mihi non poſſe viderer. Deinde neſcio quomodo me recepi, ac videor mihi paullatim ad contra intuendum aſſuefactus eſſe, nec amplius avertendis velut a Sole oculis, nothus & *inſiticius* Homeridarum generis deprehendi.

18. Tibi vero etiam hoc multo eſſe facilius, mihi videtur, quam meum *mihi negotium*. Etenim Homeri gloria, ad unam poëticam facultatem cum referatur, confertim neceſſario tota arripienda fuit. Tu vero ſi ad totum ſimul Demoſthenem advertas animum, omnino dubites trepidans circa orationem, nec habens, quid primum cogitatione arripias; quale quid guloſis accidit ad Syracuſanas menſas, aut cupidis audiendi videndique hominibus, ſi in ſexcentas auditionum ſpectaculorumque voluptates incidant; nec enim quo ſe vertant habent, transferentes perpetuo cupiditatem. Puto autem te quoque huc illuc ſalire, nec habere ubi conſiſtas, orbe quodam te huc illuc trahentibus ingenio magnifico, inflammato impetu, vita temperanti, ut dicendi, for-

a Σοὶ] Conſtans, at mala lectio. Σὸν *Jenſ.* *b* Μοι] Sic *Fl. H. B1. S.* &c. Μὴν *P.* *c* Ἢ κατ'] Ἢ τὸ κατ' malit *Geſn.* *d* Ὁρμώσης] Ὁρμούσης marg. *A1W.* ex *Fl.* *e* Συρακουσίους] Συρακουσίας *Fl.* Sed nil opus eſt *f* Γὰρ] Omittit *Fl.* *g* Ἀνδρίας] Ἀνδρείας *Fl.*

77. Σοὶ δέ μοι φαίνεται] Scribendum σόν. *Tuum opus*, laudatio Homeri ſcilicet, quae comparatur cum laudatione Demoſthenis, utra majoris difficultatis res ſit. *J.J.*

Σοὶ] Rectius omnino eſt Cl. *Jenſii* σόν. ſed ſcripturam veterem repraeſentare ſatius duxi. *M. du S.*

Σοὶ δέ μοι] Parum abeſt quin invitis omnibus Cl. *Jenſii* emendationem recipiam. Ita enim non modo ſenſus poſtulat, ſed & ſupra σὸν δὲ τοῦτο Noſter etiam dixit. At quia & σοῦ poſſit legi, & *Solan.* vulgatum exhibuit, ſcribam cum vulgo, ſentiam hic cum *Jenſio.* *J.F.R.*

83. Περὶ τὸν λόγον ἄττων] Gloſſema videtur. *F.G.*

94. Ἀνδρίας] Etſi Florentinae ἀνδρείας forſan praeferendam, nolui tamen hic ei obſecundare, quia ἀνδρία frequentius ap. Noſtrum occurrit, vid. ſupra ad *Macrob.* c. 8. *J.F.R.*

8. Ἰσμηνὸν — ὑμνήσομεν] *Pindari* locus. *F.G.*

Ἰσμηνὸν] Inter *Pindari* opera, quae hodie ſuperſunt, non reperio. *M. du S.*

13. Ὑμνήσομεν] De variis hymnorum hic notis nominibus vid. *Ill. Spanhem.* ad *Callim.* v. 1. *J.F.R.*

21. Ἱκανὴ γοῦν σοι ἂν ἡ Περικλέους. ἐκείνου μέν γε τὰς αὐτὰς ἀστραπὰς, καὶ βροντὰς, καὶ πειθοῦς, τι κέντρον δόξῃ παραλαβόντες, ἀλλ' αὐτόν γε οὐχ ὁρῶμεν, δῆλον ὡς ὥσπερ τὴν φαντασίαν οὐδὲν ἔμμονον ἔχοντες, οὐδ' οἷον ἐξαρκέσαι πρὸς τὴν τοῦ χρόνου βάσανον καὶ κρίσιν.] In hoc loco nihil ſani, ſi attendas animum. Vertit Benedictus: *Hic ſatis erit eum cum Pericle conferre. Illius quidem fulgura, tonitrua, & ſuadelae quoddam calcar accepimus fama, ſed orationem ipſam non videmus. Unde conſtat ejus nihil praeter opinionem ſtetiſſe, nec temporis probationem & ju-*

fortitudine in rebus gerendis, multorum magnorumque quaeſtuum contemtu, juſtitia, humanitate, fide, ſenſu, prudentia, unoquoque de multis illis & magnis facinoribus reip. cauſſa ſuſceptis. Fortaſſe igitur videns hinc decreta, legationes, conciones, leges, hinc claſſes, Euboeam, Megara, Boëotiam, Chion, Rhodum, Helleſpontum, Byzantium, non habes quo mentem deflectas, quem *tot* praeclara *velut* auferant.

μάτων πολλῶν καὶ μεγάλων ὑπεροψίας, δικαιοσύνης, φιλανθρωπίας, πίστεως, φρονήματος, συνέσεως, ἑκάστου τῶν πολλῶν καὶ μεγάλων πολιτευμάτων. ἴσως οὖν ὁρῶν ἔνθεν μὲν ψηφίσματα, [h] πρέσβεις, δημηγορίας, νόμους. ἐκεῖθεν ἀποστόλους, Εὔβοιαν, Μέγαρα, τὴν Βοιωτίαν, Χίον, Ῥόδον, τὴν Ἑλλήσποντον, Βυζάντιον, οὐκ ἔχεις ὅποι τὴν γνώμην ἀποκλίνῃς, συμπεριφερόμενος τοῖς πλεονεκτήμασιν.

19. Quem ad modum ergo Pindarus, ad multa animum circumferens, ita fere dubitat,

Iſmenon utrum, aureo an Melian colo,
Cadmumne, ſpartos an genus inclytum,
An caerula flammea Thebes,
Vimne conantem omnia Herculeam,
Bacchine patris laetos canemus honores?
Candidae connubiane Harmonies?

Ita tu quoque ſimili ratione videris ambigere, Orationemne an vitam, oratoriam an philoſophiam, populi regendi artem an mortem viri, praedicare oporteat.

Ὥσπερ οὖν ὁ Πίνδαρος, ἐπὶ πολλὰ τῷ νῷ τραπόμενος, οὕτω πως ἠπόρηκεν,

Ἰσμηνόν, ἢ [i] χρυσηλάκατον Μελίαν,
Ἢ Κάδμον ἢ σπαρτῶν ἱερὸν γένος,
Ἢ τὰν κυανάμπυκα Θήβαν,
Ἢ τὸ πάντολμον σθένος [k] Ἡρακλέος,
Ἢ τὰν Διονύσου πολυγαθέα τιμάν,
Ἢ γάμον λευκωλένου Ἁρμονίας ὑμνήσομεν;

[l] Οὑτωσὶ δὲ καὶ σύγε ταὐτὸν ἔοικας ἀπορεῖν, λόγον, ἢ βίον, ἢ ῥητορικήν, ἢ φιλοσοφίαν, ἢ δημαγωγίαν, ἢ τὸν θάνατον τἀνδρὸς ὑμνητέον.

20. Nullo vero labore, *inquit*, oberrationem effugeris: ſed quamcumque partem arripiens, aut eloquentiam per ſe *ſpectatam*, in eam hanc orationem conferto. Apta ti-

Ἔστι δ' οὐδὲν ἔργον ἐκφυγεῖν, ἔφη, τὴν πλάνην, ἀλλ' ἑνὸς ὅτου δὴ λαβόμενος, ἢ τῆς ῥητορικῆς καθ' αὑτήν, εἰς ταύτην [m] κατάθου τοῦτον τὸν λόγον. ἱκανὴ [n] γ' ἄν σοι

h Πρέσβεις] Forſ. πρεσβείας. *i* Χρυσηλάκατον] Χρηστηλάκ. male *J.* *k* Ἡρακλέος] Ἡρακλέους *Fl.* *l* Οὑτωσὶ δὲ καὶ σύγε] Οὕτως οἶδεν. καὶ σὺ *Coll.* *m* Κατάθου] Καθοῦ *Fl.* *n* Γ' ἄν σοι οὐδ'] Sic *J.* & *V2.* Γοῦν σοι ἢ ἡ cett. Μὴ *Fl.*

8. Ἰσμηνὸν ἢ χρυσάλακα] * Ἀρχαὶ ταῦτα τῶν Πινδάρου τοῦ μελοποιοῦ ὕμνων. *V.*

* Ἀρχαὶ] Unum eſt initium, non plura. Sic tamen etiam eſt in C. *M. du S.* At ſic ſaltem ἀρχαὶ ſcribendum fuiſſet.

14. Οὑτωσὶ δὲ ἢ σύγε] Γρ. οὕτως οἶδεν. καὶ σὺ ταὐτὸν ἔοικας ἀπορεῖν. *G.*

Forſan ἄρχεται dedit Scholiaſt. idque per compendium, ἄρχαι pinxerat. *J. F. R.*

iudicium ſuſtinere potuiſſe. Quam multa hic ſunt in Latinis infarta, ut ſententia naſcatur, quae in Graecis non habentur! quam multa male ſunt verſa! Primum ἡ Περικλέους, num eſt Pericles? Ἀπὸ κοινοῦ ex praecedentibus repetendum eſt ῥητορική. *Sufficiet tibi Periclis* ſc. eloquentia, ſi conferatur cum Demoſthenis. Dein, πειθοῦς κέντρον non recte vertitur *calcar eloquentiae*, ſed *aculeus*, quem infigebat animis auditorum ut recte Melanchthon. Mox, ἀλλ' αὐτόν γε οὐχ ὁρῶμεν, *ſed ipſum non videmus?* quemnam? Periclem? non mirum ante tot ſecula placida compoſtum quiete: ſed nec de Pericle locutus erat; ſed de τῇ τοῦ Περικλέους, de eloquentia Periclis; itaque recte Mſ. & editio Florentina nec non *Baſileenſis*: ἀλλ' αὐτήν γε οὐχ ὁρῶμεν. *ipſam non videmus*, ſc. eloquentiam. Nulla enim oratio ejus poſteris eſt prodita. Verba quae ſequuntur, obſcurius vertuntur: δῆλον ὡς ὑπὲρ τὴν φαντασίαν οὐδὲν ἔμμονον ἔχοντες. Salmurienſis: *Unde conſtat ejus nihil praeter opinionem ſtetiſſe.* Pejus Melanchthon: *Quare conſtat eas praeter actionem, nullam habuiſſe ſolidam ac durabilem laudem*, ſc. orationes. Et ſic Latinus quoque Interpres videtur legiſſe. Num φαντα-

 σία

σοι οὐδ' ἡ Περικλέους. ἐκείνου μὲν γε τὰς ἀστραπὰς, καὶ βροντὰς, καὶ πειθοῦς τι κέντρον δόξῃ παραλαβόντες, ἀλλ' [a] αὐτήν γε οὐχ ὁρῶμεν, [b] δῆλον ὡς ὑπὲρ τὴν φαντασίαν, οὐδὲν ἔμμονον [c] ἔχουσαν, οὐδ' [d] οἷον ἐξαρκέσαι πρὸς τὴν τοῦ χρόνου βάσανον, καὶ κρίσιν. τὰ δὲ τοῦ Δημοσθένους [e] ἄλλα σοὶ καταλελείφθω λέγειν, εἰ ταύτῃ τράποιο.

Πρόσγε μὴν τὰς τῆς ψυχῆς ἀρετὰς, ἢ τὰς πολιτείας αὐτοῦ τραπομένῳ, καλὸν μίαν ἡντιναοῦν ἀποτεμνέσθαι τὴν διατριβήν· εἰ δὲ βούλοιο [f] δαψιλῶς, δύο καὶ σύντρεις ἑλόμενον, ἔχειν ἀποχρῶσαν λόγων [g] ὑποβολήν. πολλὴ γὰρ ἐν ἅπασιν ἡ [h] λαμπρότης. εἰ δ' οὐκ ἐκ τοῦ παντὸς, ἀλλ' ἐκ μέρους ἐπαινεσόμεθα· νόμος μὲν [i] γὰρ Ὁμηρικὸς, ἡρώων ἐπαίνους ἐκ μερῶν διατίθεσθαι, ποδῶν, ἢ κεφαλῆς, ἢ κόμης, ἤδη δὲ κἀκ τῶν φορημάτων, ἢ ἀσπίδων, μεμπτὸν δ' οὐδὲ τοῖς θεοῖς ἐγένετο, ὑμνεῖσθαι [k] πρὸς τῶν ποιητῶν, ἐξ ἠλακάτης, ἢ τόξων, ἢ τῆς αἰγίδος, μήτι γε δὴ μέρους σώματος, ἢ τῆς ψυχῆς· τῶν εὐεργεσιῶν δὲ οὐδὲ δυνατὸν ἐφάπαξ ἐλθεῖν. οὔκουν οὐδ' ὁ Δημοσθένης αἰτιάσεται, καθ' ἓν τῶν αὐτοῦ καλῶν ἐπαινούμε-

bi *hic* fuerit *eloquentia* Periclis. Illius nos quidem fulgura ac tonitrua, ac Suadae illum aculeum, fama accepimus; ſed ipſam non videmus *eloquentiam:* ſcilicet praeter formam qualemcumque animo conceptam ſtabile & ſolidum nihil habentem, neque quod temporis illud examen judiciumque poſſit ſuſtinere. . . . Reliqua vero Demoſthenis praetermittenda tibi, huc ſi verteris, fuerint.

21. Ad animi autem virtutes aut praeclare in republica facta converſo decens fuerit, quodcumque inde decerpere dicendi argumentum, aut ſi largiter facere volueris, duobus, ſummum tribus delectis, habere ſatis materiae ad dicendum ſubjectae, tantum eſt claritatis in ſingulis. Si vero non in univerſum, ſed ex parte laudare velimus, praeſto quidem Homerica lex eſt, Heroum laudes inſtituere e partibus, pedibus, aut capite, aut coma; jam vero etiam ex geſtaminibus, aut ſcutis, cum indignum Dis non fuerit cantari a Poëtis ob colum, aut ſagittas, aut aegidem, nedum ob corporis partem aut mentis adeo, per beneficia autem ire ſingula nemini datum ſit. Ergo neque aegre feret Demoſthenes, ſe ab uno eorum quae pulchra in ipſo ſunt laudari: quan-

a Αὐτήν γε] Sic *Fl. Fr. B*1. & 2. Αὐτοί γε *H. P. S. Ald.* *b* Δῆλον ὡς ὑπὲρ] Δῆλον. ὡς οὐδεν ὁποῖον ὑπὲρ *Fl.* *c* Ἔχουσαν] Receptum ex *Fl.* & *Graev.* Ἔχοντες Edd. vulgo. *d* Οἷοι] Ex *Fl.* recepi. Οἷαν cett. *e* Ἄλλα] Ex emend. *Geſn.* Ἀλλὰ Edd. vulgo. *f* Δαψιλῶς] Sic pleraeque. Δαψιλὰς *J.* δαψιλεῖς *Fl.* *g* Ὑποβολήν] Ex *Fr.* recepi. Ὑποβολὴν *H*2. Ὑπερβολὴν *P. J.* &c. omnes male. *h* Λαμπρότης] Λαμπρώτης male *H*1. 2. *i* Γὰρ] Omittit *Fl.* *k* Πρὸς] Ὑπὸ marg. *A*1.

σία eſt *actio*, quod Melanchthoni placuit? Pro ἔχοντες Mſ. ὡς ὑπὲρ τὴν φαντασίαν οὐδεν ἔμμονον ἔχουσαν, οὐδ' οἷαν ἐξαρκέσαι. *Quae praeter imaginationem nihil quod duret habet, quippe quae non potuit ſuſtinere temporis examen & judicium*, quamvis ἔχοντες aeque ferri poſſit, ac ἔχουσαν, hoc eſt, ex qua Periclis eloquentia nihil ad poſteros eſt transmiſſum, nihilque ſupereſt quam illa imaginatio, illa ſpecies, quam animo informamus ac concipimus, de ejus fulguribus & tonitribus quibus miſcuiſſe Graeciam audimus, non legimus, non videmus, ut in Demoſthene: φαντασία hic non eſt illa Oratorum, ὅταν ἃ λέγεις ὑπ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ πάθους βλέπειν δοκῇς, καὶ ὑπ' ὄψιν τιθῇς τοῖς ἀκούουσιν. *Cum ſcilicet ea, quae dicis, quaſi enthuſiaſmo & vehementi motu correptus, videris cernere, eademque auditoribus ob oculos ponere.* ut eam definit *Longinus* de ſublimi dicendi gen. c. 14. ſed illa, qua rem auditam cogitatione informamus, οἷαν autem non pertinet ad φαντασίαν. ſed ad ῥητορικήν. *J.G.G.*

Ibid. Γ' ἂν σοι οὐδ' ἡ] Sic recte *Ven.* utraque. In pleriſque impreſſis γοῦν σοι ἡ ἡ. *Fl.* vero μοι &c. *M. du S.*

22. Σοι ἡ ἡ] Lege εἴη. *F.G.*

Ibid. Περικλέους] *Plutarchus* docet, nihil ejus praeter decreta ſupereſſe, ejus tamen aliqua ferri *Cicero* in Bruto auctor eſt n. 7. teſte *Quintiliano* III. 1 p. 126. A. qui haec verba addit: *equidem non reperio quidquam tanta eloquentiae fama dignum. Ideoque minus miror eſſe, qui nihil ab eo ſcriptum putent: haec autem quae feruntur, ab aliis eſſe compoſita.* De Orat. tamen II. 22. *Conſtare ſcripta* Periclis ait: niſi forſan ea tantum in-

quandoquidem univerſitati ſuarum laudum ne ipſe quidem par eſſe videatur.

22. *Haec ita percurrente Therſagora*, LYC. Puto ego, *inquam*, te, cum illud unum demonſtratum mihi cuperes, non ſolum poëtam te bonum eſſe, illud quaſi corollarium feciſſe Demoſthenem, ſoluta oratione adjuncta carminibus. THERS. *Ille*, Facilitatem tibi, *inquit*, negotii tui ob oculos poſiturus eo provectus ſum, orationem ut percurrerem, *& levia tibi illius veſtigia ſignarem*, ſi quid de cura tua remittens, operam dare mihi recitanti velles. LYC. Noris, *inquam*, nihil te quidquam profeciſſe. Ac vide ne illud alterum (*illa difficultas quae me angit*) etiam auctum ſit. THERS. Praeclaram, *inquit*, mihi medicinam narras. LYC. Nempe, *inquam*, difficultatem praeſentem ignoras, deinde medici inſtar laborantem partem ignorantis, aliam curas. THERS. Quid ita? LYC. Tu quidem iis, quae turbare forte eum queant, ſi quis primum ad ejusmodi orationem aggrediatur, mederi conatus es: at illa olim conſumta ſunt antiquis annorum anfractibus. Igitur difficultatis hujus obſoletae ſunt tuae medicinae. THERS. Haec ipſa ergo, *inquit*, Medicina tibi *ſuppeditat*. Nempe velut viam, tutiſſimam oportet eſſe eam, quae tritiſſima eſt.

νος· ἐπεὶ τό γε σύμπαν οὐδ᾽ αὐτὸς ἂν αὐτὸν ἐξαρκέσειεν ἐπαινέσαι.

Ταῦτα τοῦ Θερσαγόρου διελθόντος, ΛΥΚ. Οἶμαί σε, ἔφην, ἐν ἐπιδεδεῖχθαί μοι βουλόμενον, τὸ μὴ μόνον ποιητὴν ἀγαθὸν εἶναι, [l] τῶν λόγων παρεμπόρευμα πεποιῆσθαι τὸν Δημοσθένην, τὰ πεζὰ τοῖς ἐμμέτροις προστιθέντα. ΘΕΡΣ. Σοὶ μὲν οὖν, ἔφη, τὴν ῥᾳστώνην ὑποτιθεὶς, προήχθην ἐπιδραμεῖν τὸν λόγον, εἴ τι τῆς φροντίδος ἀνεὶς ἀκροατὴς ἡμῖν γένοιο. ΛΥΚ. Προὔργου τοίνυν, ἔφην, σοι γέγονεν οὐδὲν, εὖ ἴσθι. σκόπει δὲ μὴ καὶ πλέον ᾖ γεγονὸς θάτερον. ΘΕΡΣ. Καλὸν ἂν λέγοις, ἔφη, τὸ ἴαμα. ΛΥΚ. Σὺ γὰρ, ἔφην, ἀγνοεῖς, οἶμαι, τὸ παρὸν ἄπορον, εἶτα ἰατροῦ δίκην τὸ τοῦ νοσοῦντος σαθρὸν ἀγνοήσαντος ἄλλο θεραπεύεις; ΘΕΡΣ. Ὅτι τί δή; ΛΥΚ. Σὺ μὲν, ἃ [m] ταράξειεν ἂν τὸν πρῶτον ἰόντα πρὸς τὸν λόγον, ἐπεχείρησας ἰᾶσθαι, τάδ᾽ ἤδη [n] καλινδάλωται [o] παλαιαῖς ἐτῶν περιόδοις. ὥστε [p] ταύτης τῆς ἀπορίας ἕωλά σοι τὰ ἰάματα. ΘΕΡΣ. Τοῦτο δ᾽ οὖν, ἔφη, σοι τό γε ἴαμα. χρὴ μέντοι καθάπερ ὁδοῦ, θαῤῥαλεωτάτην εἶναι τὴν συνηθεστάτην.

ΛΥΚ.

l Τῶν λόγων] Τῷ δόρῳ *Fl.* *m* Ταράξειεν] Ταρξξιεν *J.* prave. *n* Καλινδάλωται] Καλανδάλωται *Fl.* *o* Παλαιαῖς] Πολλαῖς *Fl.* *p* Ταύτης τῆς ἀπορίας] Ταύτῃ ταῖς ἀπορίαις *Fl.*

58. Προὔργου] Προὐργου πλέον. Ἰσοκράτης φησὶ, ἵνα προὔργον τοι γένηται, ἀντὶ τοῦ πλέον. *V.*

intelligit, quae apud Thucydidem extant: *Ab Ariſtophane Pocia fulgere, tonare, permiſcere Graeciam dictus eſt. Cic.* Or. 9. Vide autem Νιγρ. c. 4. ubi verſus Eupolidis legitur in quo κέντρον illud Periclis memoratur. *M. du S.*

23. Τι κέντρον] Τὸ κέντρον legi jubet Cl. *Hemſterh.* ad *Nigrin.* §. 7. f. p. 46. T. I. ubi ὡς ἀληθῶς ἐγκατέλιπε τι κέντρον τοῖς ἀκούουσι, etiam minus apte legitur. *J.F.R.*

26. Ἔχουσαν] Sic praeter G. *Fl.* & in prima quidem voce *Fr* & *B2.* quae in poſtrema cum reliquis aberrant, in quibus legitur αὐτόν .... ἔχοντες inter ὡς & ὑπὲρ *Fl.* inſerit οὐδὲν ὁποῖον, quod in reliquis non extat. Illud monendum reſtat, pro οἵαν quod mox ſequitur, in *Fl.* legi οἷον, quod reſpondet ſuo ὁποῖον. *M. du S.*

Ibid. Οὐδ᾽ οἵαν] Lege οἷον. *F.G.* Bene divinavit, cumque & *Fl.* confirmet, recepi. *J.F.R.*

27. Βάσανον & κρίσιν] Hic arbitror abrumpi orationem. Therſagoras ſatis habet viam quaſi monſtraſſe dicendorum in comparatione Periclis cum Demoſthene; reliqua ingenio amici permittit. *J.M.G.*

42. Πρὸς τῶν ποιητῶν] Gloſſam eſſe τὸ ὑπὸ, eſt apertum: nam πρὸς cum genitivo, & verbo paſſivo, pro ὑπὸ, habuimus adeo frequenter, ut operae haud ſit repetere. Vid. tamen *Icar.* c. 15. 21. f. *Bis Accuſ.* c. 17. f. *Rhet. Praec.* c. 1. *Adv. Indoct.* 28. & *Bergl.* ad *Alciphr.* p. 120. *J.F.R.*

45. Ἐφ᾽ ἅπαξ ἐλθεῖν] Ἐλθεῖν τῶν εὐεργεσιῶν an ſignificare poſſit *enarrare beneficia*, vehementer dubito. Suſpicor poſt *Wolfium*, legendum ἐφ᾽ ἁπάσας ἐλθεῖν, idque tanto magis, cum compendium ſyllabae σας in li-

ΛΥΚ. Τὴν ἐναντίαν γὰρ, εἶπον, πρȣθέμην, [a] ἢ φασὶν Ἀννίκεριν τὸν Κυρηναῖον φιλοτιμηθῆναι πρὸς Πλάτωνά τε, καὶ τȣ̀ς ἑταίρȣς. τὸν μὲν γὰρ Κυρηναῖον ἁρματηλασίαν ἐπιδεικνῦντα, πολλȣ̀ς περὶ τὴν Ἀκαδημίαν ἐξελαύνειν δρόμȣς, ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἁρματοτροχίας ἅπαντας, μηδὲν [b] παραβάντα, ὥσθ' ἑνὸς δρόμȣ σημεῖα κατὰ τῆς γῆς ὑπολείπεσθαι. τȣ̓μὸν δέ γε, τȣ̓ναντίον σπεύδει, τὰς ἁρματοτροχίας ἀλεείνειν· ȣ̓ μάλα ῥᾴδιον δ', οἶμαι, καινȣργεῖν ὁδȣ̀ς, τῶν τετριμμένων ἐκτρεπόμενον. ΘΕΡΣ. Ἀλλά τοι τὸ [c] Παύσωνος, ἔφη, σοφόν; ΛΥΚ. Ποῖον; ἔφην, ȣ̓ γὰρ ἀκήκοα.

ΘΕΡΣ. Παύσωνι τῷ ζωγράφῳ φασὶν ἐκδοθῆναι γράψαι ἵππον [d] καλινδȣ́μενον· τὸν δὲ γράψαι τρέχοντα, καὶ πολὺν κονιορτὸν περὶ τὸν ἵππον· ὡς δ' ἔτι γράφοντος, ἐπιστῆναι τὸν ἐκδόντα, μέμφεσθαι, μὴ γὰρ τȣ̃το προστάξαι· τὸν ȣ̓̃ν Παύσωνα τȣ̃ πίνακος τὰ μετέωρα κάτω περιαγαγόντα, τῷ παιδὶ τὴν γραφὴν ἐπιδεῖξαι κελεῦσαι, καὶ τὸν ἵππον ἔμπαλιν [e] κείμενον ὀφθῆναι καλινδȣ́μενον. ΛΥΚ. Ἡδὺς εἶ, ἔφην, Θερσαγόρα, ἂν μίαν οἴῃ με στροφὴν μεμηχανῆσθαι τοσȣ́των ἐτῶν, ἀλλ' ȣ̓χὶ πάσας στροφὰς, καὶ περιαγωγὰς ἐναλλάττοντα, καὶ μετατιθέντα,

23. LYC. *Male narras.* Nam contrariam, *inquam*, ego mihi propoſui illi, in qua gloriam appetiiſſe dicitur Cyrenaeus Anniceris apud Platonem ejusque ſodales. Cyrenaeum enim ajunt, cum aurigandi peritiam oſtentaret, multa circum Academiam egiſſe curricula, per eandem omnia orbitam, quam nusquam egrederetur, ita ut curriculi non niſi unius in ſolo veſtigia relinquerentur. Mea vero contraria ſcilicet eſt ratio, qui evitare orbitam ſtudeam. Non nimis autem facile arbitror, novas comminiſci vias, declinatis his quae tritae ſunt. THERS. Verum enim vero ſapiens, *inquit*, Pauſonis commentum eſt. LYC. Quodnam? *inquam:* nec enim audivi.

24. THERS. Pauſoni pictori pingendum locatum ajunt equum volutantem ſe: at illum pinxiſſe currentem, multumque circa equum ſublatum pulverem. Pingenti ſuperveniſſe qui locaverat, queſtumque: neque enim hoc ſe juſſiſſe. Pauſonem itaque imperaſſe puero, ut ſummis tabulae verſus ima converſis, picturam oſtenderet, ſicque equum inverſum volutari viſum eſſe. LYC. Suavis homo es, *inquam*, Therſagora, ſi putas unam me, tot annorum *hominum* converſionem machinari, non potius converſiones omnes & circumductiones mutare, ac transponere, ac ſic quoque metuere,

a Ἢ] Bene *Ald. Fr. B*1. 2. *P. S. H.* Ἣ adſpirate *J. V*2. *Fl.* b Παραβάντα] Παραβάντας *Fl.* c Παύσωνος] Recepi ex *Fl.* & *Graev.* & hic, & deinde bis. Nam Πάσωνος & mox Πάσωνι ac Πάσωνα male reliquae omnes. d Καλινδȣ́μενον] Ἀλινδȣ́μενον male *Fl.* e Κείμενον] Omiſit *Fl.*

literam ξ transire facile potuerit. *J.M.G.*

73. Τὴν ἐναντίαν γὰρ, εἶπον] Quod in interpretatione huic reſponſioni verba praemiſi *Male narras*; lucis inferendae cauſa factum eſt. Nempe ſic abrupte loquuntur Graeci & Latini, cum concedunt quidem, quod alter dixit, ſed ad ſe nihil pertinere oſtendunt. Aliquoties ita noſter in *Hermotimo.* De Latinis diximus ad *Quintil.* 2, 7. extr. Caeterum hanc de Anniceri narrationem habet etiam *Aelian.* H.V. 2, 27. *J.M.G.*

74. Ἀννίκεριν] Ille ipſe qui Platonem, cum juſſu Dionyſii vaeniret, redemerat. *Diog. Laërt.* 74. E. & 54. C. ubi tamen alium Anicerim eſſe contendit *Menagius*, quem vide p. 70. D. ubi plura de eo teſtimonia congeſſit. Idem de eo narrat & *Ælianus* V. H. II. 27. teſte Men. & *Lactantius* III. 25. ubi & pretium addit *octo ſeſtertia*. Pro ἢ male *Fl.* & *V*2. ἣ In *J.* autem ἡ̃, niſi quod mendoſe ἥ. Illud enim haud dubie Editor volebat, ut c. 15. ἢ ὃ τὸν Δημάδην &c. quod ſane minime ſpernendum, immo verum puto. *M. du S.*

75. Πρὸς Πλάτωνα] *Aelian.* Var. Hiſt. II. 27. *F.G.*

81. Ἁρματροχίας ἀλεείνειν] *Hom.* dixit, ἁρματροχιὰς ἀλεείνων, quod diverſum eſt. *F.G.*

84. Παύσωνος] *Menagius* ita emendandum eſſe viderat & Mſ. Gr. & *Fl.* Ed. confirmant. In reliquis enim prave ubique legitur Πάσωνος &c. vid. *Plut.* 705. f. *Aelian.* Var. H. XIV. 15. De hoc Pauſone judicium *Ariſtotelis* vide de Poët. c. 2. pr. (Non viderat forte *Menagius*, ſed *Gujeto*, ut ſolet, ſurripuit.) *M. du S.*

Πάσωνος] Pauſon pictor. Pauſon dicitur *Aeliano* Var. Hiſt. 14. 15. & *Plutarcho* de Pythiae oraculis, & aliis,

re, ne idem mihi denique quod Proteo uſu veniat. THERS. Quid illud eſt, *inquit?* LYC. Ne fiam, *inquam*, quod ille factus eſt, cum humanam ſpeciem ſtuderet effugere: quando conſumtis formis omnibus animantium, plantarum, elementorum, rurſus denique adſciticiae formae inopia, Proteus factus eſt.

25. THERS. Tu quidem ſupra illum Protea, *inquit*, meae recitationis effugiendae rationes comminiſceris. LYC. Non hoc, *inquam*, vir optime. Dabo enim tibi hanc audiendi operam omiſſa parumper quae incumbit mihi cura. Forte enim parte curarum de tuo foetu liberatus, etiam meae parturitionis curam una ſuſcipies. *Cum igitur ita illi quoque videretur, in proximo aggere aſſidentes, audiebam ego, ipſe recitabat generoſa ſane carmina. Inter recitandum vero fanatico velut impetu correptus, complicatis tabellis ſuis*, THERS. Cape tibi, *inquit*, auditionis tuae mercedem, ut Athenis concionis obitae aut judicii. Sed ut gratiam mihi, *inquit*, habeas. LYC. Habebo equidem, *inquam*, prius etiam, quam, quid ſit quod dicis, norim.

26. Sed quid eſt, de quo dicis? THERS. In Macedonicos, *inquit*, regiae domus commentarios incidi, ac tum mirifice delecta-

δεδιέναι μὴ τὸ τελευταῖον πάθοιμι τὸ τοῦ Πρωτέως. ΘΕΡΣ. Ποῖον, ἔφη, πάθος; ΛΥΚ. Τὸ γενόμενον, [f] ὅ φασιν αὐτὸν γενέσθαι, δρασμὸν ἐξευρίσκοντα τῆς ἀνθρωπίνης ὄψεως, ἐπεὶ [g] κατηναλώκει πάσας ἰδέας τῶν θηρίων, καὶ φυτῶν, καὶ στοιχείων, αὖθις αὖ πενίᾳ μορφῆς ἐπεισάκτου, Πρωτέα γενέσθαι.

ΘΕΡΣ. Σὺ μὲν, εἶπεν, ὑπὲρ τὸν Πρωτέα μηχανᾷ τὴν ἐμὴν ἀκρόασιν ἀποδιδράσκειν. ΛΥΚ. Οὔκ, ὦ 'γαθὲ, ἔφην, τοῦτο. παρέξω γοῦν ἐμαυτὸν ἀκροάσασθαι, παρεὶς τὴν ἐπηρτημένην φροντίδα. τάχα γὰρ [h] ἄν τι περὶ τοῦ σοῦ [i] κυήματος [k] ἄφροντις γενόμενος, καὶ τῆς ἐμῆς ὠδῖνος συμφροντίσαις. ὡς οὖν ἐδόκει ταῦτα αὐτῷ, καθίσαντες ἐπὶ τῆς πλησίον κρηπῖδος, ἐγὼ μὲν ἠκροώμην, ὁ δὲ ἀνελέγετο μάλα γενναῖα ποιήματα. μεταξὺ δ' ὥσπερ ἔνθους γενόμενος, ἐπιπτύξας τὸ [l] γραμματεῖον, ΘΕΡΣ. Κόμιζου τὸ ἀκροατικὸν, ἔφη, μισθὸν, καθάπερ Ἀθήνησιν ἐκκλησιαστικὸν, ἢ δικαστικόν· ἀλλ' ὅπως εἴσῃ μοι χάριν. ΛΥΚ. Χάριν μὲν, ἔφην, εἴσομαι, καὶ πρὶν ὅ, τι καὶ λέγεις εἰδέναι.

Τί δ' ἐστὶν ὅ, τι καὶ λέγεις; ΘΕΡΣ. Μακεδονικοῖς, εἶπεν, ἐντυχὼν τοῖς βασιλικῆς οἰκίας ὑπομνήμασι, καὶ τότε ὑπερησθεὶς,

f Ὃ] Ἃ marg. *A*1. *g* Κατηναλώκει] Καταναλώκει *Fl.* *h* Ἄν τι] Bene *V*2. *P*. Aliae quaedam ἄντι male. *i* Κυήματος] Recte plurimae. Κνήματος *H*1. & 2. *k* Ἄφροντις] Ἄφρων τις male *P*. ſola. *l* Γραμματεῖον] Γραμματ.ον *Fl.*

aliis, ex quibus hic legendum Παύσωνος. *F.G.* Eadem ad verbum habet *Menag*. in Ed. *Graev*. qui cum ubique eadem dederit quae ille, plagii omnino reus eſto. *J.F.R.*

87. Πάσωνι τῷ ζωγράφῳ] Veriſſime ingenioſiſſimus & amiciſſimus *Menagius* emendat Παύσωνι. Ejus emendationem, ne quid dubii ſuperſit, firmat Mſ. & editio Florentina. *J G.G.*

91. Μέμφεσθαι] Καὶ μέμφεσθαι. *F.G.* Bene, & parum abeſt, quin invitis Edd. inſeram. *J.F.R.*

97. Τοσούτων ἐτῶν] Si Luciani ſit opus, a ſene conſcriptum hinc & ex c. 22. ſtatuendum eſt: unde ſubit ſuſpicari ſuppoſititium, cum nec elegantia ſolita inſit, ne orationis quidem perſpicuitas. Juvenile opus eſt (vide & not. ad tit.) ſed cujus neſcio. *M. du S.*

5. Κατηναλώκει] Forſan recte *Fl.* ſine augmento, quod & *Herodot*. negligit; ut L. VII. p. 437. C. ἀναβεβήκεσαν pro ἀνεβ—. Conf. c. 41. ubi eadem rurſus καταναλωκότα. Sed & exempla ex aliis tam crebro indicavimus, ut pluribus hic non opus ſit; vulgatum tamen hic praeſtat ſervaſſe. *J.F.R.*

12. Παρεὶς τὴν ἐπηρτημένην φροντίδα] Vertitur: *Dimiſſa ex animo impendente cogitatione*: malim, *Demiſſa, ſuſpenſa illa cogitatione.* *H.V.*

Ibid. Ἐπηρτημένην φροντίδα] V. *Dem*. Phil. I. p. 108. A. ubi ἀπηρτημένοι ἐν ταῖς παρασκευαῖς, καὶ ταῖς γνώμαις. *M. du S.*

20. Γραμματεῖον] Sic variat ſcriptura etiam ſupra *Tox*. c. 13. 14. 16. & ante, in hac Diſſert. & mox c. 27. *J.F.R.*

22. Ἀλλ' ὅπως] Subaudi ὅρα, σκόπει. *F.G.*

27. Ὑπομνήμασι] A M. Æmilio captos Regum Mace-

ηθεὶς, τὸ βιβλίον οὐ κατὰ πάρεργον ἐκτησάμην· καὶ νῦν ὑπεμνήσθην ἔχων οἴκαδε. γέγραπται δ' ἄλλα τε τῶν Ἀντιπάτρῳ πραχθέντων ἐπὶ τῆς οἰκίας, καὶ περὶ Δημοσθένους· ἅ μοι δοκεῖς οὐκ ἂν παρέργως ἀκοῦσαι. ΛΥΚ. Καὶ μὴν, εἶπον, ἤδη γέ σοι τῶν εὐαγγελίων χάρις, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐπῶν. ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἀπολείψομαί σου πρὶν ἢ τῶν ὑποσχέσεων ἔργον σοι γενέσθαι. σὺ δ' εἱστίακας μέν με λαμπρῶς τὰ Ὁμήρου γενέθλιον, ἔοικας δ' ἑστιάσειν αὐτὸς καὶ τὰ Δημοσθένους.

Ὡς οὖν ἀνέγνω τὰ λοιπὰ τοῦ [a] γραμματείου, διατρίψαντες ὀλίγον, ὅσον ἀποδοῦναι τῷ ποιήματι τοὺς δικαίους ἐπαίνους, ᾔειμεν εἰς τοῦ Θερσαγόρου. καὶ μόλις μὲν, ἐπιτυγχάνει δὲ τῷ βιβλίῳ, κἀγὼ λαβὼν τότε μὲν ἀπηλλαττόμην. ἐντυχὼν δ' οὕτω τὴν γνώμην διετέθην, ὡς οὐδέν τι [b] περιτρέψας, ἀλλ' ἐπ' αὐτῶν ὀνομάτων [c] τε καὶ ῥημάτων ὑμῖν ἀναλέξομαι. οὐδὲ γὰρ τῷ Ἀσκληπιῷ μεῖόν τι γίγνεται τῆς τιμῆς, εἰ, μὴ τῶν προσιόντων αὐτῷ ποιησάντων ᾄσματα, τὰ Ἀλισοδήμου τοῦ Τροιζηνίου, καὶ Σοφοκλέους, ᾄδεται, καὶ τῷ Διονύσῳ, τὸ μὲν [d] ποίησιν καινὴν ποιεῖν, κωμῳδίας, ἢ τραγῳδίας, ἐκλέλειπται· τὰ δ' [e] ἑτέροις συντεθέντα,

tus ·, non perfunctorie libellum emi. Et modo domi me habere recordatus ſum. Scripta ibi ſunt cum alia de rebus ab Antipatro domi geſtis, tum de Demoſthene, quae mihi non obiter auditurus eſſe videris. LYC. Et nunc, *inquam*, pro iſtoc nuncio eam tibi gratiam perſolvo, ut reliquos etiam verſus tuos audiam: neque vero te relinquam ante, quam fides promiſſis tuis conſtiterit. Magnificis tu me epulis Homeri nataliciis accepiſti, ac Demoſthenis quoque ſimilibus videris accepturus.

27. *Cum igitur reliqua ex tabellis recitaſſet, commorati paullum, dum dignae poëmati laudes tribuerentur, Therſagorae domum ivimus, & vix quidem, ſed invenit tamen libellum. Quo ego accepto tum diſcedebam. Lecto autem in eam veni ſententiam, ut nihil immutatum, ſed ipſis totidem nominibus & verbis illum vobis praelegam. Neque enim minus honoris habetur Aeſculapio, ſi, cum nemo ſalutantium fecit cantica, Aliſodemi Troezenii & Sophoclis carmina canuntur; & Baccho novum carmen ſcribere, Comoedias, Tragoediasve, deſitum eſt: ſed quae ab aliis com-*

a Γραμματείου] Γραμματίου *Fl.* *b* Περιτρέψας] Παρατρέψας emendat *Geſn.* *c* Τε] Omittit *Fl.* *d* Ποίησιν καινὴν] Utrumque deeſt in *Fl.* *e* Ἑτέροις] Ἑταίροις *Fl.* prave.

cedoniae commentarios legimus in ejus vita a *Plut.* conſcripta; ſed ab hoc viſos &c. non credo. *M. du S.*

Ὑπομνήμασι] Vid. Miſc. Obſ. Brit. Maj. & Jun. 1733. p. 368. *J. F. R.*

29. Οἴκαδε] Pro οἴκοι poſitum. *F. G.* Ita viciſſim οἴκοθεν fere pro οἴκοι *Herodian.* 2. 7. 3. οὔτε γὰρ οἴκοθεν ἦν αὐτῷ τοσαῦτα χρήματα, ὅσα ἠλαζονεύσατο. Sed poteſt vulgaris ſignificatio & ibi ſalva manere; ut ſit *domo*, vel *de ſuo* non ſuppetebant opes. Sed pro οἴκαδε forſan hic οἴκαθι ſcribendum. *J. F. R.*

34. Καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐπῶν] Aliquid excidiſſe videtur; petit enim, quod ſequentia indicant, ut reliquum poëma ſibi peragat. *M. du S.*

Ibid. Τῶν ἐπῶν] Ἀκούσομαι legiſſe videtur Interpres. *F. G.*

50. Ἀλισοδήμου] Hunc Poëtam ab aliis laudatum non memini. *M. du S.*

Ibid. Σοφοκλέους] Scripſerat ergo & Sophocles hymnos. *M. du S.*

53. Ἐκλέλειπται] Hujus ergo aetate neque tragoediae neque comoediae novae Athenis ſcribebantur. *M. du S.*

59. Δρᾶμα τοῦ βιβλίου] Sic legendum videtur, τὸ προσῆκον ἡμῖν μέρος. τὸ δέ φησιν Ἀντιπάτρῳ &c. τὸ δρᾶμα τοῦ βιβλίου inſititium videtur. *F. G.*

Δρᾶμα] (Quid in his veri ſit ex *Plutarcho* intelligis in vita Dem. p. 1574.) Plutarchus, excepto Antipatri colloquio, eadem ferme habet. *M. du S.*

Ibid. Τόδε δρᾶμα &c.] Legebatur. τὸ δὲ δρᾶμα τοῦ βιβλίου praemiſſo etiam puncto ante τὸ δέ. Sed parentheſi addita, diſtinctioneque mutata, & pro τοῦ βιβλίου, reſcribendo βιβλίον *Geſnerus* vulgatum emendavit, cui obſecundavi, quod vulgatum ſenſu carebat, nec aliter ex Codd. reſtitui poterat. *J. F. R.*

63. Καλαυρίας] Saepius in hac voce apud *Plut.* peccatur hac in hiſtoria; pro Calauria enim ubique Calabriam

compoſita ſunt, ea hos, qui in medium opportune proferunt, non minus commendant, quod ſic honorem habuiſſe Diis videntur.

28. *Liber itaque hic (eſt autem commentariorum* Macedonicorum *ea pars, quae ad noſtram rem pertinet, colloquium) liber ergo refert, Antipatro indicatum eſſe, adeſſe Archiam. Porro hic Archias, ſi quis juniorum forte ignorat, comprehendendis exſulibus fuerat praefectus, ac mandata acceperat, Demoſthenem perſuaſionibus potius quam vi eo adducendi, ut a Calauria veniret ad Antipatrum. Ac fuerat ſpe iſta ſuſpenſus Antipater, in dies exſpectans Demoſthenem. Cum igitur audiſſet e Calauria venire Archiam, ſtatim, ut erat, intro eum juſſit vocari.*

29. *Ingreſſus ille, . . . Sed ipſe libellus dicet reliqua.* ARCH. Salve Antipater. ANT. Quidni ſalvus ſim, ſi adduxiſti Demoſthenem? ARCH. Adduxi, ut potui. Urnam enim reliquiarum Demoſthenis adfero. ANT. A ſpe dejeciſti me, Archia. Quo enim mihi oſſa & urna, Demoſthenem ipſum non habenti? ARCH. Nempe per vim, o Rex, retineri anima viri non poterat. A N T. Cur vero vivum non com-

τοῖς νῦν εἰς μέσον ἐν καιρῷ κομίζουσι χάριν οὐκ ἐλάττω φέρει, τῷ τὸν θεὸν δοκεῖν τετιμηκέναι.

Τὸ μὲν οὖν βιβλίον, τοῦτο. (ἔστι δὲ τῶν ὑπομνημάτων τὸ προσῆκον ἡμῖν μέρος [f] τόδε δρᾶμα) τὸ βιβλίον φησὶν, Ἀντιπάτρῳ μεμηνῦσθαι παρόντα τὸν Ἀρχίαν. ὁ δ' Ἀρχίας, εἴ τις ἄρα τῶν νεωτέρων ἀγνοεῖ, τοὺς φυγάδας ἐτέτακτο συλλαμβάνειν. ἐπέσταλτο δ' αὐτῷ καὶ Δημοσθένην ἀπὸ τῆς Καλαυρίας πεῖσαι μᾶλλον, ἢ βιάσασθαι πρὸς τὸν Ἀντίπατρον ἥκειν. καὶ δὴ καὶ μετέωρος ὁ Ἀντίπατρος ἐπὶ ταύτης ἦν τῆς ἐλπίδος, τὸν Δημοσθένην ἀεὶ προσδοκῶν. ὡς οὖν ἤκουσεν ἀπὸ τῆς Καλαυρίας ἥκοντα τὸν Ἀρχίαν, εὐθὺς ὡς εἶχεν ἐκέλευσεν εἴσω καλεῖν.

Ἐπεὶ δ' εἰσῆλθεν, αὐτὸ φράσει τὰ λοιπὰ τὸ βιβλίον. ΑΡΧ. Χαῖρε, ὦ [g] Ἀντίπατρε. ANT. Τί δ' οὐ μέλλω χαίρειν, εἰ Δημοσθένην ἤγαγες; ΑΡΧ. Ἤγαγον ὡς ἠδυνάμην· ὑδρίαν γὰρ κομίζω τῶν Δημοσθένους λειψάνων. ANT. Ἀπ' ἐλπίδος γε μὴν ἔσφηλας, ὦ Ἀρχία· τί γὰρ τῶν ὀστῶν, καὶ τῆς ὑδρίας, Δημοσθένην οὐκ ἔχοντι; ΑΡΧ. Τὴν γὰρ ψυχὴν αὐτοῦ, ὦ βασιλεῦ, πρὸς βίαν κατέχειν [h] ἀδύνατον. ANT. Τί δ' οὐ ζῶντα

τα

f Τόδε δρᾶμα) τὸ βιβλίον] Ita *Geſn.* dedit, pro vulgat. τὸ δὲ δρᾶμα τοῦ βιβλίου. *g* Ἀντίπατρε] Ἀρχία L. male. *h* Ἀδύνατον] Omittit M.

briam libri impreſſi habent. V. 615. C. in Dem. *M. du S.*

65. Μετέωρος ὁ Ἀντ.] Conf. ſupr. T. 2. *Jov. Trag.* c. 4. N°. 73. *J.F.R.*

70. Εἰσῆλθεν] Ὁ Ἀρχίας. *F.G.*

71. Χαῖρε ὦ Ἀντίπατρε] Hic incipit monumentum antiquum & lectu dignum, cetera non ſunt magni pretii. *M.V. La Croze*

Χαῖρε ὦ Ἀντίπατ.] Hic incipit quaſi novus dialogus. Vid. Miſc. Ob. ſupra laudat. p. 368. F. & 369. *J.F.R.*

76. Τί γὰρ τῶν ὀστῶν] Subaudi δεῖ. *F.G.*

78. Πρὸς βίαν κατέχειν ἀδύνατον. ANT. Τί δ' οὐ ζῶντα κατειλήφατε;] In omn. Edd. haec ita habentur confuſa. πρὸς βίαν κατέχειν ἀδύνατον. ὁ Βασιλεύς, ἀλλ' ἐπεὶ δὴ τι ποτ' ἔργον ... &c. a c. 34. fere ad lin. 37. hic inſerta, quae transpoſitione ſananda etiam monet Anonymi. in Miſc. Obſ. Britan. Maii & Jun. 1733. p. 370. Aliquid deeſſe viderat & *Wolf.* initio operum *Demoſth.* Tranſpoſitione etiam ſanaverat Solan. exceptis duobus verſib. quos aliter conſtituit. At nos *Geſnerum* ſequimur. Differentia cuique ex collatione alius Edit. patebit. *J.F.R.*

79. Κατέχειν ἀδύνατον. * ANT. Τί δ' οὐ] Potuitne, Lector, melius continuari oratio? Quam male vero in libris omnibus tum editis, tum, quantum mihi conſtare potuit Mſſ. ab hoc inde loco partes commentariorum, ut fingitur, Macedonicorum inter ſe cohaeſerint, vel diſtractae fuerint potius, facile intelliget, ſi quis conferre cum hac editione quamcumque aliam voluerit: (ne opus ſit ad alium librum decurrere, rogavi Doctiſſ. *Reitzium*, ut ſubjici ad finem libelli totum locum, quomodo antea editus fuit, curet) Igitur putabam me vidiſſe aliquid, cum ante hos viginti annos obſervarem, translocato in libro, unde reliqui, qui exſtant, omnes derivati ſunt, duo folia aequalia, vel paginas adeo ejusdem folii (verſuum in *Aldina* editione 37. & 40. in *Baſileenſi* 71. & 75.) quibus

τα κατειλήφατε; ΑΡΧ. [a] Κατειλήφαμεν. ΑΝΤ. Κατὰ τὴν ὁδὸν οὖν τέθνηκεν; ΑΡΧ. Οὐκ, ἀλλ' οὗπερ ἦν, ἐν Καλαυρίᾳ. ΑΝΤ. Τάχα τῆς ὑμετέρας γέγονεν ἔργον ὀλιγωρίας, οὐ θεραπευόντων τὸν ἄνθρωπον; ΑΡΧ. Ἀλλ' οὐδ' [b] ἐφ' ἡμῖν ἐγένετο. ΑΝΤ. Τί φής; αἰνίγματα λέγεις, ὦ Ἀρχία, ζῶντα λαβόντες οὐκ ἔχετε.

ΑΡΧ. Οὐ γὰρ ἐκέλευες τὴν τε πρώτην μὴ βιάζεσθαι; καίτοι πλέον ἂν οὐδὲ βιασαμένοις οὐδὲν ἦν· καὶ γὰρ οὖν ἐμελλήσαμεν. ΑΝΤ. Οὐκ εὖγε ὑμεῖς οὐδὲ μελλήσαντες· ἴσως οὖν ἐκ τῆς ὑμετέρας τέθνηκε βίας. ΑΡΧ. Ἡμεῖς μὲν αὐτὸν οὐκ ἀπεκτείναμεν, βιάζεσθαι δὲ αὐτὸν μὴ πείθουσιν ἀναγκαῖον ἦν. σοὶ δ', ὦ βασιλεῦ, τί τὸ πλέον, εἰ ζῶν ἀφίκετο; πάντως οὐδὲν ἂν αὐτὸν, ἢ ἀπέκτεινας.

ΑΝΤ. Εὐφήμει, ὦ Ἀρχία· δοκεῖς μοι μὴ συννενοηκέναι, μήθ' ὅστις ὁ Δημοσθένης, μήτε τὴν ἐμὴν γνώμην· ἀλλὰ νομίζειν ὅμοιον εἶναι Δημοσθένην εὑρεῖν, καὶ τούτους ζητεῖν τοὺς κακῶς ἀπολωλότας, Ἱμεραῖον τὸν Φαληρέα, καὶ τὸν Μαραθώνιον Ἀριστόνικον, καὶ τὸν ἐκ Πειραιῶς Εὐκράτην, τῶν ῥαγδαίων ῥευμάτων οὐδὲν διαφέροντας, ἀνθρώπους τα-

prehendiſtis? ARCH. Comprehendimus. ANT. Ergo in via periit? ARCH. Non, ſed ubi erat, in Calauria. ANT. Forte veſtrae negligentiae culpa fuit, qui non ſatis hominem curaveritis. ARCH. Sed neque hoc in noſtra poteſtate fuit. ANT. Quid ais? Aenigmata loqueris, Archia. Vivum cepiſtis, & non habetis.

30. ARCH. Nonne enim juſſeras, primo vim illi non adhiberi? Quamquam neque profecturi quidquam eramus vi admota, etenim jam parabamus. ANT. Neque illud bene, quod parabatis: forte enim a veſtra injuria mortuus eſt. ARCH. Nos quidem non interfecimus illum, ſed vim admovere, cum perſuadere non poſſemus, neceſſe erat. Tibi vero, Rex, quid lucri acceſſiſſet, ſi vivus adveniſſet? Neque enim ſane aliud, quam interfecturus illum eras.

31. ANT. Bona verba, Archia. Videris mihi non cogitare, neque quis fuerit Demoſthenes, neque meum conſilium, ſed putare ſimile *& ejusdem felicitatis* eſſe, inveniſſe Demoſthenem, & illos conquirere homines male perditos, Himeraeum Phalereum, & Marathonium Ariſtonicum, & illum ex Piraeeo Eucraten, torrentibus rivis nihil diſſimiles, humiles homunciones, tu-

a Κατειλήφαμεν] Κατηλείφαμεν perverſe *Junt.* b Ἐφ'] Ὑφ' Edd. priores

bus repoſitis hic libellus, qui tribus locis vitium antea prodebat, ſanus, integer, & optime continuatus appareat. Ad hoc intelligendum nihil opus eſt, quam ut attendat lector ubique, quis loquens inducatur, & de qua re agatur. Probata eſt jam tum illa curatio doctiſſimo viro, quem mihi nunc collegam & vicinum eſſe impenſe gaudeo, *C A. Heumanno*, ad quem illam perſcripſeram: probata eſt doctiſſimo itidem viro *Tib. Hemſterhuſio*, cui ſpecimen mearum in hunc libellum obſervationum miſeram. Is, ſibi quoque eam in mentem veniſſe, mihi reſpondit, & a *Moſe du Soul* etiam ſibi plures ante annos demonſtratam, docuit. Poſtea illam publicavi An. 1731. in libello tertium jam *Lipſiae* edito, Chreſtomathia Graeca: unde in Actis Eruditorum quoque facta eſt illius mentio. Denique in Miſcellaneis obſervationibus eruditorum Britannorum, edit. Belg. Vol. 2. Tom. III. p. 368. ſeq. viri docti mihi incogniti obſervatio vulgata eſt, quae ab illa noſtra uidquam differt. Cum itaque ita manifeſta ſit mendatio, ut magis mirandum ſit, tot editores ...ciani atque interpretes il am fugiſſe, quam intra exiguum tempus aliquot hominibus eruditis eam in mentem veniſſe; & a nemine plane, quod ego ſciam, quidquam contra monitum ſit: credo ego moroſae cujusdam ſuperſtitionis potius nos poſtulari potuiſſe, ſi non admiſiſſemus eam medicinam in ipſum corpus hujus libelli, quam audaciae, quod admiſimus. *J.M.G.*

91. Οὐκ εὖγε ὑμεῖς οὐδὲ μελλήσαντες] Addititium videtur. *F.G.*

2. Ἱμεραῖον] Vid. *Plut.* Dem. qui omnes eosdem recenſet, niſi quod pro Eucrate Hyperidem habet. & 1555, 1. *M. du S.*

Ἱμεραῖον τὸν Φαληρέα] De Himeraeo Phalereo, Demetrii fratre, & Ariſtonico Marathonio, atque Hyperide *Plut.* in V. Demoſth. ſub fin. p. 859. C. narrat, eos Aegi-

tumultuum temporariorum occaſionibus *velut* innatantes, & ad parvam ſpem turbarum ferociter exſurgentes, deinde paullo poſt, ventorum veſpertinorum more reſidentes; & infidelem illum Hyperidem, alienum ab amicitia adulatorem populi, qui turpe non duxerit adulatione plebis calumniari Demoſthenem, ſeque ad ea praebere miniſtrum, quorum mox illos ipſos, quibus gratificatus fuerat, poenituit: quandoquidem non multo poſt illam calumniam ſplendidiorem viro, quam olim Alcibiadi, reditum *ab exilio* contigiſſe accepimus. Verum hic (*Hyperides*) penſi nihil habuit, neque puduit ipſum contra eos, qui olim fuerant amiciſſimi, lingua uti, quam oportebat nempe improbitatis illius cauſſa exſcindi.

πεινοὺς, ἀφορμῇ προσκαίρων θορύβων ἐπιπολάσαντας, καὶ πρὸς μικρὰν ταραχῆς ἐλπίδα θρασέως ἐξαναστάντας, εἶτα πτήξαντας οὐκ εἰς μακρὰν, δίκην τῶν δειλινῶν πνευμάτων· καὶ τὸν ἄπιστον Ὑπερίδην, καὶ τὸν ἄφιλον [c] δημοκόλακα, τὸν οὐδὲν αἰσχρὸν νομίσαντα κολακίᾳ τοῦ πλήθους συκοφαντῆσαι Δημοσθένην, οὐδ' αὐτὸν εἰς ταῦτα παρασχεῖν διάκονον, ἐφ' οἷς αὐτοὶ μετενόησαν, οἷς ἐχαρίζετο. μετ' οὐ πολὺ γοῦν τῆς συκοφαντίας λαμπροτέραν ἢ κατ' Ἀλκιβιάδην αὐτῷ τὴν κάθοδον ἀκηκόαμεν γενέσθαι. τῷ δὲ οὐκ ἔμελεν, οὐδ' ἐπῃσχύνετο κατὰ τῶν ποτε φιλτάτων τῇ γλώττῃ χρώμενος, ἣν ἐχρῆν δήπου τῆς ἀγνωμοσύνης ἐκτεμεῖν.

32. ARCH. Quid vero? nonne inter inimicos noſtros inimiciſſimus Demoſthenes? ANT. Non ſane, ſi quis moris ac fidei rationem habeat, amicumque ſibi, quidquid eſt in moribus incorruptum ac ſtabile, judicet. Nam honeſta profecto apud hoſtes etiam honeſta ſunt: virtus, ubicumque fuerit, pretioſa eſt. Neque Xerxe deterior ego, qui Bulin Sperchinque Lacedaemonios admiratus, cum interficiendorum poteſtas eſſet, dimiſit. Verum ſi quem unquam omnium, etiam Demo-

ΑΡΧ. Τί δ' οὐκ ἐχθρῶν ἡμῖν ἔχθιστος ὁ Δημοσθένης; ΑΝΤ. Οὐχ ὅτῳ μέλοι τρόπου πίστεως, φίλον πᾶν ἄδολον, καὶ βέβαιον ἦθος ἡγουμένῳ· τὰ γάρ τοι καλὰ, καὶ παρ' ἐχθροῖς καλὰ, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς, πανταχοῦ τίμιον. οὐδὲ κακίων ἐγὼ Ξέρξου, τοῦ Βοῦλιν καὶ Σπέρχιν τοὺς Λακεδαιμονίους θαυμάσαντος, καὶ κτεῖναι παρὸν ἀφέντος. ἀλλ' εἰ δή τινα πάντων, καὶ Δημοσθένην, αὐ-

c. Δημοκόλακα] Recte P. J. atque ita Δημόλακα male H. S. & Ald. Sed correctum in marg.

29. Ἀλλ' εἰ δή τινα πάντων] Ἀλλ' εἰ δ' τινα θαυμάσας Δημοσθένην εἶχον. ἀπὸ κοινοῦ γὰρ τὸ θαυμάσας. V.

[illegible]ginae ab Archia ex Ajacis monumento detractos, Cleonas miſſos ad Antipatrum, [illegible] J.M.G.

5. Ταπεινοὺς — ἐπιπολάσαντας] T., ταπεινοὺς, ἐπιπολάσαντας, [illegible] F.G.

9. Δίκην τῶν δειλινῶν πνευμάτων] Hanc obſervationem, ventos quosdam veſpertinos mox ponere, firmat *Ariſtoteles* Probl. 26, 35. Διὰ τί ὁ ζέφυρος πρὸς τὴν [illegible] πνεῖ, πρωῒ δ' οὔ; J.M.G.

10. Ὑπερίδην] Hic enim amicum profeſſus Demoſthenem accuſavit. Vid. *Plut.* in X. Rhet. 1559. & jam reconciliato alteram accuſationem parabat. 1560. & 1561. vehemens hic & acerbus; ἠξίου σκοπεῖν Ἀθηναίους μὴ μόνον εἰ πικρός ἐστιν, ἀλλ' εἰ προῖκα πικρός. *Plut.* 116. 1. M. du S.

Ibid. Τὸν ἄφιλον δημόλακα] Sic vitioſe *Salmurienſis*: pejus Amſtelodamenſis δημόλακα. Scribe δημοκόλακα, ſic recte editiones priores. J.J.

11. Δημόλακα] Δημοκόλακα. An Δημοκόλακα κύριον; F.G.

16. Λαμπροτέραν ἢ κατ' Ἀλκιβ.] Magnes Demetrius apud *Plut* Dem. p. 158. F. refert, in illo ſuo reditu Demoſthenem ἀνατείναντα τὰς χεῖρας μακαρίσαι τῆς ἡμέρας ἐκείνης αὐτὸν, ὡς βέλτιον Ἀλκιβιάδου κατιόντα. πεπεισμένους γὰρ οὐ βεβιασμένους ὑπ' αὐτοῦ δέχεσθαι τοὺς πολίτας. J.M.G.

19. Ἣν ἐχρῆν δήπου] Hoc ut recte intelligatur, meminiſſe oportet linguam Hyperidi ab Antipatro praeciſam (*Plut.* 1560.) & a priore accuſatione Demoſtheni reconciliatum novam deinceps paraſſe. M. du S.

Ἣν ἐχρῆν — ἐκτεμεῖν] Exciſum illi linguam quidam tradidere apud *Plut.* V. Demoſth. p. 859. C. Alii praemordiſſe ſibi linguam, ne conſcios proderet: idem in Hyperide. J.M.G.

27. Βοῦλιν] Vide *Herod.* 7. 269. ubi Σπερθίης dicitur, qui

αὐτός τε δὶς Ἀθήνησιν, εἰ καὶ μὴ κατὰ πολλὴν σχολὴν συγγενόμενος, καὶ παρὰ τῶν ἄλλων ἀναπυνθανόμενος, ἔκ τε τῶν πολιτευμάτων αὐτὴν εἶχον θαυμάσας, οὐχ ὡς ἂν νομίσειέ τις, ἐκ τῶν λόγων δεινότητος· εἰ καὶ μηδὲν μὲν ὁ Πύθων πρὸς αὐτὸν, οἱ δ' Ἀττικοὶ ῥήτορες [a] παιδιὰ, παραβάλλειν τῷ τούτου κρότῳ, καὶ τόνῳ, καὶ λέξεων εὐρυθμίᾳ, καὶ ταῖς τῶν διανοιῶν περιγραφαῖς, καὶ συνεχείαις ἀποδείξεων, καὶ τῷ [b] συνακτικῷ γε, καὶ κρουστικῷ. μετενοοῦμεν γοῦν ὅτε τοὺς Ἕλληνας Ἀθήναζε συνηγάγομεν, ὡς ἐλέγξοντες Ἀθηναίους, Πύθωνι, καὶ τοῖς Πύθωνος ἐπαγγέλμασι πεπιστευκότες, εἶτα Δημοσθένει, καὶ τοῖς Δημοσθένους ἐλέγχοις περιπεσόντες. ἀλλ' ἡμῖν ἀπρόσιτος ἡ δύναμις [c] αὐτῷ τοῦ λόγου.

Ἐγὼ δὲ ταύτην μὲν δευτέραν ἔταττον, ἐν χώρᾳ τιθεὶς ὀργάνου· Δημοσθένην δ' αὐτὸν ὑπερηγάμην τοῦ τε φρονήματος, καὶ τῆς

ſthenem, quem bis Athenis, quamquam non ſatis otioſe, convenerim, & ab aliis requirendo pariter atque ex ipſis in republica factis, cognoverim, in admiratione habui, non, ut exiſtimare aliquis poſſet, ex dicendi viribus: etſi nihil ad illum Python, Attici autem oratores ludus ſunt, comparati ad hujus clamores, & contentionem, & verborum compoſitionem, & circumſcriptam ſententiarum concinnitatem, & demonſtrationum continuationem, & illam cogendi pariter atque impellendi vehementiam. Itaque poenituit nos convocaſſe Graecos Athenas, cum refutare Athenienſes vellemus, a Pythone & promiſſis Pythonis inducti, ac deinde in Demoſthenem & argumenta Demoſthenis incurreremus: in illo autem eſſet vis dicendi, quae nullum nobis aditum praeberet.

33. Verum hanc ipſam ſecundam numerabam, quam in inſtrumenti loco ponerem. Ipſum quidem Demoſthenem admirabar ſuper omnia ſenſus illius cauſſa & prudentiae, qua

a Παιδιὰ] Nihil var. Edd. Παιδία *Maroil.* recte. *b* Συνακτικῷ] Συνεκτικῷ *Fl.* *c* Αὐτῷ] Ita omnes.

qui hic Στέρχις. *M. du S.*

Βοῦλιν & Σπέρχιν] Hiſtoria eſt *Herod.* 7, 134. quamquam Σπερθίης ibi vocatur. *J. M. G.*

35. Ὁ Πύθων] Orator Byzantinus eloquentiſſimus, cujus Demoſthenes & Æſchines in oratt. meminerunt. *F. G.*

Ibid. Οἱ δὲ Ἀττικοὶ ῥήτορες παιδιὰ παραβάλλειν] Οἱ δὲ Ἀττ. ῥητ. παιδιὰ παραβάλλειν. *Th. M.* Recte. Vid. Addenda.

36. Παραβάλλειν] Subaudi εἰς τὸ, πρὸς τὸ ἀντιπαραβάλλειν. *F. G.*

39. Ἀποδείξεων] Quidni artiore Ioniſmo ἀποδεξίων. Conf. ſupra ad *Deae Syr.* c. 1. *J. F. R.*

45. Αὐτῷ τοῦ λόγου] Lege αὐτοῦ. *F. G.* Non credo, tum quia ſtilus ſolito eſt intricatior in hoc Dial. tum quia facile unus vel alter liber exhibuiſſet αὐτοῦ; nam in re tam facili ſolent potius obvia, & quae cuique obiter legenti in mentem venirent, obtrudere, quam difficiliora pro facilibus. Quare modo ita conſtruxeris, ἀλλ' ἡ δύναμις τοῦ λόγου, αὐτῷ (ſc. ἐστὶ) ἀπρόσιτος ἡμῖν, videbis nihil opus eſſe αὐτοῦ. *J. F. R.*

50. Ἀκλινῆ] Confer cap. 43. *L. K.*

Ibid. Ἐπ' ὀρθῆς] Int. γραμμῆς, linea, ſ. via, in qua mentem ſuam tanquam navim tenuit. Reſpicitur ad Rhodium illum gubernatorem, ὃς ἔφη, ut eſt ap. *Ariſtidem* Rhod. p. 542. Jebb. Χειμαζομένης αὐτῷ τῆς νεὼς, καὶ καταδύσεως προσδοκῶν, τοῦτο δὴ τὸ θρυλλούμενον ἀλλ', ὦ Πόσειδαν, ἴσθι ὅτι ὀρθὰν τὰν ναῦν καταδύσω. *Dum clavum rectum teneam*, ut eſt in *Quintil.* II. 17, 24. ubi reliqua dedimus. Sed, fractum animo fuiſſe in exilio illo Demoſthen. ſimilemque Ciceroni, monet Plutarchus. *J. M. G.*

58. Ἔφη] Magni Demoſthenem faciebat Philippus Vid. *Plut.* Demoſth. *M. du S.*

62. Καίτοι μᾶλλον] Hic inſeri vult *J. Pellet.* locum mox a me commodius inferendum. Ac *Pelletus* ſolus a me huc usque, qui lacunam hic obſervaſſet, viſus eſt. Innotuiſſe tamen & Viro docto in Germania, ex Cl *Hemſterhuſio* audio an. 1723. *M. du S.*

65. Χρυσίον] Subaudi τὸ, κατὰ. *F. G.*

66. Οὐ Βοιωτίας] Sic legiſſe videtur Interpres· οὐκ ἐπὶ Βοιωτίας, οὐδ' ἔνθα τι παρ' ἐμοῦ λαβόντες. *F. G.*

Οὐ Βοιωτίας, οὐδ' ἔνθα τι παρ' ἐμοῦ λαβόντες] Haec verba in *Salmurienſi* verſione ſic prioribus annectuntur, ac ſi Archiae eſſent, cum ſint Antipatri, quod recte vidit *Philippus Melanchthon.* Sed animanda ſunt interrogationis nota. *Non in Boeotia, non hic a me auro accepto?* cum ſcil potuiſtis capere vivum. *J. G. G.*

Ibid. Βοιωτίας] Si ſana haec, mirum quid Antipatro in animo fuerit; neque enim de pecunia, ut Archias accipit, cogitabat; utpote qui Demoſthenem hac parte inexpugnabilem compertum haberet. Vid. c. 36. ubi corrumpi poſſe Demoſthenem negat Philippus. *M. du S.*

Οὐ Βοιωτίας, οὐδ' ἔνθα τι] Haec ita apparet arcte cohae-

qua animam recto velut clavo in decumanis fortunae fluctibus nusquam declinantem ſervaret, & malo nulli concederet. Ac Philippo eandem quam mihi de viro ſententiam fuiſſe noram. Ille quidem nunciata aliquando Athenis concione qua iſte in Philippum invectus fuerat, & indignante Parmenione, atque joci etiam aliquid in Demoſthenem adjiciente, „ Jure ſuo, *inquit*, „ o Parmenio, libertatem dicendi ſibi ſumit Demoſthenes. Solus certe ille oratorum Graeciae nusquam expenſarum mearum rationibus inſcriptus eſt, cum tamen mallem ipſi, quam ſcribis triremium, me committere. Jam vero illorum unicuique aurum, ligna, reditus annuos, armenta, praedia, partim Boeotiae, partim etiam hic quiddam, expenſa a me lata video. At celerius machinis capiamus Byzantiorum moenia, quam „ auro Demoſthenem.

συνέσεως, ἀκλινῆ τὴν ψυχὴν [d] ἐπ' ὀρθῆς ἐν ἁπάσαις φυλάττοντα τρικυμίαις τῆς τύχης, καὶ πρὸς μηδὲν τῶν δεινῶν ἐνδιδόντα. καὶ Φίλιππον δὲ τὴν ἐμὴν γνώμην ἔχοντα περὶ τἀνδρὸς ἠπιστάμην. οὗτος μέν γε δημηγορίας ἐξαγγελθείσης Ἀθήνηθέν ποτε, καθαπτομένης [e] τοῦ Φιλίππου, καὶ Παρμενίωνος ἠγανακτηκότος, καί τι καὶ σκωπτικὸν εἰς τὸν Δημοσθένην ἐπειπόντος, Ὦ Παρμενίων, ἔφη, δίκαιος ὁ Δημοσθένης παῤῥησίας τυγχάνειν· μόνος γέτοι τῶν [f] ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος δημαγωγῶν οὐδαμοῦ τοῖς ἀπολογισμοῖς ἐγγέγραπται τῶν ἐμῶν ἀναλωμάτων. καίτοι μᾶλλον [g] ἠβουλόμην, ἢ γραμματεῦσι τριηρίταις ἐμαυτὸν πεπιστευκέναι. νῦν δ' ἐκείνων μὲν ἕκαστος ἀπογέγραπται, χρυσίον, ξύλα, πόρους, θρέμματα, γῆν οὐ Βοιωτίας, οὐ δ' ἔνθα τι παρ' ἐμοῦ λαβόντες. ἡμεῖς δὲ θᾶττον ἂν τὸ Βυζαντίων τεῖχος ἕλοιμεν μηχαναῖς, ἢ Δημοσθένην χρυσίῳ.

Ἐγὼ

d Ἐπ'] Ἐφ' *Fl.* male. *e* Τοῦ Φιλίππου] Αὐτοῦ *Fl.* cum lacuna. *f* Ἀπὸ] Ἐπὶ *Fl.* *g* Ἠβουλόμην] Ἐβουλόμην *Fl.* quod verum credo. quia alterum magis Atticum.

66. Οὐ Βοιωτίας] Scilicet, τὴν ψυχήν. Vel Βοιωτίας accuſativi caſus; ſunt enim duae. Lege *Stephanum.* Sed illud ἀδύνατον, non eſt in Cod. D. Marci. *G.*

69. * Μηχαναῖς] Κριοὺς ἢ καταπέλτας, arietes, τειχομαχικὰ ὄργανα. *G.*

* Haec iſthuc referre, cum commodius non poſſem, ſatius viſum eſt, quam prorſus omittere. *M. du S.*

haerere, ut ſine injuria & internecione ſententiae divelli non poſſint: & tamen longe erant diſtracta. Scrupulum quidem injiciunt verba, quae poſuimus, in quibus multa varie tentata per hoſce XX. annos cum ab aliis, tum a nobis quoque & noſtris amicis. Ponam illud, in quo non δευτέραις, ſed δεκάταις minimum φροντίσιν acquieſcere mihi viſus ſum. Primo igitur ajo, cum ἕκαστος ἀπογέγραπται pulchre cohaerere participium παρ' ἐμοῦ λαβόντες, plurali ad diſtributivum nomen relato. Deinde Boeotiam Atticae illam conterminam, & Demagogis Atticis commodam, in poteſtate Philippi bis fuiſſe conſtat, in tantum certe, ut inde ligna, reditus ſ. vectigalia, pecora, praedia dare & aſſignare ſuis illis amicis mercenariis poſſet, ſemel in bello ſacro, & deinde poſt pugnam Chaeroneaſem. Igitur legendum videtur: Νῦν δ' ἐκείνων μὲν ἕκαστος ἀπογέγραπται, χρυσίον, ξύλα, πόρους, θρέμματα, γῆν ὃς Βοιωτίας, ὃς δ' ἔνθα τι παρ' ἐμοῦ λαβόντες, ea ſententia, quam interpretando expreſſi, ſeu magis ad verbum placeat, *Nunc illorum unusquisque ſcriptus eſt aurum — alius Boeotiae, alius hic aliquid eorum, a me accepiſſe.* Ita ſanari poteſt locus difficillimus, nulla litera immutata, niſi illa negatione, quae orta videtur ex ſtudio conglutinandi, quae tamen cohaerere nullo modo poſſunt. Niſi poëticum eſſet, (certe non ſatis attendi, an etiam in ſoluta oratione adhibeatur) poteramus etiam ſuſpicari, οὐκ i. ὁ ἐκ Βοιωτίας, ὁ δ' ἔνθα τι λαβόντες, ſententia plane eadem. *J. M. G.*

68. Βυζαντίων τεῖχος] A qua urbe capienda depulſus Demoſthenis conſiliis fuerat Philippus. V. *Orat. de Coron.* c. 27. Μαχάλην τῆς Ἑλλάδος vocat apud Athenaeum 8, 10. Stratonicus, quod ſcilicet uti homo ala, ita Graecia Byzantio capi poſſit. Vid. *Caſaub.* p. 384. *J. M. G.*

69. Χρυσίῳ. τί δ' οὐ ζῶντα κ.] Perturbatiſſima haec erant antea in omnibus editionibus: nec quisquam ante me repertus, qui ſaltem conqueſtus ſit, abrumpi ſubito in iis Antipatri & Archiae colloquium, ut neſcio cujus, minime enim ex iis patet, quis loquatur,

ut,

Ἐγὼ δὲ, ὦ Παρμενίων, ἔφη, εἰ μέν τις Ἀθηναῖος ὢν ἐν Ἀθήναις λέγων, ἐμὲ τῆς πατρίδος προτιμᾷ, [a] τούτῳ ἀργύριον μὲν [b] προείμην ἂν, φιλίαν δ' οὐκ ἄν· εἰ δέ τις ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἐμὲ μισεῖ, τούτῳ προσπολεμῶ μὲν, ὡς ἀκροπόλει, καὶ τείχει, καὶ νεωρίοις, καὶ τάφρῳ, θαυμάζω δὲ τῆς ἀρετῆς, καὶ μακαρίζω γε τοῦ κτήματος τὴν πόλιν· καὶ τοὺς μὲν, ἔξω τῆς χρείας γενόμενος, ἥδιστ' ἂν προσαπολέσαιμι· τὸν δὲ βουλοίμην ἂν ἐνταυθοῖ παρ' ἡμῖν τυχεῖν γενόμενον μᾶλλον, ἢ τὴν Ἰλλυριῶν ἵππον, καὶ Τριβαλλῶν, καὶ πᾶν τὸ μισθοφορικὸν, τῆς ὅπλων βίας τὴν τοῦ λόγου πειθὼ, καὶ τὸ τῆς γνώμης ἐμβριθὲς οὐδαμῇ τιθεὶς δεύτερον.

Πρὸς Παρμενίωνα μὲν ταῦτα. τοιούτους δέ τινας καὶ πρὸς ἐμὲ λόγους ἐποιήσατο. τῶν γὰρ μετὰ Διοπείθους Ἀθήνηθεν ἀπεσταλμένων, ἐγὼ μὲν εἶχον διὰ φροντίδος, ὁ δ' εὖ μάλα γελάσας, ἔφη· Σὺ δ' Ἀττικὸν στρατηγὸν, ἢ στρατιώτην δέδοικας ἡμῖν; αἱ μὲν τριήρεις, καὶ ὁ Πειραιεὺς, καὶ τὰ νεώρια, λῆρος ἔμοι γε, καὶ φλήναφος. τί δ' ἂν ἄνθρωποι πράξαιεν διονυσιάζοντες, ἐν κρεανομίαις καταζῶντες καὶ χοροῖς; εἰ δὲ μὴ Δη-

34. „ Atque ego, *inquit*, Parmenio, ſi quis Athenienſis Athenis dicens patriae me ſuae praefert, huic argentum quidem objecerim, non autem amicitiam. Si quis autem patriae cauſſa odio me habeat, hunc ego oppugno non ſecus atque arcem, & moenia, & navalia, & foſſam: ſed virtutem ejus admirer, beatam civitatem tali poſſeſſione praedico. Atque iſtos quidem extra uſum conſtitutus lubens una, *cum ipſis hoſtibus*, perdam: hunc autem malim hic apud nos eſſe, quam Illyriorum equitatum, & Triballorum, & quidquid eſt militis mercenarii: qui armorum viribus vim oratione perſuadendi, & conſilii gravitatem poſtponam minime.

35. Haec ad Parmenionem. Tales vero etiam apud me ſermones habuit. „ Miſſo enim Athenis Diopithe cum ſuis, ſolicitudinem ea mihi res adferebat. Ille vero in riſum ſolutus dicebat: tu autem ducem Atticum aut militem nobis metuis? Triremes quidem, & Piraeeus, & navalia, nugae mihi & ludibria: ecquid vero homines faciant bacchanalia celebrantes, viventes in viſcerationibus, & cho-

a Τούτῳ] Τούτοις male *Fl.* *b* Προείμην] Προΐμην *Fl.*

ut, inquam, neſcio, cujus ſubito verba Parmenioni dicta, & alia multa inferciantur, antequam Antipater tandem roget, an mortuum ergo invenerit? Quatuor ergo integris capitibus hinc remotis, ſuoque loco redditis, (nempe trigeſimo quarto, quinto, ſexto & ſeptimo) nunc tandem addicentibus avibus procedet Antipatri cum Archia colloquium; & quae hinc ejecimus, locum ſuum tandem obtinebunt; resque ipſa reſtitutionem hanc abunde confirmabit, quam aute annos viginti a me repertam non meis tantum libris adſcripſeram, ſed in Codice viri Doctiſſ. *Joh. Laughton* Bibliothecae Cantabrigienſi Praefecti, amicitiae cauſa: non tanto poſt intervallo in lucem prodituram mea opera Lucianum putans, annotaveram his verbis: [*Reliqua pagina & pars magna ſequentis alterius loci ſunt, quem infra pag.* 1090. *B. indicabimus, quae ſi nunc miſſa feceris, & in alio illo loco inſeras, quae nunc mire perturbata in omnibus editionibus leguntur, plana tandem & facilia fient. M. S*] (Quibus literis *Moſem Solanum* intellige, quo Latino nomine hic etiam diſcas me *Diſſertationem de ſtylo Novi Teſtamenti* edidiſſe, quae in Cl. *Rhenferdii* ſyntagmate conſpicitur) & iterum pag. 1058. (erat enim Ed. *Par.* ante τί δ' οὐ ζῶντα &c. linea 29) [Haec nimis ad tempus intermediis cum iis conjungito quae in pag. praeced. inter uncinulis ſunt.] Tandem pag. 1090. ante Τοιαῦτα &c. linea 16. [Hic inſerenda ſunt ea quae ſupra notavimus (p. 1057.) loco ſuo turbate mota. M. D. S.] Hinc autem liquido patet, hunc libellum ex uno codice MS deſcriptum, in quo folium unum, dum compingebatur, loco ſuo motum errori huic anſam dedit, qui tamdiu indeprehenſus evaſit. *M. du S.*

73. Προείμην ἂν] Objecerim, ut canibus, ut latronibus ad incommoda majora effugienda. *Herodotus* I, 24. de Arione inter nautas latrones conſtituto, Τὸν δὲ συνιέντα τοῦτο λίσσεσθαι, χρήματα προϊέντα σφι, ψυχὴν δὲ παραιτεόμενον. *J. M. G.*

86. Τῶν γὰρ μετὰ Διοπείθους] Pro quo ſcripta exſtat oratio Demoſthenis de Cherſonneſo, ex qua Diopithes in Philippi regnum excurrerat. *J. M. G.*

6. Τό γέ τοι κατ' αὐτὸν οὐκ Ἀμφίπολιν εἵλομεν, οὐκ Ὄλυνθον, οὐ Φωκέας, καὶ Πύλον ἔχομεν] Manifeſtiſſimum men-

„ choris. Si unus Demoſthenes Athenis „ non eſſet, facilius urbem haberemus, „ quam Thebanos & Theſſalos fraude, „ vi, occupando, emendo. Nunc unus „ ille vigilat, temporibus omnibus immi- „ net, & noſtros impetus ſubſequitur, ad „ noſtra ſe imperatoria conſilia velut in „ acie opponit. Illum non fugimus cum „ machinamur aliquid, cum conamur, „ cum deliberamus: uno verbo, ille nobis „ homo impedimentum eſt & propugnacu- „ lum, quo minus una omnia impreſſione „ habeamus. Certe per illum *ſi ſtetiſſet* non „ Amphipolin cepiſſemus, non Olynthum, „ non Phocenſes haberemus & Pylas, nec „ Cherſonneſum, & quorum circa Helle- „ ſpontum potiti ſumus.

μοσθένης εἷς ἐν Ἀθηναίοις ἐγένετο, ῥᾷον ἂν εἴχομεν τὴν πόλιν, ἢ Θηβαίους καὶ Θετταλοὺς ἀπατῶντες, βιαζόμενοι, φθάνοντες, ὠνούμενοι· νῦν δὲ εἷς ἐκεῖνος ἐγρήγορε, καὶ πᾶσι τοῖς καιροῖς ἐφέστηκε, καὶ ταῖς ἡμετέραις ὁρμαῖς ἐπακολουθεῖ, καὶ τοῖς στρατηγήμασιν ἀντιπαρατάττεται. λανθάνομεν δὲ αὐτὸν οὐ τεχνάζοντες, οὐκ ἐπιχειροῦντες, οὐ βουλευόμενοι, καὶ [c] καθάπαξ κώλυμά τι, καὶ πρόβολος ἡμῖν ἄνθρωπός ἐστι, μὴ πάντ᾽ ἔχειν ἐξ ἐπιδρομῆς. τό γέ τοι κατ᾽ αὐτὸν, οὐκ Ἀμφίπολιν εἵλομεν, οὐκ Ὄλυνθον, οὐ Φωκέας, καὶ [d] Πύλας ἔχομεν· οὐχὶ Χερρονήσου, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἑλλήσποντον κεκρατήκαμεν.

36. „ Sed ille invitos etiam cives ſuos, „ & velut a mandragora dormientes exci- „ tat, libertate dicendi velut urens & ſe- „ cans illorum ſocordiam, parum, quid „ jucundum illis ſit, ſolicitus. Transfert „ idem pecuniae reditus a theatris ad exer- „ citus, trierarchicis legibus conſtituit rem „ nauticam perturbatione rerum tantum „ non plane corruptam. Abjectam ſatis „ longo jam tempore ad drachmam & trio-

Ἀλλ᾽ ἀνίστησι μὲν ἄκοντας, οἷον ἐκ μανδραγόρου καθεύδοντας τοὺς αὐτοῦ πολίτας, ὥσπερ τομῇ τινι καὶ καύσει τῆς ῥαθυμίας τῇ παρρησίᾳ χρώμενος, ὀλίγον τοῦ πρὸς ἡδονὴν [e] φροντίσας. μετατίθησι δὲ τῶν χρημάτων τοὺς πόρους ἀπὸ τῶν θεάτρων ἐπὶ τὰ στρατόπεδα, συντίθησι δὲ τὸ ναυτικὸν νόμοις τριηραρχικοῖς, ὑπὸ τῆς ἀταξίας μονονοὺ τελέως διεφθαρμένον, ἐγείρει δ᾽ ἐρριμμένον ἤδη χρόνου πρὸς τὴν δραχμὴν καὶ τὸ τριώ-

c Καθάπαξ] Καθάπερ marg. *A1*. d Πυλας] Ita *Fl.* ut *Palm.* voluit. Πύλον cett. & *Graev.* e Φροντίσας] Φροντίζων *Fl.*

mendum non vidit doctiſſimus Interpres *Phil. Melanchton.* Nam quid de Pylo hic loquitur? quem numquam habuit Philippus, & qui in ultima Laconia vel Meſſenia ſitus, remotiſſimus fuit ab Antipatri ditione & Macedonum negotiis. Emenda igitur & repone meo periculo Πυλας. Eam emendationem firmat Demoſthenes ipſe in oratione de Cherſoneſo: *κύριος δὲ Πυλῶν ὢν τῆς ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας παρόδου.* Et in oratione de falſa legatione: *τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὑμῶν, ὅτι τῷ Φωκέων πολέμῳ ὢν τὸ κυρίους εἶναι Πυλῶν Φωκέας, ἥ τε ἀπὸ Θηβαίων ἄδεια ὑπῆρχεν ὑμῖν.* Et ruſus ibidem: *περὶ τῶν δὲ τῶν ἐγγὺς ὢν τῶν μειζόνων, λέγω δὲ Φωκέων καὶ Πυλῶν.* Is locus qui Θερμοπύλαι, & ſæpius Πύλαι dicebatur, erat Græciæ porta & aditus, & numquam potuiſſet Philippus Phocenſes evertere, niſi potitus fuiſſet illis anguſtiis. Ideo ſæpiſſime Demoſthenes in ſuis Philippicis de iis facit mentionem, ad quod reſpicit hoc loco Antipater, quem loquentem inducit Lucianus. *J.P.a G.*

7. *Οὐ Φωκέας, καὶ Πύλον ἔχομεν*] Sic quidem etiam Mſ. Sed *Palmerius* vidit ſcribendum eſſe Πύλας, veriſſime. Sic clare Florentina, ut nihil dubii impoſterum ſit relictum editoribus ad veram lectionem reſtituendam. *J.G.G.*

8. Πυλας] Ita Ed. *Fl.* uti *Palmerius* emendare juſſerat; in reliquis enim Πύλον legitur. Quod autem *Palmerius* in erudita illa nota ait, haec ab Antipatro dici, inde eſt, quod exemplaria ſua ſecutus non vidit a Philippo dici: cum tamen vel ipſa orationis ſeries oſtendat, haec ab Antipatro, ut ſibi ab aliquo dicta. Ut mirer viro ſagaciſſimo nihil hic ſuboluiſſe, unde verum erueret. *M. du S.*

16. Ἀπὸ τῶν θεάτρων] Longe aliter de eo Cl. *Potterus* p. 154. *M. du S.*

20. Χρόνου] Subaudi διά. *F.G.*

Ibid. Πρὸς τὴν δραχμὴν] Drachma, τὸ συνηγορικὸν h. e pretium oratori ſolutum, quoties vel in privata cauſa vel in publica adeſſet. Triobolum τὸ δικανικὸν ſ. merces judicis. Vid. *Spanh.* ad *Ariſtoph.* Plut. v. 329. *J.M.G.*

Ibid.

τριώβολον τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα, πάλαι [a] τούτους κατακεκλιμένους εἰς τοὺς προγόνους ἐπανάγων, καὶ τὸν ζῆλον τῶν Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι κατειργασμένων, συνίστησι δ' ἐπὶ συμμαχίας, καὶ συντάξεις Ἑλληνικάς. τοῦτον οὐ λαθεῖν ἐστιν, οὐ φενακίσαι, οὐ πρίασθαι δ' οὐ μᾶλλον, ἢ τὸν Ἀριστείδην ἐκεῖνον ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἐπρίατο.

Τοῦτον οὖν, ὦ Ἀντίπατρε, χρὴ δεδιέναι μᾶλλον, ἢ πάσας τριήρεις, καὶ πάντας ἀποστόλους. ὃ γὰρ Ἀθηναίοις τοῖς πάλαι Θεμιστοκλῆς, καὶ Περικλῆς ἐγένετο, [b] τοῦτο τοῖς νῦν ὁ Δημοσθένης, ἐφάμιλλος Θεμιστοκλεῖ μὲν τὴν σύνεσιν, Περικλεῖ δὲ τὸ φρόνημα. ἐκτήσατο γοῦν αὐτοῖς ἀκούειν, Εὔβοιαν, Μέγαρα, τὰ περὶ τὸν Ἑλλήσποντον, τὴν Βοιωτίαν. Καὶ καλῶς γε, ἔφη, ποιοῦσιν Ἀθηναῖοι, Χάρητα μὲν καὶ Διοπείθην, καὶ Πρόξενον, καὶ τοιούτους τινὰς ἀποδεικνύντες στρατηγεῖν, Δημοσθένην δὲ εἴσω κατέχοντες ἐπὶ τοῦ βήματος. ὡς εἰ τοῦτον τὸν ἄνθρωπον ὅπλων ἀπέφηναν καὶ νεῶν, καὶ στρατοπέδων, καὶ καιρῶν, καὶ χρημάτων κύριον, ὀκνῶ, μὴ περὶ τῆς Μακεδονίας ἂν κατέστησέ μοι τὸν λόγον, ὃς καὶ νῦν ἀπὸ ψηφισμάτων ἀνταγωνιζόμενος ἡμῖν, πανταχοῦ συμπεριτρέχει, καταλαμβάνει, πόρους εὑρίσκει, δύναμιν

„ bolum civitatis dignitatem excitat: hosque olim inclinatos ad majores ſuos revocat, atque ad aemulationem eorum quae Marathone ac Salamine geſta ſunt: mutuique auxilii foedera, & conventiones inter Graecos conſtituit. Hunc celare non eſt, non decipere, non emere, non magis quam Ariſtidem illum Perſarum rex emere potuit.

37. „ Hunc ergo, Antipater, magis eſt quod timeamus, quam triremes omnes & claſſes. Quod enim antiquis illis Athenienſibus Themiſtocles fuerunt & Pericles, his nunc Demoſthenes eſt prudentiae nomine comparandus cum Themiſtocle, cum Pericle autem ob ſenſum in republica. Dicto igitur audientes illis praeſtitit Euboeam, Megara, quae circa Helleſpontum ſunt, Boeotiam. Et praeclare *e re mea* faciunt Athenienſes, cum Chareta & Diopithen, & Proxenum, & horum ſimiles quosdam imperatores conſtituunt, Demoſthenem vero domi in tribunali retinent. Quod ſi hunc hominem armorum faciant & navium, & exercituum, & temporum, & pecuniarum dominum; vereor, ne de ipſa me Macedonia in diſceptationem vocet: qui vel ſic ſuis me decretis oppugnet, circumquaque concurrat, deprehendat, reditus

a Τούτους] Τούτοις *Fl.* b Τοῦτο τοῖς] Ex emendatione *Solan.* & *Jenſii.* Τούτοις Edd. antea male.

Ibid. Δραχμὴν καὶ τὸ τριώβολον] An τοὺς δικαστικοὺς μισθούς; *F.G.* Quidni? De triobolo autem judicum mercede jam ter quater alibi mentio facta. Vide modo *Bis Accuſ.* c. 15. *J.F.R.*

22. Τούτους κατακεκλ.] Τοὺς Ἀθηναίους πολίτας. *F.G.*

23. Τῶν Μαραθῶνι] Ἐν Μαραθῶνι. *F.G.* Si ἐν tantum ſubaudiri voluit, bene. ſi addi, fruſtra. Quando quidem μάχη, vel aliud ſubſtantivum additur, dubium non eſt, quin ἐν adjungatur, ut *Thucyd.* I. 18. ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη. Et 2. 34. Τοὺς ἐν Μαραθῶνι. *Aeſchin.* contra Cteſiph. p. m. 301. A. ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη γέγραπται. *Demoſth.* de Claſſ. p. m. 76. A. οἱ ἐν Μαραθῶνι τῶν προγόνων. Noſter c. ult. f. hujus Dial. τῶν ἐν Μαραθῶνι πεπτωκότων. Ibid. paullo ante. τοὺς ἐν Μαραθ. πεσ. At quando abeſt ejusmodi ſubſtant. omitti etiam poteſt praepoſitio, *Lyſ.* Orat. de *Ariſtoph.* bonis, ſin. ἐνίκησεν Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ. *L. Bos* de Ellipſ. p. m. 281. ex *Ariſtoph.* Acharn. Μαραθῶνι ἧμεν. Adderem *Homer.* Il. E. 137. ubi ἀγρῷ quoque pro ἐν ἀγρῷ, aliaque quae in promptu habeo, ſi neceſſitas poſtularet *J.F.R.*

Ibid. Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι] Tum alias, tum nusquam fortius, quam eo loco, quem etiam *Longinus* laudat ſ. 16. nempe *de Corona* c. 60. ubi jurat, Οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους, καὶ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας, καὶ τοὺς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, καὶ πολλοὺς ἑτέρους τοὺς ἐν τοῖς δημοσίοις μνήμασι κειμένους ἀγαθοὺς ἄνδρας κ. τ. λ. *J.M.G.*

31. Ἀποστόλους] I. e. duces claſſis. *F.G.*

Ibid. Ὁ γὰρ Ἀθηναίοις τοῖς πάλαι Θεμιστοκλῆς, καὶ Περικλῆς ἐγένετο, τούτοις νῦν ὁ Δημοσθένης, ἐφάμιλλος Θεμιστοκλεῖ μὲν τὴν σύνεσιν, Περικλεῖ δὲ τὸ φρόνημα] Perſpicuum eſt, legendum τοῦτο. *Quod priſcis Athenienſibus Themi-*

„ ditus inveniat, copias contrahat, * amplıſſimas claſſes dimittat, copias in aciem mittat, huc illuc tranſiens obſiſtat.

συλλέγει. [c] ὁ δὲ ἐπιμήκεις στόλους ἀποπέμπει, συντάττει δυνάμεις, ἀντιμεθίσταται.

38. Talia & tum & ſaepe alias ad me Philippus de viro dicebat, inter fortunae munera illud referens, quod exercitum non duceret Demoſthenes: cujus quidem etiam conciones, tamquam arietes quidam & catapultae ab Athenis inde ruentes ſua convellerent diſturbarentque conſilia. Nam de Chaeronea neque poſt victoriam commemorare apud nos deſiit, in quantum nos periculum vir ille adduxiſſet. „ Etſi enim „ praeter ſpem & vitio ducum, & militum immodeſtia, & nec opinata fortunae „ inclinatione, quae in multis ſaepe perficiendis nos adjuvit, vicimus; tamen „ uno illo die & imperii & vitae adeo in „ periculo me conſtituit, conductis in „ unum praeſtantiſſimis civitatibus, Graecis copiis omnibus collectis; Athenienſibus ſimul & Thebanis Boeotiisque reliquis, & Corinthiis Euboënſibusque, „ & Megarenſibus, & praeſtantiſſimis „ Graeciae, in periculi ſocietatem coactis, „ meque ad interiora Atticae penetrare „ prohibito.

Τοιαῦτα καὶ τότε καὶ πολλάκις πρός με Φίλιππος περὶ τἀνδρὸς ἔλεγεν, ἐν τοῖς παρὰ τῆς τύχης χρηστῶν τιθέμενος, τὸ μὴ στρατηγεῖν τὸν Δημοσθένην. οὗ γε καὶ τοὺς λόγους ὥσπερ κριοὺς ἢ καταπέλτας Ἀθήνηθεν ὡρμωμένους, διασείειν αὐτοῦ καὶ καταράττειν τὰ βουλεύματα. περὶ μὲν γὰρ Χαιρωνείας, οὐδὲ μετὰ τὴν νίκην ἐπαύετο πρὸς ἡμᾶς λέγων, εἰς ὅσον ἄνθρωπος ἡμᾶς κινδύνου κατέστησε. μὴ γὰρ εἰ παρ᾽ ἐλπίδα, καὶ κακίᾳ στρατηγῶν, καὶ στρατιωτῶν ἀταξίᾳ, καὶ τῇ παραδόξῳ ῥοπῇ τῆς τύχης, τῇ πολλὰ πολλάκις ἡμῖν συνειργασμένῃ, κεκρατήκαμεν, ἀλλ᾽ ἐπὶ μιᾶς γε ταύτης ἡμέρας, τὸν περὶ τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς ψυχῆς κίνδυνον ἐπέστησέ μοι, τὰς ἀρίστας πόλεις εἰς ἓν συναγαγὼν, καὶ πᾶσαν τὴν Ἑλληνικὴν δύναμιν ἀθροίσας, [d] Ἀθηναίους ἅμα καὶ Θηβαίους, Βοιωτούς τε τοὺς ἄλλους, καὶ Κορινθίους, Εὐβοέας τε, καὶ Μεγαρέας, καὶ τὰ κράτιστα τῆς Ἑλλάδος διακινδυνεύειν καταναγκάσας, καὶ μηδ᾽ εἴσω με τῆς Ἀττικῆς ἐπιτρέψας παρελθεῖν.

39. Tales habebat ille perpetuo de Demoſthene ſermones: & his qui dicerent,

Τοιοῦτοί τινες ἦσαν αὐτῷ συνεχεῖς περὶ Δημοσθένους οἱ λόγοι. καὶ πρόσγε τοὺς λέγον-

[c] Ὁ δὲ] Ὧδε legit. *J. J. Wetſt.* Pro ὁ δὲ lacuna, & pro ἐπιμήκεις eſt ἐπιεικῶς in *Fl.* [d] Ἀθηναίους] Πρὸς Ἀθηναίους *Fl*

miſtocles & Pericles fuit, id nunc eſt Demoſthenes, par Themiſtocli quidem prudentia, Pericli autem animo. Idque recte conſideravit Interpres. *J. J.*

32. Τοῦτο τοῖς νῦν] Impr. omnes τούτοις νῦν. Cl. *Jenſius* τοῦτο νῦν. Ego ſic integre edendum cenſeo, & ita interpungendum, ut ἰσάμιλλος ad ſequentia referatur, non ut ante fiebat, ad τούτοις *M. du S.*

35. Ἀκούειν] Pro ὑπακούειν. *F. G.*

44. Περὶ τῆς Μακεδονίας ἂν κατέστησέ μοι τὸν λόγον] An, *de Macedonia ipſa rationem a me exegiſſet.* *F. G.*

47. Δύναμιν συλλέγει, * ἐπιμήκεις στόλους] Sentisne, lector, haec olim miſerum in modum diſtracta, ita jam commiſſa inter ſe & tam firma compage cohaerere, ut divelli nullo modo poſſint? Si haec non eſt certa emendatio, ilicet de tota arte actum eſt: exſequias eamus criticis *J. M. G.*

49. Ἀνθιμεθίσταται. Ἐγὼ δὲ] Hic jam incipiunt quatuor illa capita loco ſuo in omnibus editionibus mota, a me vero ſuo loco reddita, ne vocula quidem mutata. *M. du S.*

57. Περὶ μὲν γὰρ Χαιρωνείας] Poſt praelium ad Chaeroneam, quo Athenienſium, quin Graeciae libertate, opes proſtratae ſunt, Philippus initio quidem ſe geſſit inſolentius; poſt autem, periculo licet defunctus, ἔφριττε τὴν δεινότητα καὶ τὴν δύναμιν τοῦ ῥήτορος, ἐν μέρει μικρῷ μιᾶς ἡμέρας τὸν ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας καὶ τοῦ σώματος ἀναρρῖψαι κίνδυνον ἀναγκασθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ Plut. in V. *Demoſth.* p. 1567. *H. Steph.* *J. M. G*

59. Καὶ γὰρ εἰ παρ᾽ ἐλπίδα] Sic legendum etiam ego puto, niſi velimus ellipſin ſatis difficilem ſtatuere, *An enim ideo minus magnum periculum* &c. Blandius forte ſic corrigas, Μὴ γὰρ ἡ παρ᾽ ἐλπίδα, *Neque enim niſi praeter ſpem vicimus.* Sed primum illud, quod etiam *Wolfio* placuit, probo unice. *J. M. G.*

94. Ἀρι-

γοντας, ὡς μέγαν ἔχοι τὸν Ἀθηναίων δῆμον ἀνταγωνιστὴν, Ἐμοὶ Δημοσθένης μόνος, εἶπεν, ἀνταγωνιστὴς, Ἀθηναῖοι δὲ, Δημοσθένην οὐκ ἔχοντες, Αἰνιᾶνές εἰσι, ϗ Θετταλοί. ϗ πρέσβεις ὁπότε πρὸς τὰς πόλεις πέμποι, τῶν μὲν ἄλλων ῥητόρων εἴ τινας ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις ἀνταποστέλλοι, τῇ πρεσβείᾳ [a] ῥᾷστα ἦν κεκρατηκώς· τοῦ Δημοσθένους δ' ἐπιστάντος, Μάτην, εἶπεν, ἂν ἐπρεσβεύσαμεν.

Οὐ γὰρ ἐστὶ κατὰ τῶν Δημοσθένους λόγων ἐγεῖραι τρόπαιον. ταῦτα ὁ Φίλιππος. ϗ μέντοι ϗ πάντως ἔλαττον ἂν ἔχοντες, [b] εἰ λάβοιμεν [c] τοιοῦτον ἄνδρα, πρὸς Διὸς, Ἀρχία, [d] τί ποτε νομίζεις; βοῦν ἂν ἐπὶ σφαγὴν ἤγομεν, ἢ πολὺ μᾶλλον ἂν σύμβουλον περὶ τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων, ϗ τῆς ἀρχῆς πάσης ἐποιούμεθα; φύσει μὲν γὰρ αὐτῷ, ϗ κατ' ἀρχὰς προσεπεπόνθειν ἐξ αὐτῶν τῶν πολιτευμάτων· ἔτι δὲ μᾶλλον Ἀριστοτέλει μάρτυρι. πρός τ' οὖν τὸν Ἀλέξανδρον, ϗ πρὸς ἡμᾶς γε [e] λέγων, οὐδὲν ἐπαύετο· τοσούτων ὄντων [f] αὐτῷ τῶν προσπεφοιτηκότων, μηδένα οὕτω πώποτε θαυμάσαι, μεγέθους τε φύσεως, καὶ τῆς περὶ τὴν ἄσκησιν ἐγκρατείας, ϗ βάρους, ϗ τάχους, ϗ παρρησίας, ϗ καρτερίας.

Ὑμεῖς δὲ, ἔφη, διανοεῖσθε ὡς ὑπὲρ Εὐβούλου, ϗ Φρύνωνος, ϗ Φιλοκράτους, ϗ πειρᾶσθε δώροις ϗ τοῦτον ἀναπείθειν ἄνθρω-

gravem ipſi eſſe adverſarium populum Athenienſem, reſpondebat, „ Mihi adverſarius „ ſolus Demoſthenes : Athenienſes vero, „ Demoſthene deſtituti, Aenianes ſunt & „ Theſſali". Et ſi quando legatos ad civitates mitteret, atque aliorum oratorum quosdam contra ipſum civitas Athenienſium ablegaret, legatione facile ipſe vicerat. Quoties vero inſtaret Demoſthenes, „ Fruſtra, *inquit*, legationem miſimus.

40. „ Neque enim contra Demoſthenis „ orationes tropaeum licet erigere". Haec Philippus. Et profecto omnibus modis inferiores (*nos Philippo*) talem virum ſi cepiſſemus; per Jovem, Archia, quid tandem putas ? bovemne ad macellum acturi eramus, an conſiliarium potius de rebus Graecis, totoque imperio *noſtro* adhibituri ? Natura enim illi me etiam ab initio conciliari ſentiebam ex ipſis in rep. geſtis, magis vero teſtimonio Ariſtotelis. Is enim cum apud Alexandrum & nos ageret, ac tot haberet, qui ſuam domum audiendi cauſſa frequentaverant, nunquam deſiit praeter omnes hunc admirari ob magnitudinem ingenii, & illam circa exercitationes continentiam, & gravitatem, & celeritatem, & libertatem dicendi, & conſtantiam.

41. „ Vos autem, *inquit*, de illo cogitatis ut de Eubulo *quodam*, & Phrynone, & Philocrate, & hunc donis conamini in partes traducere hominem, qui „ pa-

a Ῥᾷστα ἦν] Ἦν ῥᾷστα ἂν Fl. b Εἰ] Deeſt in Fl. c Τοιοῦτον ἄνδρα] Τοιοῦτον ἂν ἄνδρα Fl. d Τί] Ἔτι Fl. e Λέγων] Sic dedi ex J. V2. & Fl. Ἄγων cett. Λέγων etiam marg. A1W. f Αὐτῷ τῶν] Τῶν αὐτῷ Fl.

94. Ἀριστοτέλει μάρτυρι] Προσεπεπόνθειν ſcil. F.G.

95. Πρὸς γοῦν τὸν Ἀλεξ.] Sic omnino legendum, cum αἰτιολογικὴν particulam ſeries orationis poſtulet. Et quam facile eſt Γ in Τ mutari? J.M.G.

96. Λέγων] Ita recte *Fl.* & *Veneta* utraque, in reliquis ἄγων. M. du S.

97. Προσπεφοιτηκότων] Malit *Wolfius* συμπεφοιτηκότων, ut notentur condiſcipuli : & eſt illud ſane temporum rationibus magis accommodatum. Sed meminerimus jam ſupra ab auctore libelli non *Ariſtotelem* tantum, ſed hujus etiam *Theophraſtum* auditorem inter Praeceptores Demoſthenis relatum. J.M.G.

98. Θαυμάσαι] Subaudi ἔλεγε. F.G.

99. Ἐγκρατείας] Si abſtinentiam reddas, quid fiet voce ἄσκησις? M. du S.

4. Εὐβούλου] Inimicus hic Demoſthenis ſummus. Vid. *Dem.* Mid. M. du S.

Εὐβούλου, ϗ Φρύνωνος, ϗ Φιλοκράτους] Hos patriae ſuae Athenarum proditores noſſe datur ex oratione Demoſthenis de falſa legatione. J.M.G.

Ibid. Φιλοκράτους] Et hic Demoſthenis inimicus, quem proditorem Patriae alicubi vocat. M. du S.

31. Ἀλλὰ πῶς ἀπέθανεν; ΑΡΧ. Ἔοικας ἔτι μᾶλλον, ὦ βασιλεῦ, θαυμάσειν, ϗ γὰρ ἡμεῖς οἱ τεθεαμένοι, διεφέρο-

„ patrimonium quoque in Athenienſes, „ privatim in egentes, publice in civitatem „ impenderit ; & ubi hac ſpe excidiſtis, „ terrere illum vos poſſe arbitramini , cui „ olim deliberatum ſit animam ſubjicere in- „ certis patriae fortunis ? & in facta illo „ veſtra invehente, indignamini ? qui nec „ populo Athenienſium ſe ſubmittat. Ne- „ ſcitis, *inquit*, patriae illum amore tracta- „ re rempublicam , ſibi autem eam philo- „ ſophiae gymnaſium conſtituiſſe.

42. Talia , Archia , ſupra modum cupiebam conſuetudine illius utens ex illo audire , & quae ipſius de rebus praeſentibus eſſet ſententia : atque, quoties opus eſſet, relictis qui ſemper in nos irruunt adulatoribus , ſimplicem e libera mente orationem percipere , & veracis conſilii copiam nanciſci. Etiam fas putarem illum admonere, pro quam ingratis Athenienſibus vitam omnem in diſcrimen dediſſet , cum liceret gratos magis & firmiores amicos habere. ARCH. Reliqua , Rex, forte conſecutus eſſes: ſed iſta fruſtra fuiſſes dicturus , adeo ad furorem usque ille amabat Athenas. ANT. Ita res habet, Archia, quid enim dicamus? Sed quomodo mortuus eſt?

43. ARCH. Videris magis etiam, Rex, admiraturus eſſe. Etenim nos qui vidimus non minus obſtupeſcebamus & fidem negabamus oculis , quam qui non viderunt. Videbatur enim olim deliberatum de ultimo

πον, καὶ τὴν πατρῴαν οὐσίαν εἰς Ἀθηναίους, ἰδίᾳ τε τοῖς δεηθεῖσι, καὶ δημοσίᾳ τῇ πόλει [g] καλῃναλωκότα. διαμαρτάνοντες δὲ, φοβήσειν οἴεσθε, πάλαι βεβουλευμένον τὴν ψυχὴν ὑποθεῖναι ταῖς τῆς πατρίδος ἀδήλοις τύχαις· καὶ καθαπτομένου τῶν πραττομένων ὑμῖν, ἀγανακτεῖτε. ὅδ' οὐδὲ τὸν Ἀθηναίων δῆμον ὑποστέλλεται. Λέληθεν ὑμᾶς, ἔφη, τῇ μὲν τῆς πατρίδος εὐνοίᾳ πολιτευόμενος, αὐτῷ δὲ τὴν πολιτείαν [h] γυμνάσιον φιλοσοφίας προθέμενος.

[i] Τὰ τοιαῦτα, ὦ Ἀρχία, ὑπερεπεθύμουν αὐτῷ συγγενόμενος, τήν τε γνώμην, ἣν [k] ἔχει περὶ τῶν παρόντων, ἀκοῦσαι λέγοντος, καὶ τῶν ἀεὶ περιπεπτωκότων ἡμῖν κολάκων, εἰ ἐδεόμην, ἀποστὰς, ἁπλοῦ τινος ἐξ ἐλευθέρας γνώμης ἀκοῦσαι λόγου, καὶ φιλαλήθους συμβουλῆς μεταλαβεῖν· καί τι καὶ νουθετῆσαι δίκαιον, ὑπὲρ οἵων ὄντων Ἀθηναίων τὴν ἀχαριστίαν, πάντα παραβάλοιτο τὸν αὐτοῦ βίον, ἐξὸν εὐγνωμονεστέροις καὶ βεβαιοτέροις κεχρῆσθαι φίλοις. ΑΡΧ. Ὦ βασιλεῦ, τῶν μὲν ἄλλων ἴσως ἂν ἔτυχες· ταυτὶ δὲ μάτην ἂν ἔλεγες· οὕτω μανικῶς φιλαθήναιος ἦν. ΑΝΤ. Ταῦτα, ὦ Ἀρχία, τί γὰρ ἂν λέγοιμεν; ἀλλὰ πῶς ἀπέθανεν;

ΑΡΧ. Ἔοικας ἔτι μᾶλλον, ὦ βασιλεῦ, θαυμάσειν, καὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ τεθεαμένοι [l] διεφέρομεν οὐδὲν ἐκπλήξει τε καὶ ἀπιστίᾳ τῶν ὁρώντων. ἔοικε γὰρ δὴ πάλαι ὢν ὧδε βεβου-

g Καλῃναλ.] Κατηναλ. *Fl.* h Γυμνάσιον] Sic plurimae. Γυμνάσειον *J. V2. Fl.* i Τὰ τοιαῦτα] Deſunt in *Fl.* k Ἔχει] Ἔχοι *Fl.* l Διεφέρομεν —— ὁρώντων] Nil varietatis inveniri addit *Selan.*

31. Πῶς ἀπέθανεν;] De Demoſthenis interitu *Pauſanias* in Corinth. *G.*

μεν οὐδὲν ἐκπλήξει τε καὶ ἀπιστίᾳ τῶν ὁρώντων. Mira oratio. An illi, qui viderunt, non aliter ac qui viderent, obſtupuerunt ? Quae haec dicendi ratio? Suſpicor ὁρώντων corruptum ex ἀκροώντων. *Ita ſcilicet ſtupenda eſt maximi hujus viri mors , ut etiam nos , qui vidimus eam , non minus ſtupuerimus , & ipſis noſtrum oculis diffiſi fuerimus, ac illi, qui audiunt, percelluntur , ac relationi fidem non habent.* An potius unius literulae mutatione defungentes, legimus διαφέρομεν? *Et nos, qui vidimus hanc mortem , ſtupore & ἀπιστίᾳ ne nunc quidem minus correpti ſumus , quam ubi eam conſpiciebamus.* Studioſus Lector arbitretur. Nam vulgata ſtare poſſe, non puto cuipiam fore perſuaſum. *J. J.*

33. Διεφέρομεν] Locus conclamatus , niſi legas μὴ ὁρώντων quod etiam *Lamb. Bos* placere video. Aut cum hoc vellet, *nos ipſi qui vidimus , ſtuporem rei praeſentis nondum excutere valemus* , parum feliciter expreſſit, etiamſi cum Cl. *Jenſio* διαφέρομεν legas, vide tamen Eik. c. 10. *M. du S.*

34. Καὶ ἀπιστίᾳ τῶν ὁρώντων] Forſan legendum , τῶν μὴ ὁρών-

βουλευμένος περὶ τῆς ὑστάτης ἡμέρας· δηλοῖ δὲ ἡ παρασκευή. καθῆστο μὲν γὰρ ἔνδον ἐν τῷ νεῷ, μάτην δὲ τῶν πρόσθεν ἡμερῶν λόγους ἦμεν ἀναλωκότες. ANT. Τίνες γὰρ ἦσαν οἱ παρ' ὑμῶν λόγοι; ΑΡΧ. Πολλὰ καὶ φιλάνθρωπα προυτεινόμην, ἔλεόν τινα παρὰ σοῦ [a] καθυπισχνούμενος, οὐ μάλα μὲν προσδοκῶν· οὐ γὰρ ἠπιστάμην, ἀλλὰ σὲ ᾤμην δι' ὀργῆς ἔχειν τὸν ἄνθρωπον, χρήσιμον δ' οὖν πρὸς τὸ πείθειν νομίζων. ANT. Ὁ δὲ πῶς προσίετο τοὺς λόγους; καί με μηδὲν ἀποκρύψῃ· μάλιστα μὲν γὰρ αὐτήκοος ἂν ἐβουλόμην παρὼν εἶναι νῦν. ἀλλὰ σύγε μὴ παραλίπῃς μηδέν· οὐ γάρ τοι σμικρὸν ἔργον, ἦθος ἀνδρὸς γενναίου πρὸς αὐτῷ τῷ τέλει τοῦ βίου καταμαθεῖν, πότερον ἄτονος καὶ νωθρὸς ἦν, ἢ παντάπασιν ἀκλινὲς τὸ τῆς ψυχῆς ὄρθιον ἐφύλαττεν.

ΑΡΧ. Οὐδὲν ὑπέστελλεν ἐκεῖνός γε. πῶς γάρ; ὅς ἡδὺ γελάσας, κἀμὲ δὴ σκώπτων ἐς τὸν πρότερον βίον, Ἀπίθανον, ἔφη, με ὑποκριτὴν εἶναι τῶν σῶν ψευσμάτων. ANT. Ἀπιστήσας ἄρα τοῖς ἐπαγγέλμασι, προεῖτο τὴν ψυχήν; ΑΡΧ. Οὐκ· εἴγε τῶν λοιπῶν ἀκούσαις, οὐ δόξει σοι μόνον ἀπιστεῖν, ἀλλ' ἐπεὶ κελεύεις, ὦ βασιλεῦ, λέγειν, Μακεδόσι μὲν, εἶπεν, οὐδὲν ἀπώμοτον,

die habuiſſe , id quod apparatus indicat. Conſederat nimirum intus in templo. Fruſtra ſuperiorum dierum ſermones conſumſeramus. ANT. Quinam erant veſtri ſermones? ARCH. Multa de tua humanitate illi oſtendebam , miſericordiam a te pollicitus , non valde quidem *illam ipſe* expectans , neque enim ſciebam , ſed iratum te viro putabam : verum quod putarem id ipſum utile eſſe ad perſuadendum. ANT. Ille vero quomodo accipiebat iſtos ſermones? Et noli me celare quidquam. Vellem enim vel maxime adfuiſſe & meis auribus accepiſſe ſingula. Sed tu ne quid praetermiſeris. Neque enim ſane parvum quid eſt, ingenium viri generoſi ſub ipſum vitae finem cognoſcere. Utrum languidus erat & ignavus, an nuſquam inclinatam illam mentis altitudinem ſervavit?

44. ARCH. Nihil ille ſane remiſit. Qui enim? qui ſuaviter ridens, & in ſuperiorem vitam meam ludens , improbabilem me mendaciorum tuorum hiſtrionem diceret. ANT. Ergo quod diffideret promiſſis, ideo vitam abjecit? ARCH. Non : ſi quidem audire reliqua volueris , non videbitur tibi ſolum diffiſus eſſe. Sed, quando jubes , rex , dicere , „ de Macedonibus , *inquit* , nihil non ſceleris credibile „ eſt:

a Καθυπισχνούμενος] Καθυπισχνουμένοις *Fl.*

48. Παρὼν εἶναι νῦν] Παρέλκει τὸ εἶναι, ἐπισκεπτέον δὲ εἰ ὅμοιον τῷ ἑκὼν εἶναι, ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀπαγορεύσεως τάττεται, οἷον οὔποτ' ἂν ἐγὼ ἑκὼν εἶναι πεισθείην. *V.*

ὁρώντων. *L. BOS.*

Ibid. Τῶν ὁρώντων] Sententia poſtulat , ut aut negationem omiſſam dicamus οὐχ, vel μηδὲν, aut cum *Jenſio* ſuſpicemur , fuiſſe in autographo τῶν ἀκροώντων, vel ἀκουόντων, quorum hoc inter deſcribendum, illud inter dictandum facilius potuit permutari. Sed quoties ipſis ſcriptoribus talia humanitatis indicia excidunt? *J. M. G.*

37. Καθῆστο] Ut ſupplex , de quo genere hoc verbum velut ſolenne eſt. Vid. v. g. *Thucyd.* I, 24. & 136. Cui ἀνάστασις opponitur, ibid. 133. Demoſthenem autem ſalutis ſervandae cauſſa huc confugiſſe, ſatis ultima illius verba , quae mox referentur , indicant. *J. M. G.*

53. Ἐφύλαττεν] *Jenſ.* διεφύλαττεν ; ſed nihil varietatis invenio. Et cum ſic quoque legatur c. 33. nihil muto. *J. F. R.*

56. Ἐς τὸν πρότερον βίον] Hiſtrioniam feciſſe Archiam, multi auctores ſunt : qua de re conſule *Plut.* in vita Dem. & ipſum *Dem.* p. mihi 17, 1. *M. du S.*

58. Ἀπιστήσας ἄρα] Antipatri verba interrogative pronuntianda. *F. G.* Id jam curaverat *P.* additis etiam in verſione perſonis, quae *S.* omiſit , quia in Graeco non comparebant. *J. F. R.*

59. Οὐκ·] Archiae reſponſum. *F. G.*

71. Αὐτὴν παρ'] Τὸ δόξω hic deſiderari videtur, μὴ τὴν ψυχὴν αὐτὴν δόξω παρ' Ἀντιπάτρου δεδωροδοκηκέναι. *F. G.*

72. Μηδ' ἣν ἐμαυτὸν ἔταξα , τάξιν λιπὼν &c.] Poſſet quis ſuſpicari excidiſſe hic praepoſitionem εἰς , legendumque εἰς ἣν ἐμαυτὸν ἔταξα τάξιν λιπών. Ita certe *Epi-*

,, eſt: neque mirum fuerit, ſi Demoſthe- ,, nem ita capiunt, ut Amphipolin, ut ,, Olynthum, ut Oropum". Talia dixit multa. Etenim notarios conſtitui, ut dicta tibi ſervarentur: ,, Tametſi ego, *inquit*, ,, tormentorum aut mortis metu in conſpe- ,, ctum venire Antipatri nolo: ſed ſi vere ,, iſta praedicatis, multo magis etiam mihi ,, cavendum eſt, ne vita ipſa ab Antipatro ,, mihi donata corrumpar, neque relicta ,, acie, in qua ipſe me locavi, Graecanica, ,, in Macedonicam me conjiciam.

45. ,, Praeclarum enim eſſet, Archia, ſi ,, vitam mihi Piraeeus ipſe praeſtaret, & ,, triremis quam dedi, & moenia & foſſa ,, meis impenſis effecta, & Pandionis tri- ,, bus, in qua mea ſponte ſumtus in pom- ,, pam ſacrorum feci, & Solon, & Dra- ,, con, & illa tribunalis fiducia, & liber ,, populus, & militaria decreta, & leges ,, trierarchicae, & majorum virtutes, & ,, tropaea, & benivolentia civium, qui ,, ſaepe me coronarunt, & Graecorum po- ,, tentia, qui huc usque a me ſervati ſunt. ,, Si vero etiam miſericordia aliena viven- ,, dum, humile id quidem eſt, ſed tolera- ,, bilis tamen miſericordia a neceſſariis,

οὐδὲ παράδοξον, εἰ Δημοσθένην οὕτω [b] λαμβάνουσιν, ὡς Ἀμφίπολιν, ὡς Ὄλυνθον, ὡς Ὠρωπόν. τοιαῦτα πολλὰ ἔλεγε· καὶ γὰρ οὖν ὑπογραφέας παρεστησάμην, ἵνα σοι τὰ λεχθέντα σώζοιτο. Ἐγὼ μέν τοι, ἔφη, ὦ Ἀρχία, βασάνων, ἢ θανάτου φόβῳ κατ' ὄψιν οὐκ ἂν Ἀντιπάτρῳ γενοίμην. ἀλλ' εἰ ταῦτ' ἀληθεύετε, πολύ μοι μᾶλλον ἔτι φυλακτέον, μὴ τὴν ψυχὴν αὐτὴν παρ' Ἀντιπάτρου δεδωροδοκηκέναι, μηδ' ἣν ἐμαυτὸν ἔταξα, τάξιν λιπὼν τὴν Ἑλληνικὴν, εἰς τὴν Μακεδονικὴν μεταβαλέσθαι.

Καλὸν γὰρ, ὦ Ἀρχία, εἰ τὸ ζῆν ἐμοὶ Πειραιεὺς αὐτὸς παρέχοι, καὶ τριήρης, ἣν ἐπιδέδωκα, καὶ τεῖχος, καὶ τάφρος τοῖς ἐμοῖς τέλεσιν ἐξειργασμένα, καὶ φυλὴ Πανδιωνὶς, [c] εἰς ἣν ἐθελοντὴς [d] ἐχορήγουν ἐγὼ, καὶ Σόλων, καὶ Δράκων, καὶ παῤῥησία βήματος, καὶ δῆμος ἐλεύθερος, καὶ ψηφίσματα στρατιωτικὰ, καὶ νόμοι τριηραρχικοὶ, καὶ προγόνων ἀρεταὶ, καὶ τρόπαια, καὶ πολιτῶν εὔνοια, τῶν ἐμὲ πολλάκις ἐστεφανωκότων, καὶ δύναμις Ἑλλήνων, τῶν ὑπ' ἐμοῦ μέχρι νῦν τετηρημένων· εἰ δὲ καὶ βιωτὸν ἐλεηθέντι, ταπεινὸν μὲν, ἀνεκτὸς δ' οὖν ὁ ἔλεος [e] παρὰ τοῖς οἰκείοις, ὧν ἐλυσάμην [f] αἰχμαλώτους,

ἢ

b Λαμβάνουσιν] Λαμβανούσιν *B*1. Correxit *B*2. *c* Εἰς ἣν] Ἧς omiſſo εἰς *Fl.* *d* Ἐχορήγουν] Bene *S.* & *Amſt.* Ἐχωρήγουν male *H*1.2. *P. B. J. Ald. Fl.* *e* Παρὰ] Reſcripſi ex *Fl. J.* & *V*2. Περὶ male cett. *f* Αἰχμαλώτους] Αἰχμαλώτων *Fl.*

pictetus cap. 29. Τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων οὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν τάξιν. Qui tamen in hoc Demoſthenis encomii loco praepoſitionem κατ' ἔλλειψιν omiſſam eſſe velit, huic non magnopere contenderim. Ex Epicteto ergo diſcimus, quemadmodum iſtiusmodi ellipſis ſit ſupplenda. *J.J.*

Ibid. Ἣν ἐμαυτὸν ἔτ.] Sic absque εἰς uſurpat Ἀποκηρ. c. ult. Aliter *Xen.* Ed. *Baſ.* 373. & a Cl. *Jenſio* laudatus *Epict.* 29. *M. du S.*

Μηδ' ἣν ἐμαυτὸν ἔταξα, τάξιν λιπὼν] Non opus eſſe addita praepoſit. εἰς ἣν cum Cl. *Jenſio* ſcribere, praeter locum ab *Solano* indicatum etiam probant verba *Aeſchinis* in Orat. contr. Cteſiph. p. m. 275. B. ſive non ita longe ab init. orationis: αἰσχύνθητε ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν, ἣν τέταχθε ὑπὸ τῶν νόμων. *J.F.R.*

79. Ἐχορήγουν ἐγὼ] Χορηγὸς, id eſt *praebitor* fuerat Demoſthenes Liberalibus, ſ. Διονυσίοις ἐν ἄστει. quo in munere quomodo ſe geſſerit, apparet ex argumento & narratione orationis Midianae. *J.M.G.*

84. Πολλάκις ἐστεφανωκότων] Vid. Dem. Or. *de Coron.* c. 64. in primis c. 78. Ἐπειδὴ πρὸς τὰ κοινὰ προσῆλθον, ἔδοξέ μοι τοιαῦτα πολιτεύματα ἑλέσθαι, ὥστε με ὑπὸ τῆς πατρίδος, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων πολλάκις ἐστεφανῶσθαι. *J.M.G.*

87. Περὶ τοῖς] Lege παρά. *F.G.*

Παρὰ τοῖς οἰκείοις] *Fl.* & *V.* utraque. Reliquae περὶ mendoſe. *M. du S.*

88. Ἐλυσάμην αἰχμαλώτους] Nobile hujus magnificentiae exemplum praebet argumentum orationis *de falſa legatione*: cum ea in primis cauſa legationem Macedonicam a ſe teſtetur ſuſceptam, uti captivos, quibus id promiſerat, liberare poſſet. *J.M.G.*

90. Ἦ

ἢ τοῖς πατράσιν, ὧν συνεξέδωκα τὰς θυγατέρας, ἢ οἷς τοὺς ἐράνους συνδιελυσάμην.

Εἰ δέ με μὴ σώζοι νήσων ἀρχὴ, καὶ θάλαττα, παρά γε τουτουῒ Ποσειδῶνος αἰτῶ τὸ σώζεσθαι, καὶ τοῦδε τοῦ βωμοῦ, καὶ τῶν ἱερῶν νόμων. εἰ δὲ Ποσειδῶν, ἔφη, μὴ δύναται φυλάττειν τὴν ἀσυλίαν τοῦ νεὼ, μηδ᾽ ἐπαισχύνεται προδοῦναι Δημοσθένην Ἀρχίᾳ, τεθναίην, οὐδὲ Ἀντίπατρος ἡμῖν ἀντὶ τοῦ θεοῦ κολακευτέος. ἐξῆν μοι φιλτέρους ἔχειν Ἀθηναίων Μακεδόνας, καὶ νῦν μετέχειν τῆς ὑμετέρας τύχης, εἰ μετὰ Καλλιμέδοντος, καὶ Πυθέου, καὶ Δημάδου συνεταττόμην. ἐξῆν γὰρ κἂν ὀψὲ [a] τῆς ψυχῆς μεθαρμόσασθαι, εἰ μὴ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας καὶ τὸν Κόδρον ἐπῃσχυνόμην· οὐκοῦν ᾑρούμην αὐτομολοῦντι τῷ δαίμονι συμμεταβάλλεσθαι. καλὸν γὰρ κρησφύγετον [b] θάνατος ἐν ἀκινδύνῳ παντὸς αἰσχροῦ γενέσθαι. καὶ νῦν, Ἀρχία, τὸ κατ᾽ ἐμαυτὸν οὐ καταισχυνῶ τὰς Ἀθήνας ἑκὼν δουλείαν ἑλόμενος, ἐντάφιον δὲ τὸ κάλλιστον τὴν ἐλευθερίαν προέμενος.

„ quorum redemi captivos, aut patribus, quorum una elocavi filias, aut quos in diſſolvendis eranis adjuvi.

46. „ Si vero ſervare me non poteſt inſularum imperium & mare, at certe ab hoc Neptuno ſalutem peto, & ab hoc altari, & ſanctis legibus. Si vero nec Neptunus, *inquit*, praeſtare poteſt templo ſuo ſanctitatem, neque pudet illum Archiae prodere Demoſthenem, moriar potius, neque Antipatro nos pro Deo adulemur. Licebat mihi amiciores Athenienſibus habere Macedonas, & nunc in fortunae veſtrae partem venire, ſi cum Callimedonte, & Pythea, & Demade conjungere me voluiſſem. Licebat enim vel ſero aliter inſtituere animum, niſi Erechthei filias vererer & Codrum. Non igitur velim cum fortuna transfuga & ipſe mutare caſtra. Honeſtum enim perfugium mors eſt, ut ab omnis turpitudinis periculo ſimus liberi. Et nunc, Archia, quantum in me eſt, non afficiam turpitudine Athenas, ſervitute ultro eligenda, abjiciendaque libertate, pulcherrimo ferali amiculo.

47. „ Ve-

a Τῆς ψυχῆς] Nihil mut. Edd. Τυχῆς L. b Θάνατος] Emendatio *Geſneri* neceſſaria. θάνατον Edd. priores.

90. Ἢ οἷς τοὺς ἐράνους συνδιελυσάμην] *Phil. Melanchthon* verterat: *aut quibus donavi pecunias. Benedict.* vero: *aut quos dandis contributionibus juvi.* Sed vereor ut recte, ait Cl. *Jac. du Port* in praelectt. ad *Theophr.* Charact. p. 192. Edit. *Cantabrig.* Vult enim ibi Demoſthenes, ſe eos adjuviſſe in diſſolvendis debitis *erani* nomine, quem collegerant, contractis. Ἐράνους συνδιαλύεσθαι, conciſe & eleganter dictum, pro *debita diſſolvere erani nomine conflata.* Vertendum igitur eſſet: *Quorum ego diſſolvi debita, erani nomine, quem ab amicis collegerant, contracta.* Tantae molis eſt alicubi Graeca Latinis exprimere; adeo Graecanicam volubilitatem Romana lingua ſequitur non paſſibus aequis. Contra apud Romanos ἔρανον numquam fuiſſe reſtituendum, docet ibid. p. ſeq. velut p. 191. tradiderat: ἔρανον fuiſſe genus mutui gratuiti, apud Graecos frequentati. Ubi enim quis aere alieno premeretur, aut etiam alias in inopiam incidiſſet, nec haberet unde viveret, ad amicos erat paratum refugium, qui quod poterant, unusquisque ἀνδ[ρ]ακάς *pro ſua virili* conferebant. Aliaque de *eranis* vid. ibid. Sed & coenam collatis ſymbolis fuiſſe ἔρανον, ſatis notum eſt. Vid. Doctiſſ. *Caſaub.* ad *Theophr.* Char. περὶ αὐθαδ. c. 15. ad verba καὶ φίλῳ δὲ ἔρανον κελεύσαντι εἰσενεγκεῖν, εἰπὼν ὅτι οὐκ ἂν δοίη &c. Item *Feith.* Antiq. *Homer.* III. c. 4 *L[illegible]* ac *Buchner.* ad *Plin.* L. X. epiſt. 93. qui *Livium* aeque ac *Plin.* etiam Latine *eranum* dixiſſe indi[illegible]. *J. F. R.*

Ibid Συνδιελυσάμην] *ſimul ſolvo.* *F. G.*

92. Τουτουῒ [illegible]] [C]larum enim Calauriae Neptuni ad quod conf[illegible] templum. *M. du S.*

2. Πυθέου] Inter Demoſthenis accuſatores recens apud *Plut.* 1555, 1. Ubi Πυθέου, legendum, non Πυθαίου, ut fit. *M. du S.*

Ibid. Δημάδου] Pro Philippo hic Athenis faciebat. *M. du S.*

3. Τῆς ψυχῆς μεθαρμόσ.] Corrige τὴν ψυχήν. *F. G.* *Menagius* ſic: Nota hoc verbum cum genitivo. Sed ſcripſerat forte Lucianus τὴν ψυχήν. Dicerem idem utrique in mentem veniſſe, niſi *Menagii* mos mihi notus eſſet. *J. F. R.*

Τῆς ψυχῆς] An τῆς ζωῆς; ut jungatur ὀψὲ τῆς ζωῆς, i. e. *etiam ſera aetate mores mutare*, quae ſententia & conſtructio melior; nam ut ψυχὴ alibi ſaepe pro ζωῇ accipitur, ita hic non poteſt. Sed vide anne vulgatae ſtructura ſic defendi queat: ut media forma μεθαρμό-

σα-

47. „ Verum, *inquit*, fas enim eſt Tragoediarum apud te meminiſſe, nonne „ praeclarum eſt illud dictum:

„ *At illa dum moritur tamen*
„ *Multa cavet cura, decenter ut cadat.*

„ Haec puella: & Demoſthenes honeſta „ morte vitam turpem potiorem habebit, „ Xenocratis & Platonis de immortalitate „ librorum oblitus"? Et provectus ultra amarius quaedam dixit in eos qui a fortuna inſoleſcunt. Sed quid ea nunc dicere opus eſt? Tandem vero me preces partim, partim minas adhibente, & mollem muſam illa rigida miſcente, „ Moverer, *inquit*, hiſce, Archias ſi eſſem. Quandoquidem vero ſum „ Demoſthenes, ignoſce mihi, o noſter, „ quem natura non fingit ad ignaviam.

48. Tum ſane tum vi illum detrahere *ab altari* cogitabam. At ille cum ſentiret, aperte ridebat, & Deum adſpiciens, „ Videtur, *inquit*, putare Archias, arma ſola & triremes, & moenia, & exercitus, „ copias eſſe, & refugia humanis animis; „ meum autem apparatum contemnere: „ quem tamen non redarguant Illyrii &

Ἀλλὰ δίκαιον γὰρ, ἔφη, σοι τῶν τραγῳδιῶν μνημονεύειν, οὐ σεμνὸν τὸ λεχθὲν,

Ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ᾽ ὅμως,
Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν [c] εὐσχήμως πεσεῖν·

κόρη καὶ ταῦτα· Δημοσθένης δὲ εὐσχήμονος θανάτου βίον προκρινεῖ ἀσχήμονα, τῶν Ξενοκράτους καὶ Πλάτωνος ὑπὲρ ἀθανασίας λόγων ἐκλαθόμενος; καί τινα πικρότερον ἔλεγε, προαχθεὶς εἰς τοὺς ταῖς τύχαις ἐξυβρίζοντας. ἀλλὰ τί δεῖ λέγειν νῦν ἐμέ; τέλος δ᾽ ἐμοῦ, τὰ μὲν δεομένου, τὰ δ᾽ ἀπειλοῦντος, ἁπαλὴν μοῦσαν στερρᾷ κεραννύντος. Ἐπείσθην ἂν, ἔφη, τούτοις Ἀρχίας ὤν· ἐπεὶ δὲ Δημοσθένης εἰμὶ, συγγίγνωσκέ μοι, ὦ δαιμόνιε, μὴ πεφυκότι κακῷ γενέσθαι.

Τότε δὴ τότε πρὸς βίαν αὐτὸν ἀποσπᾶν διενοούμην· ὁ δ᾽ ὡς ᾔσθετο, δῆλος ἦν καταγελῶν, καὶ τὸν θεὸν προσβλέψας, Ἔοικεν Ἀρχίας, εἶπεν, ὅπλα μόνα, καὶ τριήρεις, καὶ τείχη, καὶ στρατόπεδα, δυνάμεις εἶναι καὶ κρησφύγετα ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς ὑπολαμβάνειν· τῆς δ᾽ ἐμῆς παρασκευῆς καταφρονεῖν, ἣν οὐκ ἂν [d] ἐλέγξειαν Ἰλλυριοὶ, καὶ Τριβαλ-

c Εὐσχήμως] Audacter recepi ex *Eurip.* Εὐσχημόνως Edd. priores male. *d* Ἐλέγξειαν] Bene *J. H.* &c. Ἔλεγξαν male *P.*

13. Λεχθὲν] Εὐριπίδου τοῦτο περὶ Πολυξένης. *G.*

σασθαι τῆς ψ. valeat μεθαρμόζειν ἑαυτὸν διὰ τῆς ψυχῆς. Etſi enim vulgo accuſativum adſciſcit μεθαρμόζεσθαι, ut *Aelian.* XIV. 7. ἐὰν μὴ τὸν βίον — τοῦ λοιποῦ μεθαρμόσηται. neque exempla mihi ſuppetunt, ubi genitivo jungatur; tamen non videtur repugnare analogiae, ſi forte Auctor cum genit. conſtruxerit, quocum & alia ex μετὰ compoſita interdum conſtruuntur, ut μεθίεσθαί τινος, *dimittere aliquem*, vel μεταδιδόναι τούτου, ut *Herodian.* Item μεθίσαμαι, in *Euang. Luc.* XVI. 4. ὅταν μετασταθῶ τῆς οἰκονομίας. Nec non μεταποιεῖσθαι τῆς ξυνέσεως ap. *Thucyd.* I. c. 140. aut denique ut καταλλαχθῇ χόλου, *Sophocl.* Aj. teſte *Stephano.* Sive regatur genitivus ratione praepoſ. quae in compoſito ineſt, ut in ἀπαλλάττεσθαι νόσου, ἐπιβαίνειν ἅρματος, & ſimilibus ſolet: quod tamen in μεθαρμόζεσθαι nondum definio. Ideoque ψυχὴν, quod *Geſn.* quoque adſcripſerat, praefero, donec certioribus exemplis de genitivo conſtet. *J.F.R.*

4. Ἐριχθίως θυγ.] Vid. *Hyg.* Fab. 238. & *Apollod.* III. p. 102. A. *M. du S.*

21. Προίμενος] Vid. *Plut.* 25, 2. & 290. *M. du S.*

14. Ἡ δὲ καὶ θν.] De Polyxene. *F.G.* Idem & adſcripſit *Menag.*

Ἡ δὲ &c.] *Eurip.* Hecub. 568. De Polyxena mactata ſermo eſt. *M. du S.*

15. Εὐσχήμως] Nihil veritus ſum conſulere metro, quia verſus totus eſt ex *Eurip.* Med. 568. ubi recte εὐσχήμως. Mox malim καὶ ταῦτα κόρη monente Cl. *Wetſten.* *J.F.R.*

17. Ξενοκράτους] *Diogenes Laërtius* 4, 12. & 13. memorat Xenocratis de Morte & de Anima libros, in quorum utroque de immortalitate animorum potuit diſputare. *J.M.G.*

24. Ἐπείσθην ἂν, ἔφη, τούτοις Ἀρχίας ὤν] Ex Alexandri dictis ſumptum. *F.G.* Eadem rurſus ad verbum plagiarius *Menagius.* Alexandri autem dictum quale eſt? An quod Diogeni Cynico reſpondit: *Niſi Alexander eſſem, Diogenes eſſe mallem*, quod ex *Plut.* & *Pauſan.* narrat *Freinshem.* in Suppl. *Curt.* L. I. c. XI. §. 11. Non. Sed alterum quod Parmenioni. Vid. *Curt.* IV. XI §. 11. qui quum oblatam pro reddendis captivis ingentem pecuniam accipere ſuaderet, reſponſum hoc tulit: *& ego pecuniam quam gloriam* mal-

βαλλοὶ, καὶ [a] Μακεδόνες, ὀχυρωτέραν ἢ ξύλινόν ποτε τεῖχος ἡμῖν, ὃ θεὸς ἀνεῖλεν ἀπόρθητον εἶναι· μεθ' ἧς ἂν τῆς προνοίας, ἀδεῶς μὲν ἐπολιτευσάμην, ἀδεὲς δέ μοι τὸ κατὰ Μακεδόνων θάρσος. ἐμέλησε δ' οὐδὲν οὐκ [b] Εὐκτήμονος, οὐκ Ἀριστογείτονος, οὐ Πυθέου, καὶ Καλλιμέδοντος, οὐ Φιλίππου τότε, οὐ τὰ νῦν Ἀρχίου.

Ταῦτ' εἰπὼν, μὴ προσάγαγέ μοι τὴν χεῖρα, ἔφη· τὸ κατ' ἐμὲ γὰρ, οὐδὲν παράνομον ὁ νεὼς πείσεται· τὸν δὲ θεὸν προσειπὼν, ἑκὼν ἕψομαι. κἀγὼ μὲν ἦν ἐπὶ τῆς ἐλπίδος ταύτης· καὶ τὴν χεῖρα τῷ στόματι προσαγαγόντος, οὐδὲν ἀλλ' ἢ προσκυνεῖν ὑπελάμβανον. ANT. Τὸ δὲ τί [c] δή ποτε ἦν; APX. Ὕστερον βασάνοις θεραπαίνης ἐφωράσαμεν, πάλαι φάρμακον [d] αὐτῷ τεταμιεῦσθαι, λύσει ψυχῆς ἀπὸ σώματος ἐλευθερίαν κτώμενον. οὐ γὰρ οὖν ἔφθασεν ὑπερβὰς τὸν οὐδὸν τοῦ νεώ· καὶ πρὸς ἐμὲ βλέψας, Ἄγε δὴ τοῦτον, ἔφη, πρὸς Ἀντίπατρον· Δημοσθένην δὲ οὐκ [e] ἄξεις, οὔ, μὰ τούς. . . . κἀμοὶ μὲν ἐφαίνετο προσθήσειν τοὺς ἐν Μαραθῶνι πεπτωκότας.

Ὁ δὲ χαίρειν εἰπὼν, ἀπέπτη. τοῦτό σοι

„ Triballi, & Macedones, ipſo illo muro ligneo firmiorem, quem reſpondit quondam Deus vaſtari non poſſe; qua quidem providentia ſine metu verſatus ſum in republica; metusque omnis expers mihi fuit contra Macedonas audacia; neque movit me Euctemon, neque Ariſtogiton, nec Pytheas & Callimedon, nec Philippus tum, neque nunc Archias.

49. Haec ubi dixerat, „ Noli, *inquit*, manum mihi injicere; quantum enim in me eſt, nulla fiet huic ſacro injuria: ſed Deo adorato ſponte ſequar". Atque ego in ſpe hac eram, illoque manum ori admovente nihil aliud quam adorare virum putabam. ANT. Quid ergo illud erat? ARCH. Poſtea tormentis ab ancilla expreſſimus, olim repoſitum illi fuiſſe venenum, quod abſolvenda a corpore anima libertatem ipſi pararet. Vix enim limen templi egreſſus fuerat, cum „ Duc ſane hoc, *inquit*, ad Antipatrum; Demoſthenem vero non duces. Per ego illos". . . . Et videbatur mihi adjecturus, „ qui Marathone ceciderunt.

50. At „ Valete"! cum dixiſſet, evola-

a Μακεδόνες] Μακεδόνας *Ald.* Sed vulgatum ejus margini adſcriptum. b Εὐκτήμονος] Bene *Fl. J. Fr. P.* &c. Εὐτήμονος male *J.* c Δή] Omittit *Fl.* d Αὐτῷ] Αὐτὸν L. e Ἄξεις] Ἄξῃ *Fl.*

mallem, ſi Parmenio eſſem: nunc Alexander — fortunam meam non vendo. *J.F.R.*

Ibid. Κροῖσον] Utrumque oraculum profert Lucian. *Jov. Trag*. c. 20. De Croeſo quidem pervulgatum illud, Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν διαλύσει, ubi hoſtiumne foret imperium, an Croeſi, incertum: de Salaminiis autem, ὦ θεία Σαλαμὶς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν, ubi nota Lucianum adjicere, καὶ Πέρσαι γὰρ οἶμαι, καὶ Ἕλληνες, γυναικῶν τέκνα ἦσαν; ut adeo haud obſcure applicet ad cladem Salaminiam, qua Perſae navali praelio victi ſunt: ex *Herodot*. vero 7, 141. ſeq. *Plut*. in *Themiſt*. p. m. 212. & omnium copioſiſſime ex *Oenomao Cynico* apud *Euſeb*. Praepar. Euang. 5, 24. de tota hiſtoria ſatis conſtat. Quid igitur noſter ſibi vult, cum Salaminios hoc oraculo periiſſe dicit? Scilicet, ſuperficiariam valde hominis fuiſſe doctrinam, judicium fere nullum, ex tota commentatione apparet, & nos in diſſertatione noſtra monuimus. *J.M.G.*

20. Ὅσον.] *Homerus* ὅσσον, metri cauſa, quod & ſervari debuit. *M.du S.*

21. Ἐννεάχιλοι] *Hom*. Il. E. 869. & Ξ. 148. *M.du S.*

Ἐννεάχιλοι] Neſcio an hic quoque memoria lapſus ſit Auctor, cum tantum Neptuno clamorem tribuit. De Marte enim *Homer*. Il. E, 860.

ὁ δ' ἔβραχε χάλκεος Ἄρης

Ὅσ-

σεισίχθων, ὦ Τριεφῶν, ἐπονομάζεται; ΤΡΙΕΦ. Τὸν μοιχὸν λέγεις; ὃς τὴν τοῦ Σαλμωνέως παῖδα, τὴν Τυρὼ, πρώην διέφθειρε, καὶ ἔτι ἐπιμοιχεύει, καὶ ῥύστης καὶ δημαγωγὸς τῶν τοιούτων ἐστί; τὸν γὰρ Ἄρην ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ πιεζόμενον, καὶ δεσμοῖς ἀλύτοις μετὰ τῆς Ἀφροδίτης γενόμενον, πάντων τε τῶν θεῶν διὰ τὴν [a] μοιχίαν ὑπ' αἰσχύνης σιωπώντων, ὁ ἱππεῖος Ποσειδῶν [b] ἔκλαυσε δακρυρροῶν, ὥσπερ τὰ βρεφύλλια, τοὺς διδασκάλους δεδιότα, ἢ ὥσπερ αἱ γραῖες, κόρας ἐξαπατῶσαι. ἐπέκειτο δὲ τῷ Ἡφαίστῳ λῦσαι τὸν Ἄρεα· τὸ δὲ ἀμφίχωλον τοῦτο δαιμόνιον, οἰκτεῖραν τὸν πρεσβύτην θεὸν, τὸν Ἄρη ἀπηλευθέρωσεν· ὥστε καὶ μοιχός ἐστιν, ὡς μοιχοὺς διασώζων.

ΚΡΙΤ. Ἑρμείαν δὲ τί; ΤΡΙΕΦ. Μή μοι τὸν κακόδουλον, τοῦ ἀσελγεστάτου Διὸς, καὶ τὸν ἀσελγομανοῦντα ἐπὶ τοῖς μοιχικοῖς.

ΚΡΙΤ. Ἄρεα δὲ καὶ Ἀφροδίτην οἶδα μὴ παραδέχεσθαί σε, διὰ τὸ προδιαβληθῆναι πρώην παρὰ σοῦ. ὥστε ἐάσωμεν τούτους. τῆς Ἀθηνᾶς ἔτι ἐπιμνησθήσομαι, τῆς παρθέ-

o Triepho, appellatur. TRIEPH. Scilicet per moechum illum, qui Tyro, Salmonei filiam, olim corrupit, & inſuper adulteria committit, taliumque, *& ſibi ſimilium* liberator ac patronus eſt. Martem enim reti captum, & vinculis cum Venere ſua indiſſolubilibus conſtrictum, omnibus Diis prae pudore tacentibus, equeſtris ille Neptunus, lacrumis, quales puerorum ſunt magiſtros timentium, aut vetularum puellas decipientium, effuſis, deflevit. Inſtabat autem Vulcano, ut Martem ſolveret; claudumque illud daemonium miſericordia ſenis Dei Martem dimiſit. Moechus itaque ipſe eſt, ut qui ſaluti moechis fuit.

7. CRIT. Quid ſi per Mercurium? TRIEPH. Apage vero peſſimum illum libidinoſiſſimi Jovis adminiſtrum, ipſumque ſtuprorum cupiditate ac pruritu inſanientem.

8. CRIT. Martem Veneremque te non accepturum jam praevideo, cum modo eos contumelia affeceris. Igitur mittamus hos. Sed Minervae adhuc mentionem faciam, vir-

a Μοιχίαν] Hoc praeferunt Edd. vett. Μοιχείαν *S.* & *Amſt.* b Ἔκλαυσε] Bene correxit *Solan.* Ἔκλυσε Edd. priores.

Ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι.

Quid igitur ad hunc Stentor? Il. E, 786.

Ὃς τόσον αὐδήσασχ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα.

Caeterum ἐννοσίγαιος, & ἐνοσίχθων ſaepius apud Homerum: ita autem appellarunt veteres Graeci Neptunum, quod terrae motus, aquarum ſubter in terrae cavis undantium fluctibus accidere putarent, quorſum vid. *Gell.* N. A. II, 28. *J.M.G.*

22. Σεισίχθων] Non eſt *Homerica* vox, ſed vere tamen. Homero paſſim ἐνοσίχθων & ἐννοσίγαιος. *M. du S.*

24. Τὴν Τυρὼ] Vide Lucian. Dial. *Neptuni* & *Enipei.* *J.M.G.*

25. Δημαγωγὸς] An προαγωγός; *F.G.*

Δημαγωγὸς] Demagogi enim non tantum vi injuſta oppreſſis auxilio erant, ſed ſaepe, ut major eſſet apud populum gratia, etiam qui malo digni eſſent, poenae ſubtrahebant, quale etiam in Romana rep. improbos Tribunos plebis, aliosque, qui populares videri vellent, videmus interdum molitos. Et pridem ex *Budaeo* obſervavit *H. Stephan.* de verbo δημαγωγεῖν, latius patere ejus ſignificationem, & ſimpliciter pro *concilio*, ſeu *allicio*, ſive *emereor gratiam*, poni. Fabula ipſa eſt apud *Homer.* Od. Θ, 268. Lucian. Θ. Δ. 17. *Ovid.* Art. Am. 2, 561. ſeq. Amores Neptuni recenſentur *Clem. Alex.* Prot. p. 20. Quam inepte cohaereat narrationis hujus f... in diſputatione jam indicatum §. 25. *J.M.G.*

30. Ἔκλαυσε] Antea in omnibus legebat ἔκλυσε, quod palam corruptum rejecimus. Sente...a lecta emendationis rationem ſatis aperiet. *M. du S.*

Ἔκλυσε] Alludit ad mare quod terram inundat. *F.G.* Nexus non admittit hanc adluſionem. Sed *Solani* conjectura vera eſt: neque quisquam dubitabit κλαίειν τινὰ recte dici, qui legerit *Homer.* Il. Ω. 511. — κλαίειν πατέρ' — αὖτε Πάτροκλον. Et *Aelian.* V. H. VI. 1. νεκροὺς κλαίειν. Ignoſcet ergo Cl. *Geſner.* quod verſionem hic mutaverim. *J.F.R.*

33. Ἐπέκειτο δὲ τῷ Ἡφ.] Odyſſ. Θ. 351. *M. du S.*

35. Πρεσβύτην] Πρεσβύτατον θεῶν vocat ipſe Jupiter Od.

virginis armatae, terribiliſque Deae, quae Gorgonis caput pectori praefixum gerit, Giganteſque olim confecit. Contra hanc enim dicere nihil habes. TRIEPH. Quin contra hanc etiam non nihil dicam, ſi reſpondere voles. CRIT. Cedo, quidquid placuerit. TRIEPH. Dic mihi igitur, Critia, quae eſt Gorgonis utilitas, & cui bono pectus ea munit Pallas? CRIT. Ut terribili quodam ſpectaculo, maliſque averruncandis apto. Quin terret etiam hoſtes, victoriamque ut lubitum fuerit ab una parte inclinat ad alteram. TRIEPH. Num hac etiam cauſſa invicta eſt Pallas? CRIT. Utique. TRIEPH. Cur autem non iis qui ſervare poſſunt potius, quam qui ipſi ſervantur, taurorum cremamus aut caprarum femora, ut nos etiam invictos, quemadmodum Pallada, praeſtent. CRIT. Sed non habet Gorgo vim illam eminus adjuvandi, quam habent Dii, ſed ſi quis eam praeferat, tum vero prodeſt.

νου, τῆς ἐνόπλου, καὶ καταπληκτικῆς θεᾶς, ἣ καὶ τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλὴν ἐν τῷ στήθει περιάπτεται, [c] τὴν Γιγαντολέτιν θεόν. οὐ γὰρ ἔχεις τί λέγειν περὶ αὐτῆς. ΤΡΙΕΦ. Ἐρῶ σοι καὶ περὶ ταύτης, ἤν μοι ἀποκρίνῃ. ΚΡΙΤ. Λέγε ὅ, τι [d] γε βούλει. ΤΡΙΕΦ. Εἰπέ μοι, ὦ Κριτία, τί τὸ χρήσιμον τῆς Γοργόνος, καὶ τί τῷ στήθει τοῦτο ἡ θεὰ ἐπιφέρεται; ΚΡΙΤ. Ὡς φοβερόν τι θέαμα, καὶ ἀποτρεπτικὸν τῶν δεινῶν. ἀλλὰ καὶ καταπλήσσει τοὺς πολεμίους, καὶ ἑτεραλκέα τὴν νίκην ποιεῖ ὅπου γε βούλεται. ΤΡΙΕΦ. Μῶν καὶ διὰ τοῦτο ἡ Γλαυκῶπις ἀκαταμάχητος; ΚΡΙΤ. Καὶ μάλα. ΤΡΙΕΦ. Καὶ διὰ τί οὐ τοῖς σώζειν δυναμένοις, ἀλλὰ τοῖς σωζομένοις, [e] μηρία καίομεν ταύρων, ἤδ' αἰγῶν, ὡς ἡμᾶς ἀκαταμαχήτους ἐργάσωνται, ὥσπερ τὴν Ἀθηνᾶν; ΚΡΙΤ. Ἀλλ' οὐ οἱ δύναμίς γε πόῤῥωθεν ἐπιβοηθεῖν, ὥσπερ τοῖς θεοῖς, ἀλλ' εἴ τις αὐτὴν ἐπιφέρεται.

9. TRIEPH. Sed quid tandem rei eſt Gorgo? vellem enim ex te audire, qui inveniſti talia & exquiſitiſſime pertractaſti: ego vero praeter nomen omnia ejus ignoro.

ΤΡΙΕΦ. Καὶ τί τόδ' ἐστιν; ἐθέλω γὰρ [f] παρὰ σοῦ εἰδέναι, ὡς ἐξευρημένου τὰ τοιαῦτα, καὶ ἐς μάλιστα κατωρθωκότος. ἀγνοῶ γὰρ πάντα τὰ κατ' αὐτὴν, πλήν γε τοῦ ὀνό-

c Τὴν Γιγαντολέτιν] Sic omnes. d Γε βούλει] Καὶ βούλῃ Ed. *Geſn.* e Μηρία] Μιρία male *J.* & *V2.* non cett. f Παρὰ] Bene *J. S.* &c. Περὶ *P. H.*

Od. N, 142. Vid. *Spanh.* ad *Ariſtoph.* Plut. 1051. ubi πρεσβυτικοὶ θεοί. *J.M.G.*

38. Μή μοι] Ellipſis τοῦ λέγε vel ſimilis; ita fere *chorus* apud *Sophoclem*, *Ajac. Flagellif.* 192. μὴ, μή μ' ἄναξ κ. τ. λ. ubi Scholiaſta: τὸ πλῆρες, μὴ, μή μοι. *Ariſtoph.* Equit. 19. μὴ μοί γε, μή μοι, μὴ διασκανδικίσῃς. Sed reſpexiſſe proprie videtur auctor *Ariſtoph.* Νεφ. 83. ſeq. ΦΕΙ. Νὴ τὸν Ποσειδῶ τουτονὶ τὸν Ἵππιον. ΣΤΡ. Μὴ μοί γε τοῦτον μηδαμῶς τὸν Ἵππιον. *J.M.G.*

39. Κακόδουλον] Lepide miſeram ſervitutis ſuae conditionem, apud matrem deplorat Mercurius in Dial. *Majae* & *Mercurii.* *J.M.G.*

40. Ἀσελγομαν.] Specimen ejus ἀσελγομανίας habes Od. Θ, 335. ſeq. Lucian. Dial. *Apoll.* & *Mercur.* *J.M.G.*

42. Προδιαβληθῆναι] Cum in *Thucyd.* VI. c. 75. f. edatur προσδιαβαλεῖν, ubi Codd. omnes rectius προδιαβαλεῖν, & πρὸ non πρὸς in hoc compoſito uſitatum, addito hoc Philopatridos teſtimonio fateatur Cl. *Duker.* miror quare hoc iſthic in textum non fuerit admiſſum. Interim προσδιαβάλλομαι adfert *Steph.* ex *Plut.* Pericl. quod ſuo loco non ſpernerem. Τῷ προδιαβάλλω utitur & *Herodian.* II. 1. 7. aliique. *J.F.R.*

47. Τὴν Γιγαντολέτιν] Τῆς Γιγαντολέτιδος θεοῦ dicere debuit, nam τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλὴν γιγαντολέτιν vocari, non placet. *F G.* Gorgonis caput vocare Deam gigantum interfectricem, non placet *AE.M.*

52. Τοῦτο] Non habet hoc τοῦτο quo referatur, niſi forte τὸ τῆς Γοργόνος χρῆμα velis intelligere. *J.M.G.*

Τοῦτο] Nihil difficultatis video, ſi χρῆμα intelligas, vel quaſi demonſtrative, ut apud *Aelian.* X. 10. τοῦτο βοῦς, ἐκεῖνο ἵππος. *J.F.R.*

55. Ἑτεραλκέα] Schol. ad Il. H, 26. ἑτεραλκὴς ἡ νίκη καλεῖται, ὅταν οἱ νικῶντες νικῶνται, ἢ ἀνάπαλιν οἱ ἕτεροι τοῖς ἑτέροις τὴν ἀλκὴν καὶ δύναμιν παρέχουσιν. & ad Il. Θ. 171 ἑτεραλκέα, ἑτεροκλινῆ, τὴν τοῖς ἐναντίοις ἀλκὴν καὶ δύναμιν περιποιοῦσαν. conſentit etiam *Heſychius.* Recte igitur, puto, ſenſus hujus loci in verſione eſt a me expreſſus. *J.M.G.*

59. Μηρία] Μηρία imprimis ſeu μηριαῖα ὀστᾶ Diis grata putabant, & in ſacrificiis adhibebant, vid. Il. A, 40, 41. quem locum ſalſe παραφράζει Lucianus *de Sacrif.* c. 3. *J.M.G.*

69. Αὐ-

ὀνόματος. ΚΡΙΤ. Αὕτη κόρη ἐγένετο εὐπρεπὴς, καὶ ἐπέραστος· Περσέως δὲ ταύτην δόλῳ ἀποδειροτομήσαντος, ἀνδρὸς γενναίου, καὶ ἐς μαγικὴν εὐφημουμένου, ἐπαοιδίαις ταύτην περιωδήσαντος, ἄλκαρ οἱ θεοὶ ταύτην ἐσχήκασι. [a] ΤΡΙΕΦ. Τουτί μ' ἐλάνθανε ποτε τὸ καλὸν, ὡς ἀνθρώπων θεοὶ ἐνδεεῖς εἰσι. ζώσης δὲ τί τὸ χρήσιμον; προσηταιρίζετο ἐς πανδοχεῖον, ἢ κρυφίως συνεφθείρετο, καὶ κόρην αὐτὴν ἐπωνόμαζε; ΚΡΙΤ. Νὴ τὸν Ἄγνωστον ἐν Ἀθήναις, παρθένος διέμεινε μέχρι τῆς ἀποτομῆς. ΤΡΙΕΦ. Καὶ εἴ τις παρθένον καρατομήσειε, ταὐτὸ γένοιτο φόβητρον τοῖς πολλοῖς; οἶδα γὰρ μυ-

CRIT. Virgo igitur erat decenti forma & amabilis: ſed poſtquam Perſeus, vir fortis, & ob magicae artis peritiam celebris, incantationibus victae caput abſtuliſſet, praeſidii cauſſa Dii eam habuere. TRIEPH. Fugit me igitur tam egregia res, quod hominibus Dii opus habent: ſed cum viveret, quam utilitatem praeſtitit? numquid in ſtabulis meretriciam fecit, an vero clam imminui ſe paſſa eſt, ac virginem tamen ſeſe nominavit? CRIT. Per ignotum, qui colitur Athenis, Deum, virgo usque ad capitis percuſſionem permanſit. TRIEPH. Et, ſi quis caput virgini abſcindat, ſietne tum terriculamentum ejusmodi etiam ex vulgo cuilibet? Novi enim vel decies mille

a ΤΡΙΕΦ.] Bene L. *Fr. B1. 2. H. P.* ΚΡΙΤ. male *Fl. J. Ald. V2. S. Amſt.*

77. Προσηταιρίζετο] Ἑταίρας προσέλαβεν. *V.*

69. Αὕτη κόρη] Gorgonum hiſtoriam praeter reliquos diligenter recitavit Scholiaſt. *Pindar.* ad Pyth. XII. p. m. 253. b. ἀποδειροτομεῖν *Heſiodi* verbum eſt in Θεογον. verſ. 280. ubi ſimiliter hanc hiſtoriam narrat, cujus ſi phyſicas explicationes deſideres, affatim tibi nugarum Scholiaſtae ad eum locum dabunt. Doctiora ſunt & veriora, quae copioſe de iis diſputat *H. Dodwellus* in diſſ. *de vero Peripli Hannonis tempore* Tom. I. Geographorum *Hudſon.* §. 2. ad 7. ubi totam rem ab *Heſiodo* confictam docet. De narrationis hujus ineptiis dixi in diſſ. §. 25. περιωδεῖν dubito, an apud alium veterem legatur. προσεταιρίζεσθαι honeſtum alias vocabulum. *J. M. G.*

72. Ἐπαοιδίαις] An ἐπαοιδαῖς; *F. G.* Ἐπαοιδὴ *Homericum* quidem Od. Τ. 455. Sed & Ἐπαοιδία *Heſychio* Φαρμακεία, γοητεία. Quare nihil mutaverim. *J. F. R.*

74. ΤΡΙΕΦ.] L. *Fr. H.* & *B2.* recte. In reliquis Κρι. mendoſe. *M. du S.*

79. Νὴ τὸν ἄγνωστον] Ignotus ille Athenienſium Deus, ſi a Chriſtianis abeas, vix cuiquam memoratus reperietur. Sed hic homo incaute admodum ſuas fraudes obtrudit. *M. du S.*

82. Μυρίας . .] Hic quisquis eſt, larvatus Lucianus palam jam ad *undecim millium virginum decantatam fabulam* alludit; nam quod Cretam nominat huc minime facientem, ob verſum ex *Homero* concinnatum hoc factum eſt; nec adeo ſolliciti ſunt mendaces de ſuarum fabularum circumſtantiis. Fabula enim narrat Urſulam ex Britannia Coloniam Agrippinam vectam ibi cum undecim millibus virginibus ab Hunnis trucidatam. Haec autem fabula ſeculo demum XII. ſaltem quod ad undecim millia illarum virginum, quas hic ſpectamus, attinet, in orbe Chriſtiano narrari coepit; quamvis res geſta ponatur circa IV. ſeculi finem. Rem hanc ulterius proſequi nec vacat, nec lubet; ſed vel hinc mihi ſatis conſtare videtur, Auctorem inficeti hujus libelli mille ad minimum poſt Lucianum annos vixiſſe; donec vir aliquis doctus aut in Creta Inſula, aut ubi gentium volet, *decem nobis millia virginum trucidatarum* eruat. *M. du S.*

83. Νήσῳ ἐν] *Hom.* Od. Α. 50. *M. du S.*

84. Κρήτην] Neque *Joh. Meurſius* in Creta, neque quisquam alius, quidquam, quod ſciam, protulit, unde lux certa inferri huic loco poſſit. Suſpicabatur *Maturinus Veyſſiere La Croze*, hoc accidiſſe *Aureliani* Imperatoris anno tertio, quo Gothi Europam & Aſiam caedibus & incendiis vaſtarunt. Utitur teſtimonio Zoſimi, cujus I, 46. haec ſunt, Πρόσω δὲ τῶν Σκυθῶν ἐλασάντων, καὶ Ῥωμαίων αὐτοῖς ἐπακολουθησάντων, οἱ Κρήτην τε Ῥόδον περιπλεύσαντες βάρβαροι, πράξαντες οὐδὲν ἀφηγήσεως ἄξιον, ἀνεχώρησαν. Conjecturam damnare plane non auſim: charactera autem temporis hinc peti non patiar (vid. diſſ. §. 26.) ſed cum omnino ſit conjecturis agendum, ſatis quoque probabiles afferri a me poſſe arbitror. Cretam cum Palaeſtina ſaepe confundi, notatum *Huetio*, Dem. Euang. 4, 8, 9. Ipſa Gaza Minoa dicta teſte *Stephano Byzant.* h. n. ut prope illam Minois. De magna Cretenſium & Gazaeorum cognatione *Bochart.* Canaan. I, 15. & *Lakemach.* Obſervatt. 2, 2, 6. ſeq. qui colonos Cretenſium Gazaeos & ceteros, qui כרתי in Scriptura S. appellantur, autumat. Porro cum Imperator Julianus aperte ad gentilem ſuperſtitionem relapſus eſſet, pluribus in locis Imperii Romani, magna licentia gentiles adverſum Chriſtianos inſurrexere, impune ſcilicet, quidquid auſi forent, ſub tali Imperatore laturi. Cujus rei tum alia ſunt exempla a noſtris, qui tum vixere, ſcriptoribus relata, tum haud parum ad rem no-

le virgines membratim omnes diſſectas in inſula, *quam Cretam dixere, ambit circumfluus humor.* Hoc ego ſi noviſſem, quot tibi Gorgonas attuliſſem ex Creta? quamque invictum ex te imperatorem feciſſem? Poëtae autem & Rhetores me, tanquam plurimarum inventorem Gorgonum, longe Perſeo ſuperiorem judicaſſent.

10. Sed quoniam in Cretenſes incidimus, memini adhuc illos mihi oſtendere ſepulcrum tui illius Jovis, & quae ipſius matrem ſuſtentarunt obliqua vallium, lucosque perpetuam conſervantes viriditatem. CRIT. Sed ignorabas tu quidem incantationem & ceremonias. TRIEPH. Si haec poſſent, mi Critia, incantationibus peragi,

ρίας διαμελεϊςὶ τμηθείσας Νήσῳ ἐν ἀμφιτρύτῃ, Κρήτην [b] δέ τέ μιν καλέουσι. καὶ εἰ τοῦτο ἐγίνωσκον, ὦ καλὲ Κριτία, πόσας Γοργόνας σοι ἀνήγαγον ἐκ Κρήτης; καί σε ςρατηγέτην ἀκαταμάχητον ἀποκατέςησα· ποιηταὶ δὲ, καὶ ῥήτορες, κατὰ πολύ με Περσέως διέκριναν, ὡς πλείονας Γοργόνας ἐφευρηκότα.

Ἀλλ' ἔτι ἀνεμνήσθην τὰ τῶν Κρητῶν, οἱ τάφον ἐπεδείκνυντό μοι τοῦ Διός σου, καὶ τὰ τὴν μητέρα θρέψαντα [c] λόχμια, ὡς ἀειθαλεῖς αἱ λόχμαι αὗται διαμένουσι. ΚΡΙΤ. Ἀλλ' οὐκ ἐγίνωσκες τὴν ἐπῳδὴν, καὶ τὰ ὄργια. ΤΡΙΕΦ. Εἰ ταῦτα, ὦ Κριτία, ἐξ ἐπῳ-

b Δέ τέ μιν] Omiſſ. τε in Edd. priorib. *c* Λόχμια] Ex emendatione *Solan.* & *Gujet.* Δόχμια Edd. priores.

noſtram facere videtur, quod *Georgius Nazianzenus* habet oratione ςηλιτευτικῇ prima p. 87. ubi de Arethuſiorum, Gazaeorumque in Chriſtianos ſaevitia hoc inter alia refert: οὗτοι λέγονται, ΠΑΡΘΕΝΟΥΣ ΑΓΝΑΣ καὶ ὑπερκοσμίους, ἀψαύστους μικροῦ καὶ ὀφθαλμοῖς ἀρρένων, εἰς μέσον προαγαγόντες καὶ τῆς ἐσθῆτος γυμνώσαντες, ἵνα τῇ θέᾳ πρότερον ἐνυβρίσωσιν, εἶτ' ἀνακείραντες καὶ ΔΙΧΑΣΑΝΤΕΣ — οἱ μὲν ἰδίοις ὀδοῦσι κατεστιαθῆναι — οἱ δὲ σπαίρουσιν ἔτι τοῖς σπλάγχνοις συώδη τροφὴν ἐπισπείραντες, συῶν τοὺς θερμοτέρους ἐπαφιέναι, κ. τ. λ. Tradunt eadem *Sozomenus* 5, 9. & *Theodoritus* 3, 6. Ad eadem tempora pertinet, quod in Martyrologio Ro. ad VIII. Sept. refertur: *Gazae in Palaeſtina ſanctorum Martyrum Euſebii, Neſtabi, & Zenonis, fratrum, qui tempore Juliani Apoſtatae, irruente in eos turba gentilium diſcerpti atque necati ſunt.* Habemus ergo apud Cretenſes Palaeſtinae virgines caſtas membratim diſſectas ſub Juliano. Haec quidem magis ad h. l. facere mihi videntur, quam illa quae è Zoſimo vidimus. Quod obſcure ita Gazam ſignat auctor, vel eruditionis oſtentandae cauſſa feciſſe poteſt, vel ſtudio obſcurare factum, quod invidiae adhuc multum haberet, voluit. Neque vehementer contra dixerim, ſi quis in ipſa Creta inſula tale quid tum contigiſſe putet. Nam quod μυρίας dicit, nihil nos debet morari, qui inſanas hominis hyperbolas plures in exigua commentatione deprehendamus. *J.M.G.*

Γρήτην δέ μιν] Κρήτην δέ τέ μιν. *F.G.* Optime. Et ſic jam verſus reſtitutus. *J.F.R.*

92. Τάφον] De ſepulchro Jovis agit *Joh. Meurſius*, in Creta 3, 4. Add. *Spanh.* ad Callim. H. in Jov. vſ. 8. Cave autem putes, aliunde de Jovis ſepulchro conſtare noſtro, quam ex Luciano, quem ſemper prae oculis habuit, quique ejus meminit, tum alias, tum in *Jov. Trag.* c. 45. *J.M.G.*

93. Λόχμια] Hanc vocem emaculavimus; antea enim in omnibus δοχ— legebatur. *M. du S.*

Δόχμια] Δόχμιον πλάγιον ſeu obliquum ſignificare, Lexicographi dicunt, quorſum equidem in verſione reſpexi, *valles*, quas Interpres etiam adhibet, ex rei natura adjeci; antrum enim eſſe, communiter traditur. Si quis tamen λόχμια legere velit, Λ in Δ vel λ in δ mutato, ut eſt facilis harum literarum confuſio, non repugnaverim; tum enim lucos virentes ſignificaret, quorſum ſequens λόχμαι pertinet. *Platonis* L. I. *de Legibus* principio commodiſſimam & amoeniſſimam ad hoc antrum (Idaeum, in quo educatus Jupiter, ab altero Dictaeo, in quo natus eſt, diſtinguendum) a Gnoſſo adeuntibus viam laudat. *J.M.G.*

Δόχμια] An λόχμια; *F.G.* Bene, & hoc recepi. *J.F.R.*

95. Τὰ ὄργια] Adſcribam verba *Servii* ad *Virg.* Aen. 4. 302. valde huic loco opportuna, cum non adeo obvia ſit, quae hic requiritur *orgiorum* ſignificatio. ORGIA *apud Graecos* OMNIA SUNT SACRA, *ut apud Latinos* CERIMONIAE. *Sed jam abuſive ſacra Liberi orgia vocant, vel* ἀπὸ τῆς ὀργῆς, *a furore, vel* ἀπὸ τοῦ ὄρους *a monte.* In qua quidem etymi ratione alleganda, ſi modo ipſe illam approbat, videtur tollere, quod paulo ante poſuerat: utraque enim ratio ad Bacchica ſacra reſpicit. Melius igitur, qui ἀπὸ τοῦ εἴργειν, ab arcendo, vocem natam volunt: occultabantur enim cerimoniae arcebanturque ab illis curioſorum tum aures tum oculi. Caeterum hoc vult Critias, ignorato illo carmine & cerimoniis ex Cretenſium Virginum capitibus non poſſe Gorgonas fieri, Palladaque eximium aliquid ſibi retinere. *J.M.G.*

ἐπῳδῆς ἐγίνετο, τάχ' ἂν καὶ ἐκ νεκάδων ἐξήνεγκεν ἂν, καὶ ἐς τὸ γλυκύτατον φάος ἀνήγαγεν· ἀλλὰ λῆρος, παίγνιά τε καὶ μῦθοι, παρὰ τῶν ποιητῶν τερατολογούμενα. ὥστε ἔασον καὶ ταύτην.

ΚΡΙΤ. Ἥραν δὲ τὴν τοῦ Διὸς γαμετὴν, καὶ κασίγνητον, οὐ παραδέχῃ; ΤΡΙΕΦ. Σίγα τῆς ἀσελγεστάτης ἕνεκα μίξεως, καὶ τὴν ἐκ ποδοῖν καὶ χεροῖν ἐκτεταμένην, παράδραμε.

ΚΡΙΤ. Καὶ τίνα [a] ἐπομόσσομαί γε;

ΤΡΙΕΦ. Ὑψιμέδοντα θεὸν, μέγαν, [b] ἄμβροτον, οὐρανίωνα,
Υἱὸν πατρὸς, πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον,
Ἓν ἐκ τριῶν, καὶ ἐξ ἑνὸς τρία,

poſſent illae forte etiam ex inſeris ereptos in dulciſſimam hanc lucem reducere. Sed nugae ſunt ſcilicet naeniaeque & fabulae a Poëtis portentoſe confictae. Itaque & hanc omitte.

11. CRIT. Junonem autem, Jovis uxorem pariter ac ſororem non accipies. TRIEPH. Tace ob laſciviſſimum illum concubitum, manibusque ac pedibus extenſam ocius praetercurre.

12. CRIT. Per quem igitur tandem tibi vis ut jurem?

TRIEPH. *Per magnum Regem, caeleſtia regna tenentem,*
Morte carentem omni, natum patris, inde profectum
Ex patre flamen, tria de uno, atque ex tribus unum.

Ju-

a Ἐπομέσωμαι] Sic Edd. *Amſt.* ἐπωμόσωμαι. *Geſn.* ἐπομόσομαι, quem ſequor. b Ἄμβροτον] Ἄμβροντον, prave *J.*

97. Ἐκ νεκάδων] Νεκρῶν. *V.*

5. Ἀσελγ. —— μίξεως] Reſpicitne ad Il. Ξ, 197. ſeq. ubi Juno meretriciis artibus Jovem ad concubitum, medio die, in Idae montis vertice, impulit. Jam objecerat hoc *Homero Minucius Felix* 22, 4. quod narret, *Jovem ceſto Veneris inlectum, flagrantius, quam in adulteras ſoleat, cum Junone uxore concumbere.* Et σύγχρονος noſtro *Gregor. Nazianz.* Orat. στηλιτ. I. p. 104. τίς δὲ ἡ θαυμαστὴ μίξις τοῦ νεφεληγερέτου, καὶ τῆς σεμνῆς Ἥρας, ἡνίκα ἀσχημονεῖν αὐτὸν ἀναπείθει μεσούσης ἡμέρας. Interpres Gallus ad inceſtas cum fratre ſororis nuptias refert. Sed fere eſt, ut turpius etiam quiddam ſuſpicer, quod hic Junoni objicitur, de quo Theophilus Antiochenus 3, 3. Τήν τε Ἥραν ἰδίαν ἀδελφὴν μὴ μόνον τὸν Δία γαμεῖν, ἀλλὰ καὶ διὰ στόματος ἀνάγνου ἀῤῥητοποιεῖν. Et 3, 6. Χρύσιππος δὲ πῶς οὐχ εὑρίσκεται σημαίνειν, τὴν Ἥραν στόματι μιαρῷ συγγίνεσθαι τῷ Διΐ; Haec profecto ἀσελγεστάτη μίξις, quam etiam in Samo depictam, & a Chryſippo interpretatione phyſica excuſatam memorat Origenes contra Celſum l. 4. p. 196. *J. M. G.*

Ibid. Καὶ τοῖν ποδοῖν —— ἐκτεταμένην] An leg. καὶ τοῖν ποδοῖν καὶ χεροῖν ἐκτεταμένοιν. I. e. manibus pedibusque fuge, τὸ χεῖρε παρασείσας. *Theophr.* Char. *F. G.*

Ibid. Ἐκ ποδοῖν καὶ χεροῖν] Jupiter Junoni ſuae, quod natum ex ſe & Alcmena Herculem quovis modo perſequeretur, & noviſſime naviganti boream immiſiſſet, iratus, manibus illius aureo vinculo ad caelum alligatis, a pedibus incudes duos, uxoremque adeo in aethere & nubibus ſuſpendit, fere ut ſolent, de quibus per carnificem quaeſtio habetur. Fabula eſt Il. O, 18. ſeqq. Allegoria, quam proferunt Scholiaſta ad eum locum, & *Phornutus*, non nimis videtur inepta, quibus Ἥρα ἀὴρ eſt, ſive aër, ut alias: vincula aurea, ſtellae; incudes duo, terra ac mare. Tetigit fabulam etiam *Seneca* in Ἀποκολοκ. p. m. 404. *J. M. G.*

7. Ἐποιμόσομαι] Ignotum Grammaticis futurum, qui ὀμόσω tantum & ὀμοῦμαι agnoſcunt. *J. M. G.*

8. Ὑψιμέδοντα] Quo Luciani perſonam melius agere videretur, parodias etiam in rebus graviſſimis nebulo inſerendas duxit. *M. du S.*

10. Πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορ.] Haec, ni vehementer fallor, aetatem auctoris certius quam quae de Parthorum cladibus habet, dabunt. Sed iſta iis relinquimus diſcutienda, qui hiſtoriam Dogmatum in eccleſia Chriſtiana curioſe perſcrutantur: quippe qui aliunde argumentum hiſce longe validius ad c. 9. protulerim, quo res haec mihi plane confici videtur. *M. du S.*

Πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορ.] Ex formula ſolenni, qua Spiritus S. ex Patre dicitur procedere, quod eo deinde ab Orientalium pleriſque tractum eſt, ut negarent utique a filio etiam progredi. Sed hoc Theologis relinquimus, ut illud etiam, quod hic particula ἐκ & ἐξ, ad unitatem eſſentiae, perſonarumque diſtinctionem indicandam, adhibetur. *J. M. G.*

12. Ἓν ἐκ τριῶν] Conf. I. Epiſt. *Joan.* V. 7. ubi haec ſententia. *J. F. R.*

Ibid. Ἐξ ἑνὸς τρία] Diſtinxi prout ſenſus poſtulat, & prout legitur hoc *Euripidis* carmen apud Lucianum in

Jov.

Jupiter haec tibi ſint , ſolum hoc pro numine habeto.

Ταῦτα νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

CRIT. Computare tu quidem me doces, & jusjurandum tibi eſt arithmetica. Computas enim ut Nicomachus Geraſenus. Neſcio enim quid tibi velis, unum tria, tria unum. Numquid de quaternario dicis Pythagorae , aut octonario aut tricenario ? TRIEPH. Quin tu taces terrena, digna ſilentio. Non hic agitur de dimetiendis pulicum veſtigiis. Ego enim te docebo, quid ſit hoc univerſum , & quis ſit ante omnia, & quae univerſi ſit combinatio atque conſtructio. Antea enim mihi quae jam tibi uſu venerunt. Sed poſtquam in Galilaeum incidi , recalvaſtrum , naſonem , qui per aëra incedens , in tertium usque caelum ſe penetraverat , resque omnium pulcherrimas

ΚΡΙΤ. Ἀριθμέειν με διδάσκεις, καὶ ὅρκος ἡ ἀριθμητική. καὶ γὰρ ἀριθμέεις ὡς Νικόμαχος ὁ Γερασηνός. οὐκ οἶδα γὰρ τί λέγεις, ἓν τρία, τρία ἕν. μὴ τὴν τετρακτὺν φῂς τὴν Πυθαγόρου, ἢ τὴν ὀγδοάδα, καὶ τριακάδα; ΤΡΙΕΦ. Σίγα τὰ νέρθε, καὶ τὰ σιγῆς ἄξια, οὐκ ἔσθ' ὧδε μετρεῖν τὰ ψυλλῶν ἴχνη. ἐγὼ γάρ σε διδάξω τί τὸ πᾶν, καὶ τίς ὁ πρώην πάντων, καὶ τί τὸ σύστημα τοῦ παντός. καὶ γὰρ πρώην κἀγὼ ταῦτα ἔπαχον, ἅπερ σύ· ἡνίκα δέ μοι Γαλιλαῖος ἐνέτυχεν, ἀναφαλαντίας, ἐπίρρινος, ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας, καὶ τὰ κάλλιστα ἐκμεμαθηκώς, δι'

24. Ἀναφαλαντίας] Φαλακρός. *V.*

Jov. Trag. c. 41. ubi habes reliquos. Add. *Stob.* Ecl. Phyſ. 1, 3. *Heracl. Pont.* de Alleg. Hom. p. 441. *J.M.G.*

13. Ταῦτα νόμιζε Ζῆνα] *Euripidis* fragmentum notiſſimum , quod in incertis exſtat. vi. 3. *M. du S.*

14. Ἀριθμέειν με διδάσκεις] *Moliere* hoc imitatus eſt in fabula: *Le feſtin de Piere* Act. III. Sc. 1. Vid. *Theophr. Raynaud* de bonis & malis libris part. I. Erotem. 1. §. 331. pag. 195. *M. V. La Croze.*

15. Νικόμαχος] Hujus de Arithmetica libri extant hodieque duo. Vid. etiam *Phot.* 187. *M. du S.*

Νικόμαχος] De *Nicomacho* hoc , ejusque *arithmeticis* vid. *Fabricius* Bibl. Gr. 4. 2, 1. Quando vixerit, noſtra nihil intereſt, niſi quod ex iis, quae cel. *Fabricius* diſputat, apparet , ab eo qui Trajano victoriam gratularetur, (quod Philopatridis auctorem hoc ſchediaſmate feciſſe , quidam volunt) laudari Nicomachum vix ac ne vix quidem potuiſſe. *J.M.G.*

17. Τετρακτὺν] De *tetracty* Pythagorica plena omnia. De octonario *Macrobius* in Somn. Scip. 1, 5. qui reliquorum etiam numerorum pandit myſteria. Ὀκτάδα frequentius dici putat , quam ὀγδοάδα *Sa. Tennulius* ad *Jambl.* in Nicom. Geraſ. p. m. 115. Caeterum inter Valentinianorum ſomnia fuere tetractys , ogdoas & triacas. Vid. *J. Fr. Buddeus* de haereſi Valent. §. 5. p. 424. & reliqui , qui de hac haereſi egere. *J.M.G.*

Τετρακτὺν] De tetracty Pythagorica vid. ſupra T. I. *Vit. Auct.* c. 4. & pluribus ad Dial. *pro Lapſ.* c. 5. *J. F. R.*

18. Σίγα] Senarium eſſe adſcripſere *Guj.* & *Menag.*

Σίγα τὰ νέρθε] Chriſtianorum formulae formulis gentilium longe notiores hui ex ſtiterunt. Unde hanc habeat, incertum; ex *Euripide* tamen videtur deſumpta. Vide Ζ. τρ. c. 3. *M. du S.*

20. Τὰ ψυλλῶν ἴχνη] Reſpicitur procul dubio ad *Ariſtophan.* Νεφ. 143. ſeqq. ubi quanta arte , quibusque machinamentis , culicum veſtigia & ſaltus demenſus fuerit Socrates , multo cum ſale enarratur. quod ipſum forte in proverbium deinde abiit. *J.M.G.*

24. Γαλιλ. — ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀερ.] Quis ille *Galilaeus in tertium Caelum raptus ?* Priora ad JESUM CHRISTUM; poſteriora ad Paulum ſpectant. Cujus caput & faciem deſcribit? nonne Pauli? certe non Chriſti, cui ſoli ſequentia tribui par fuit. *M. du S.*

Γαλιλαῖος — ἀναφαλ.] De appellatione Galilaei expoſitum in diſſert. §. 37. Hic illud monere ſatis fuerit, neque Paullum , neque ipſum JESUM CHRISTUM hic intelligi videri, ſed quemcumque doctorem, cui deriſor hic deſcriptionem , quam ipſe ridiculam credit, accommodat. *J.M.G.*

Γαλιλαῖος] Sic Chriſtianos & Celſus & Julianus Apoſtata vocabant , vid. *Dodw.* diſſ. Cypr. XII. Quae Paulo objiciebant Ethnici , vid. acta Phileae & Philoromi in *act martyr.* ſel. p. 549. *M. V. La Croze.*

Ibid. Ἐνέτυχεν] Vid. acta Theclae in *Spicilegio Grabii* T. I. p. 95. in ima pag. & p. 120. it. p. 334. med. *M. V. La Croze.*

Ibid. Ἀναφαλαντίας] *Reburrus, recalvaſter.* Conf. T. I. *Tim.* §. 47. ibique *Hemſterh.* *J. F. R.*

25. Ἐπίρρινος] Vix credo alias hanc vocem occurrere , cum *Pollux* pariter atque *Camerarius* , ubi de naſo tractant ex inſtituto , ille 2, 72. hic p. 110. ſeq. Comment. utriusque linguae , nullam ejus mentionem faciant. Nec *Coelius Rhodiginus* cum Antiqq. Lect. 3, 30. de naſo agit , quid hoc ſit vocabuli explicat. Sed Gloſſ. Gr. Lat. Vulcan. ἐπίρινος Naſutus. *J.M.G.*

Ibid. Ἐς τρίτον οὐρανὸν] Manifeſte ridet Paulli ἐκστασιν, quam phraſi *Ariſtoph.* ex Νεφ. 225. exprimit. Ibi enim

δι' ὕδατος ἡμᾶς ἀνεκαίνισεν, ἐς τὰ τῶν μακάρων ἴχνια παρεισώδευσε, καὶ ἐκ τῶν ἀσεβῶν χώρων ἡμᾶς ἐλυτρώσατο. καί σε ποιήσω ἤν μου ἀκούῃς, ἐπ' ἀληθείας ἄνθρωπον.

ΚΡΙΤ. Λέγε, ὦ πολυμαθέστατε Τριεφῶν, διὰ φόβου γὰρ [a] ἔρχομαι. ΤΡΙΕΦ. Ἀνέγνωκάς ποτε τὰ τοῦ Ἀριστοφάνους τοῦ δραματοποιοῦ ὄρνιθας ποιημάτια; ΚΡΙΤ. Καὶ μάλα. ΤΡΙΕΦ. Ἐγκεχάρακται παρ' αὐτοῦ τοιόνδε·

Χάος ἦν, καὶ νὺξ, ἔρεβός τε μέλαν πρῶ-
τον, καὶ Τάρταρος εὐρύς.
Γῆ δ', οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν.

ΚΡΙΤ. Εὖ λέγεις. εἶτα τί ἦν; ΤΡΙΕΦ. Ἦν φῶς ἄφθιτον, ἀόρατον, ἀκατανόητον, ὃ λύει τὸ σκότος, καὶ τὴν ἀκοσμίαν ταύτην ἀπήλασε, λόγῳ μόνῳ ῥηθέντι ὑπ' αὐτοῦ, ὡς ὁ βραδύγλωσσος ἀπεγράψατο· γῆν ἔπηξεν ἐφ' ὕδασιν, οὐρανὸν ἐτάνυσεν, ἀστέ-

ibi didicerat; is per aquam nos renovavit, impiorumque ereptos regionibus in beatarum animarum veſtigiis collocavit. Etiam ex te faciam, ſi auſcultare mihi velis, vere hominem.

13. CRIT. Cedo, peritiſſime Triepho, horror enim me inceſſit. TRIEPH. Legiſtine unquam Ariſtophanis Comici poëmatia quae ille aves inſcripſit? CRIT. Legi utique. TRIEPH. In illis ita ab eo ſcriptum eſt:

Chaos olim & nox crebusque fuit nigrum,
tum Tartarus ingens
Non terra, aër nec olympus erat.

CRIT. Praeclare iſta, ſed quid tum? TRIEPH. Lux erat incorrupta, inviſa, incomprehenſa, *quae ſolvit tenebras', ſqualorem numine abegit.* Verbo tantum a ſe prolato, ut tardilinguis ille ſcriptum reliquit, terram aquis impoſitam condenſavit, caelum expandit, ſtellas formavit fixas, cur-

[a] Ἔρχομαι] Εὔχομαι V2. Leg. ἔχομαι.

41. Φῶς] Θεός. V.

44. Ὁ βραδύγλωσσος] Μωσῆς. V.

Socrates caeleſtium rerum contemplationi intentus, & quid rei ageret, interrogatus, ἀεροβατῶ, inquit, καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον. *J.M.G.*

27. Δι' ὕδατος] Neque hic obſcurum eſt, baptiſmum rideri. *J.M.G.*

28. Ἴχνια] Forte ante oculos habuit Auctor illud, quod inter *aurea*; quae vocantur, *Pythagorae carmina* relatum eſt:

Ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.

Quanquam ſi ſenſum magis, quam verba ſequamur, in noſtris libris etiam *Luc.* II, 79. ſcriptum eſt: τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης, pro eo, quod alias converſionem vocant Theologi. *J.M.G.*

Ibid. Παρεισώδευσε] Praepoſitiones, quibus junctum eſt hoc verbum, clandeſtinum quid, & fraudulentum alias ſignificant, ut in παρεισάγειν & παρείσακτοι, παρεισβάλλειν, παρεισδύεσθαι, παρεισέρχεσθαι, παρεισπίπτειν, παρεισρεῖν, apparet. Forte id ſibi vult Triepho, magiſtrum illum ſuum, ſuo jure caelum ingredi, diſcipulos magiſtro adhaerentes una cum irrepere. *J.M.G.*

Ibid. Ἀσεβῶν χώρων] Poſſis quidem ad coetum ſeu communionem impiorum referre, quam πονηρὸν αἰῶνα κ.τ.λ. noſtri vocant; ſed tamen ſecutus mihi videtur Auctor Lucianum ſuum, qui & *de Luctu* c. 8. & *Ver. Hiſt.* T. II. c. 17. & alias forte, de inferis, ubi mali puniantur, hac ῥήσει uſus eſt. *J.M.G.*

30. Ἐπ' ἀληθείας] Quid ἀλήθεια apud ſacros ſcriptores ſit, nemini ignotum eſt paullum θεολογήσαντι. Sed forte illud ſibi voluit Triepho, pro homine habendum non eſſe, qui humiliter adeo & abjecte de Diis ſentiret, per diſciplinam autem, quam ipſe profiteretur, ab belluino ingenio ad humanum cultum poſſe traduci, qui non repugnarent. Quod quidem philoſophi fere pollicebantur univerſi. *J.M.G.*

Ἐπ' ἀληθείας] Neſcio an aliud myſterium lateat, quam ut vulgo accipitur pro *re vera*, uti ap. *Demoſth.* de cor. p. m. 520. f. vel ἐπ' ἀληθείᾳ ap. *Ariſtoph.* Plut. 892. *J.F.R.*

32. Διὰ φόβου γὰρ ἔρχομαι] Verba ſunt *Euripidis* in Or. vſ. 757. *M. du S.*

34. Ὄρνιθας ποιημάτια] Quanquam drama unum eſt, idque ſatis longum, quod ὄρνιθες ſeu aves vocatur, haud immerito tamen τῶν ποιηματίων nomine inſignitur, ob crebras per choros, ſyſtemata, odas, epirrhemata &c. conciſiones, quae bonam partem ſententiam etiam per ſe abſolvunt. Locus qui prae manu eſt, habetur vſ 696. ſeqq. *J.M.G.*

35. Ἐγκεχάρακται] Utitur voce & noſter infra c. 17. & Lucian. in Καταπλ. *ſeu Tyranno* c. 4. *J.M.G.*

37. Χάος] Extant etiamnum carmina iſta apud *Ari-*

curſumque illis conſtituit, quas tu pro Dis venerare. Terram autem floribus exornavit, homines ex illis quae plane non erant, ut eſſent produxit. Jamque obſervat de caelo juſtos pariter atque injuſtos, in librisque ſingulorum actiones deſcribit, omnibus autem, qua praefinivit die, juſta retribuet.

14. CRIT. Quae vero Parcae glomerarunt omnibus, num & ea deſcribuntur? TRIEPH. Quid ais? CRIT. De fato loquor. TRIEPH. Quin tu dicis, o pulcher Critia, de Parcis, ego vero diſcendi cupidus auſcultabo. CRIT. Nonne Homerus, celebris Poëta dixit:

Fatum equidem nullum dico effugiſſe virorum.

De magno autem Hercule ita:

Nec potuit fugiſſe Atropon vis Herculis atram,
Qui Jove natus erat, patri cariſſimus idem:

ρας ἐμόρφωσεν ἀπλανεῖς, δρόμον διετάξατο ὓς σὺ σέβῃ θεούς, γῆν δὲ τοῖς ἄνθεσιν ἐκαλλώπισεν, ἄνθρωπον ἐκ μὴ ὄντων ἐς τὸ εἶναι παρήγαγε· καὶ ἔστιν ἐν οὐρανῷ βλέπων δικαίους τε καὶ ἀδίκους, καὶ ἐν βίβλοις τὰς πράξεις ἀπογραφόμενος· ἀνταποδώσει δὲ πᾶσιν ἣν ἡμέραν αὐτὸς ἐνετείλατο.

ΚΡΙΤ. Τὰ δὲ τῶν Μοιρῶν ἐπινενησμένα ἐς ἅπαντας, ἐγχαράττουσί γε καὶ ταῦτα; ΤΡΙΕΦ. Τὰ ποῖα; ΚΡΙΤ. Τὰ τῆς εἱμαρμένης. ΤΡΙΕΦ. Λέγε, ὦ καλὲ Κριτία, περὶ τῶν Μοιρῶν, ἐγὼ δὲ μαθητιῶν ἀκούσαιμι περὶ σοῦ. ΚΡΙΤ. Οὐχ Ὅμηρος ὁ ἀοίδιμος ποιητὴς εἴρηκε,

Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν.

ἐπὶ δὲ τοῦ μεγάλου Ἡρακλέους,

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βίη [b] Ἡρακλείη φύγε κῆρα,
Ὅσπερ φίλτατος ἔσκε Διῒ Κρονίωνι ἄνακτι,

Ἀλ-

b Ἡρακλείη] Ἡρακλῆος Hom.

58. Ἀοίδιμος] Ἔνδοξος. V.

riſtophan. av. p. 573. Ed. *B.* quod miror fugiſſe eruditiſſimum *Grotium* qui not. 5. ad L. I. de ver. Rel. Chriſt. c. 16. ait a Luciano & *Suida* conſervata, cum ipſe in *avibus* eſſe dixiſſet, quam fabulam *Ariſtophanis* extare adhuc, eum latere non poterat. Vid. *Gall.* ad *Lactant.* p. 22. *M. du S.*

44. Βραδύγλωσσος] Moſem haec non dubia nobis nota indicat. *M du S.*

Ὁ βραδύγλωσσος] Moſes *Exod.* IV, 10. כבד לשון ſeſe ipſe vocat, quod οἱ ό transtulere βραδύγλωσσος, & ab his noſter ad inſultandum Divino vati mutuatus eſt. *J. M. G.*

Ibid. Γῆν ἔπηξεν] *Pſ.* XXIV, 2. Deinde ex *Jeſ.* XLIV, 24. ἐξέτεινα τὸν οὐρανὸν μόνος, καὶ ἐστερέωσα τὴν γῆν. Caeterum obſervarunt pridem viri doctiſſimi, vel ideo etiam ſiderum in hexaëmero creatorum mentionem a Moſe fieri, ut eo magis hominum animos ab eorum cultu, id eſt, antiquiſſimo pariter & abſurdiſſimo idololatrias genere averteret. Si enim creata ſunt a Deo ſidera, quidni, relicto architecto, honorem opificio deferre, extremae foret ſtultitiae? *J. M. G.*

46. Δρόμον] Τούτων hinc forte excidit negligentia librarii. *F. G.*

48. Ἐκ μὴ ὄντων] *Hebr.* XI, 3. dicitur ἐκ μὴ φαινομένων. Nota eſt *Exucontiorum* haereſis, quod nominis in eam Arianorum ſectam dicebatur, qui affirmabant, Chriſti Servatoris divinam etiam naturam ἐξ οὐκ ὄντων a Deo eſſe productam. Unde ſatis conſtat, Chriſtianos illorum temporum de Creatione ita, ut hic noſter, loqui ſolitos. *J. M. G.*

50. Ἐν βίβλοις] Haec ſumta ex *Apoc.* XX, 12. 2. *Theſſ.* I, 6. *Act.* XVII, 31. quivis videt. *J. M. G.*

52. Ἣν ἡμέραν] Subaudi καθ' ἣν ἡμ. *F. G.*

53. Τὰ δὲ τῶν Μοιρῶν] Cum de Providentia Dei loquentem audit Triephontem Critias, haud immerito in mentem illi venit abſurdi iſtius Parcarum commenti. Caeterum quod plurium numero dicitur ἐγχαράττουσιν, illud abſolute & quaſi imperſonaliter poſitum arbitror, fere ut Ebraei, cum de Deo etiam loquuntur, pluralem numerum ſaepe adhibent, cui tamen phraſi aliquid arcani ſenſus, & umbram ſaltem Trinitatis ineſſe, non eſt cur negemus. Fieri etiam poteſt, ut reſpexerit Critias ad expreſſam trium in divinitate hypoſtaſεων mentionem. Caeterum poſtea & hoc idem verbum plurium numero recurrit, & exemtae actionis verba, quae vocant Grammaticorum filii, eodem numero efferuntur: ἐκπέμψουσι, ἐπιστρωννύουσι, κατάξουσι κ. τ. λ. *J. M. G.*

57. Μαθητιῶν] *Ariſtoph.* verbum Νεφ. 183. *J. M G.*

60. Μοῖραν] *Hom.* Il. Z, 488. allegat etiam Lucian. Apol. pro *Merc. Cond* c 8. & *Diogenianus Peripateticus* apud *Euſeb.* Praep. Evang. 6 8. p. 263. *J. M. G.*

63. Οὐδὲ γὰρ] *Hom.* Il. Σ, 117. ſeq. *J M. G.*

66. Ἥρης]

Ἀλλά ἑ [a] Μοῖρ' ἐδάμασσε, καὶ ἀργαλέος χόλος Ἥρης.
Ἀλλὰ καὶ ὅλον τὸν βίον καθειμάρθαι, καὶ τὰς ἐν τούτῳ μεταβολάς·
—— ἔνθα δ' ἔπειτα
Πείσεται ἅσσα οἱ αἶσα κατακλῶθές τε βαρεῖαι
[b] Γιγνομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.
καὶ τὰς ἐν ξένῃ ἐποχὰς ἀπ' ἐκείνης γίνεσθαι.
Ἦδ' ὡς Αἴολον ἱκόμεθ', ὅς με πρόφρων ὑπέδεκτο,
Καὶ πέμπ', οὐδέπω αἶσα φίλην ἐς πατρίδ' ἱκέσθαι.
Ὥστε πάντα ὑπὸ τῶν Μοιρῶν γίνεσθαι ὁ ποιητὴς μεμαρτύρηκε. τὸν δὲ Δία μὴ θελῆσαι τὸν υἱὸν
— θανάτοιο δυσηχέος ἐξαναλῦσαι,
ἀλλὰ μᾶλλον
Αἱματοέσσας [c] δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε.
Παῖδα φίλον τιμῶν, τὸν οἱ Πάτροκλος ἔμελλε
Φθίσειν ἐν Τροίῃ.
Ὥστε, ὦ Τριεφῶν, διὰ τοῦτο μηδὲν προσθεῖναι περὶ τῶν Μοιρῶν ἐθελήσῃς, εἰ καὶ τάχα πεδάρσιος ἐγεγόνεις μετὰ τοῦ διδασκάλου, καὶ τὰ ἀπόρρητα ἐμυήθης.

Sed ſors dira virum, Junoniſque ira ſubegit.
Quin vitam omnem, omneſque in illa mutationes fato eſſe conſtitutas atque ordinatas, idem docet,
— *Hinc ordine cuncta*
Suſcipiet, quae vis fati Parcaeque verendae
Naſcenti nevere, utero cum prodiit infans.
Moras etiam, quae in peregrino ſolo ſunt ſufferendae, a fato conſtitui, illa monent:
Aeolus, & placide venientem excepit, euntemque
In patriam juvit. Sed nondum fata ſinebant.
Ut adeo omnia a Parcis fieri Poëtae teſtimonio conſtet. Jovem ipſum non velle a gnato
— *diram defendere mortem,*
qui potius
Sanguinis in terram guttas demiſit Olympo
Deplorans gnatum, qui mox mucrone Patrocli
Ad Trojam periturus erat.
Quae cum ita ſint, verbum de Parcis addere unum non voles, quamvis forte cum illo magiſtro tuo ſublimis in caelum raptus, arcaniſque initiatus eſſes.

15. TRIEPH.

a Μοῖρ' ἐδάμασσε] Μοῖρα δαμ. *Hom.* *b* Γιγνομένῳ] Γινομένῳ Schol. male. *c* Δὲ] Ex *Hom.* inſerui. Aberat ab Edd.

65. Ἐ] *Αὐτόν. V.*
72. Γινομένῳ] *Ἀνθρώπῳ. V.*
81. Τὸν υἱὸν] *Σαρπηδόνα. V.*

66. Ἥρης] Quae tanquam Jovis ſui ex pellice ſpurium, muliebribus odiis eum & plus quam novercalius proſequeretur. *J.M.G.*

69. Ἔνθα δ'] *Hom.* Il. Υ. 128. & Od. Η. 196. ſeqq. *M. du S.*

Ἔνθα δ' ἔπειτα] Od. Η, 196. ſeq. Lucian. Apol. pro *Merc Cond.* c. 8. Utroque autem loco pro *γιγνομένῳ*, quod noſter habet, eſt *γεινομένῳ*. Et ita etiam *Diogenianus* apud *Euſeb.* Praep. Evang. 6, 8. p. 263. Caeterum paullo aliter eandem ſententiam Poëta effert Il. Υ, 127. *Ὕστερον αὖτε τὰ πείσεται ἅσσα οἱ αἶσα Γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.* *J.M.G.*

70. Κατακλῶθες] Scholia parva ad Od. Η, 197. & inde *Suidas* ita explicant. *αἱ κατακλώθουσαι καὶ καταμερίζουσαι ἑκάστῳ τὸ εἱμαρμένον*, id eſt ipſae Parcae: paullo aliter atque eſt in Lexico Baſileenſi, ubi per *accumulationes ſtaminum vox* explicatur, quanquam ipſa *Suidae* verba modo adducta Graece ſubjuncta ſint. *J.M.G.*

75. Ἦ δ' ὡς Αἴολον] Ex Od. Ψ. 314. ſed immutata. *M. du S.*

Ἦ δ' ὡς] Od. Κ, 1. ſeq. hiſtoria ipſa narratur, ſed quos noſter adducit verſus, mutata perſona leguntur Od. Ψ, 314. ſeq.
Ἦδ' ὡς Αἴολον ἵκεθ', ὅ μιν πρόφρων ὑπέδεκτο, κ. τ. λ. *J.M.G.*

81. Τὸν

15. TRIEPH. Sed quid illud ſibi vult, quod idem Poëta duplex nobis comminiſcitur ancepsque fatum? ita ut iſtud quidem facientem certu[illegible] rerum exitus maneat; ſed ſi aliud agat, a[illegible]um etiam finem res nanciſcatur, ut de Ac[illegible]ille, qui de ſe dicit:

Bina Thetis mihi fata tulit, mortemque biformem:
Si maneam, Teucrorumque adverſus moenia pugnem,
Non redeo in patriam, ſed erit mihi fama ſuperſtes:
Sin patriam placeat, carosque videre penates,
Fama perit, ſed longa venit ſine laude ſenectus

Sed & de Euchenore ita:

Qui fati gnarus, naves claſſemque petebat.
Saepe etenim, Polyide ſenex, haec fata canebas:
Aut morbo in patria periturum, aut inter Achivum
Nigras Trojano caſurum vulnere naves.

16. Negabisne haec ab Homero ſcripta? aut ambiguam potius, & utrinque praeruptam fraudem agnoſces? Sed Jovis etiam,

ΤΡΙΕΦ. Καὶ πῶς ὁ αὐτὸς ποιητὴς, ὦ καλὲ Κριτία, διττὴν ἐπιλέγει τὴν εἱμαρμένην, καὶ ἀμφίβολον; ὡς τόδε μὲν τι πράξαντι, τοιῷδε τέλει συγκῦρσαι· τοῖον δὲ ποιήσαντι, ἑτέρῳ τέλει ἐντυχεῖν; ὡς ἐπ' Ἀχιλλέως,

Διχθαδίας κῆρας φερέμεν θανάτοιο τέλοσδε,
Εἰ μὲν κ' αὖθι μένων Τρώων πόλιν ἀμφιμάχωμαι,
Ὤλετο μέν μοι νόστος, ἀτὰρ κλέος ἄφθιτον ἔσται.
Εἰ δέ κεν οἴκαδ' ἵκωμαι,
Ὤλετό μοι κλέος ἐσθλὸν, ἐπὶ δηρὸν δέ μοι [d] αἰὼν
Ἔσσεται.

Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ Εὐχήνορος,

Ὅς ῥ' εὖ εἰδὼς κῆρ' ὀλοὴν, ἐπὶ νηὸς ἔβαινε.
Πολλάκι γάρ οἱ ἔειπε γέρων ἀγαθὸς Πολύϊδος,
Νούσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ φθίσθαι οἷς ἐν μεγάροισιν,
Ἢ μετ' Ἀχαιῶν νηυσὶν ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι.

Οὐχὶ παρ' Ὁμήρῳ ταῦτα γέγραπται; ἢ ἀμφίβολος αὕτη, καὶ ἀμφίκρημνος ἀπάτη; εἰ δὲ βούλει, καὶ τοῦ Διὸς ἐπιθήσω σοι τὸν λό-

d Αἰὼν [illegible] 1. 7. &c.

81 Τὸ [illegible] G.
82 [illegible] ubi verſi [illegible] pletur [illegible] poſt αἵματ[illegible] [illegible]a. J.M.G.

8[illegible] τοῦτο] Id eſt, evidenter adeo doctrinam de Parc[illegible] numine ex *Homero* tibi probatam dedi, ut cum omni tua ſapientia non habeas, quod contra dicere poſſis. *J.M.G.*

90. Τοῦ διδασκάλου] Χριστοῦ ſcilicet. *F.G.*

95. Συγκῦρσαι] Epentheſis Aeolica in hoc verbo frequens. [illegible] nim ita pro [illegible]ι. Infra tamen c. 23. συγκυ[illegible]ει eodem ſenſu a συγκυρέω formatum reperio. Co[illegible]quis poterat, legendum forte eſſe quarto caſu, [illegible]ράξαντα, [illegible]οιήσαντα, ut paullo poſt pro ἐπιβαλλομένῳ, ἐπιβαλλόμενον, certe ſtructurae id ratio exigebat. Sed poteſt intelligi μοῖραν vel εἱμαρμένον εἶναι, vel poteſt pendere ab ἐπιλέγει. *J.M.G.*

Ibid. Ποιήσαντι] Nondum certum mihi eſt [illegible] πράξαντι & ποιήσαντι culpa Librarii ſcriptum, pro πράξαντα, ποιήσαντα, cum ellipſis poſſit eſſe τοῦ εἶναι, vel ἀνάγκη. Sed c. ſeq. ἐπιβαλλομένῳ aliud eſt. *J.F.R.*

98. Διχθαδίας] Il. I, 410. ſeq. *J.M.G.*

5. Ἵκωμαι] Additur apud *Hom.* φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν. *J.M.G.*

7. Αἰὼν] *Benedictus* in hoc verſu Homerico intercidere paſſus eſt αἰὼν, quod ſervant antiquiores. *J.J.*

10. Ὅς ῥ' εὖ] Il. N, 665. ſeq. *J.M.G.*

11. Πολύϊδος] Τὴν Πολυΐδου μαντικὴν inter ea quae ſaltatorem noſſe deceat, & ſaltando oporteat exprimere, refert Lucian. *de S[illegible].* c. 49. Meminit etiam Dial. ad *Heſiod.* p. 487. pr. Mirabilis de Polyido hiſtoria eſt apud *Apollod.* Biblioth. 3, 3. quam credibiliorem explicando facit *Palaephatus* περὶ ἀπίστων c. 17. Add. *Hygin.* fab. 136. Caeterum Πολύϊδος forte dictus διὰ τὸ μάντιν ὄντα πολλὰ εἰδέναι. *J.M.G.*

λόγον· [a] οὐχὶ τῷ Αἰγίσθῳ εἴρηκεν ὡς ἀποσχομένῳ μὲν τῆς μοιχείας, καὶ τῆς Ἀγαμέμνονος ἐπιβουλῆς, ζῆν καθείμαρται πολὺν χρόνον; ἐπιβαλλομένῳ δὲ ταῦτα πράττειν, οὐ καθυστερεῖν θανάτου; τοῦτο κἀγὼ πολλάκις προὐμαντευσάμην· ἐὰν κτάνῃς τὸν πλησίον, θανατωθήσῃ παρὰ τῆς δίκης· εἰ δέ γε μὴ τοῦτο πράξῃς, βιώσῃ καλῶς,

Οὐδέ σ' ὦκα θέμις τέλος θανάτοιο κιχείη.

οὐχ ὁρᾷς ὡς ἀδιόρθωτα τὰ τῶν ποιητῶν, καὶ ἀμφίλοξα, καὶ μηδέπω ἡδραιωμένα; ὥστε ἔασον ἅπαντα, ὡς καὶ σὲ ἐν ταῖς ἐπουρανίοις βίβλοις τῶν ἀγαθῶν ἀπογράψωνται.

ΚΡΙΤ. Εὖ πάντα ἀνακυκλεῖς, ὦ Τριεφῶν, ἀλλά μοι τόδε εἰπὲ, εἰ καὶ τὰ τῶν Σκυ-

ſi vis, orationem adjiciam. Nonne Aegiſtho dixit, ſi vellet ſe abſtinere ab adulterio, inſidiisque Agamemnoni ſtruendis, ut diu viveret, eſſe in fatis: ſin iſta facere aggrederetur, acceleratam mortem non effugiturum. Ad eum modum & ego vaticinatus ſaepe ſum, ſi occideris alium, ab ipſa Nemeſi mortem expecta: ſi hoc non feceris, bene vives,

Nec tibi fas ſubito fatum finemque venire.

Non vides, quam ſint minime caſtigata, quae Poëtae fingunt, quam ambigua, nulliſque ſubnixa fundamentis? Omnia igitur, ſi ſapis, omitte, ut te etiam in caeleſtibus bonorum libris inſcribant.

17. CRIT. Bene revolveris ad id, unde diſceſſeramus. Sed illud mihi dic, Scytharumne

[a] Οὐχὶ τῷ] Nil variant Edd. οὐ μοιχῷ vult *Palm.*

20. Οὐχὶ τῷ Αἰγ.] Lego, οὐ μοιχῷ Αἰγίσθῳ. *J.P.a G.*

Οὐχὶ τῷ Αἰγίσθῳ] Od. A, 35. ſeq. *Palmerius* legit, οὐ μοιχῷ Αἰγ. *J.M.G.*

23. Ἐπιβαλλομένῳ] Pendet hoc verbum a καθείμαρται. *J.M.G.*

Ἐπιβαλλομένῳ] Non video rectius dici ἐπιβαλλόμενον, ut Vir Cl. N°. 95. vult; nam dativus ille cohaeret cum praemiſſo εἴρηκεν & καθείμαρται. Et licet accuſativus, praecedente etiam dativo, recte ſequatur (vide ſupra ad *Electr.* c. 3.) tamen id perpetuum non eſſe, quin vel minus frequens, quam eumdem caſum continuari, facile patet; ſed jam ipſe hoc adgnovit. *J.F.R.*

25. Τὸν πλησίον] Ut in ſacris, pro quovis homine, qua notione aliquoties etiam a Luciano adhibetur, e. g. *Necyom.* c. 16. & *Tyran.* c. 15. *J.M G.*

Τὸν πλησίον] Adde Noſtrum de *Calum.* c. 7. & 10. Et *Long. Paſt.* I. 15. ubi recte τὸν πλησίον Ed. princeps, πλησίων recentior; licet vicini ibi intelligantur. *J.F.R.*

26. Παρὰ τῆς Δίκης] Compara *Act. Apoſtol.* XXVIII, 4. prorſus enim eadem res utrobique agitur. Neque hodie multo aliter noſtri homines. Videtur autem quaſi προσωποποιεῖσθαι hoc loco δίκη, ut ſaepe a multis, & a Luciano in *Bis Accuſat.* factum, ubi loquentem & jus dicentem introducit. Add. *Clemens* Protrept. pag. 16. *Heſiod* intra octo verſus huic vocabulo quatuor diverſas poteſtates ſubjeciſſe obſervat *J. Cleric.* Ar. Crit. P. II. ſ. 1 c. VI. §. 15. ubi provocat etiam ad *Silv. philol.* c. 5. *J.M.G.*

28. Οὐδέ σ' ὦκα θέμις] Locum *Homeri* qui inſpexerit, facile illud θέμις expungendum eſſe, mecum ſentiet; quod unde aut cur invectum ſit, miror. *M. du S.*

Οὐδέ σ' ὦκα] Verſus diſtortus ex Il. I, 416 ita poſſet reſtitui οὐδέ κε σ' ὦκα θέμιστι τέλος θανάτοιο κιχείη, qua ratione ſenſui etiam conſultum foret melius. Vix enim, nominativum θέμις poſſe adverbii vicem ſuſtinere, arbitror. *J.M.G.*

33. Βίβλοις τῶν ἀγαθ.] Liber vitae ex noſtra diſciplina vocatur. Vid. *Phil.* IV, 3. *Apoc.* XX, 16. &c. *J.M.G.*

34. Ἀνακυκλεῖς] Supra c. 2. noſter, & Lucian. *Nigrino* c. 6. eo ſenſu hoc verbum adhibent, ut ſignificet recolere memoriam rei, eamque quaſi ruminare, quae ſolennis etiam eſt ſignificatio (an enim diſtinguant veteres duo verba ἀνακυκλέω & ἀνακυκλόω, non habeo certi quid dicere;) ſed eſt aliquid apud *Longinum* περὶ ὕψους. Sect. 22. quod huic loco & rei melius videtur convenire. Nimirum de hyperbato agens, εἶτ' αὖθις, inquit, ἐπὶ τὰ πρῶτα ἀνακυκλοῦντες, ad inſtitutum ru[illegible]onem reverſi. Hanc proinde rationem i[illegible]ſum. *J M.G.*

35. [illegible]ſpectu ad *Coloſſ.* III, 11. *J.M G.*

Τὰ τ[illegible]] Vid. nott. *Gaulmini* in vitam Moiſ. p. 313. *M.V. La Croze.*

37. Χρηστὸς] De hac voce diſputatum in diſſert. §. 21. *J.M G.*

Χρηστὸς] Vid. *Huet.* Dem. Evang. p. 61. Et *Lactant.* L. IV. c. 7. *M V. La Croze.* Ac Diſſert. Cl. *Roſſal* de Chriſto in Chreſtum mutato. *J.F.R.*

Ibid. Ἐν ἔθνεσι] Vel hinc manifeſto Chriſtianum arguere licet. Sed errant mea quidem ſententia omnes, qui vocem χρηστὸς a vulgari & trito ſenſu aliorſum trahere conantur. *M. du S.*

Ἐν ἔθνεσι] Vox ſacris fere ſcriptoribus propria, eos, qui extra Eccleſiam ſunt, ſignificat. Qua ratione novum ſententiae noſtrae, de χρηστῷ neque Chriſto neque Chriſtiano, argumentum accederet. Si enim ἔθνη ſive gentes ſunt, qui non ſunt Chriſtiani, qui dicere po-

rumne etiam res in caelo deſcribuntur? TRIEPH. Et omnes quidem, ſi modo bonum aliquem eſſe inter gentes contingat. CRIT. Multos in caelo ſcribas eſſe dicis, qui quidem deſcribant omnia. TRIEPH. Bona verba, ne quid in ſapientem Deum dicas petulantius. Sed tanquam unus catechumenus mihi auſculta, ſi modo vivere aeternum deſideras. Si enim ut pellem explicavit caelum, terramque ſuper aquis conſtabilivit, & ſtellas formavit, tum hominem, cum nihil ejus ante adeſſet, produxit; quid adeo mirum eſt, omnium etiam deſcribi actiones? Te vero, cum forte domuncula aliqua exſtructa, ſervulos ancillasque eo conduxiſti, ne viliſſima eorum actio fugiat: Deus autem, qui omnia fecit, non multo magis percurrat omnia facile, omnesque

θῶν ἐν τῷ οὐρανῷ ἐγχαράττουσι; ΤΡΙΕΦ. Πάντα, εἰ [b] τύχοι γε Χρηστὸς ϗ ἐν ἔθνεσι. ΚΡΙΤ. Πολλοὺς γε γραφέας φὴς ἐν τῷ οὐρανῷ, ὡς ἅπαντα ἀπογράφεσθαι. ΤΡΙΕΦ. Εὐστόμει, ϗ μηδὲν εἴπῃς [c] φλαῦρον θεοῦ δεξιοῦ, ἀλλὰ κατηχούμενος, πείθου παρ' ἐμοῦ, εἴπερ ζῆν χρήζεις εἰς τὸν αἰῶνα. εἰ οὐρανὸν ὡς δέῤῥιν ἐξήπλωσε, γῆν δὲ ἐφ' ὕδατος ἔπηξεν, ἀστέρας ἐμόρφωσεν, ἄνθρωπον ἐκ μὴ ὄντος παρήγαγε, τί παράδοξον, ϗ τὰς πράξεις πάντων εναπογράφεσθαι; ϗ γὰρ σοὶ οἰκίδιον κατασκευάσαντι, οἰκέτιδας δὲ ϗ οἰκέτας ἐν αὐτῷ συναγαγόντι, οὐδέποτέ σε διέλαθε τούτων πρᾶξις ἀπόβλητος· πόσῳ μᾶλλον τὸν πάντα πεποιηκότα θεὸν οὐχ ἅπαντα ἐν εὐκολίᾳ διαδραμεῖν ἑκάστου πρα-

b Τύχοι] Τύχῃ *Fl.* c Φλαῦρον] Φλαύρου *Fl.* male.

40. Φλαῦρον] Φαῦλον ἢ κοῦφον, κακόν. διαφέρει γὰρ φλαῦρον ϛ φαῦλον. φλαῦρον μὲν γάρ ἐστι τὸ μικρὸν κακὸν, φαῦλον δὲ τὸ μέγα. ἢ φλαῦρον ἀηδὲς, δύσφημον, λυπηρόν. *V.*

43. Δέῤῥιν] Δέρμα. *V.*

poteſt Triephon, illos ex gentibus ſcribi in libro vitae, qui ſint Chriſtiani? Bonos autem viros eſſe inter gentiles, quis neget? & notum eſt, Chriſtianorum etiam multos iis gentilium, qui honeſte viverent, ſalutem aeternam denegare non auſos. *J.M.G.*

40. Εὐστόμει] Ex *Ariſtoph.* Νεφ. 831. ſeq. ubi legitur εὐστόμει, ϗ μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον ἄνδρας δεξιούς. Unde ſuſpiceris & hic legendum θεὸν δεξιόν. Syntaxeos certe ratio id exigebat: niſi dura ſatis ellipſi τὴν κατὰ omiſſam dicamus. Caeterum nomen δεξιὸς, Dei epitheton, illuſtravit *Spanhem.* ad Callim. H. in Cerer. vſ. 32. *J.M.G.*

41. Κατηχούμενος] Proprium Chriſtianorum verbum. Res notior eſt quam ut ei diutius immorari opus ſit: obſervo tamen in *Aſino* de animali uſurpari, cum docetur; & in Z. τρ. quod opuſculum certe Lucianeum eſt, de pueris c. 39. qui locus probe obſervari meretur. *M. du S.*

Κατηχούμενος] Manifeſte ad Chriſtianorum Catecheſes alludit, & Catechumenos. *J.M.G.*

43. Ὡς δέῤῥιν] Ex ſcriptura ſacra petita haec imago. Vid. *Pſ.* CII. 25. CIV. *Hebr.* I. & *Eſ.* XXXIV. 4. Quamquam aliis paulo verbis res eadem repraeſentatur. *Clem. Alex.* p. 30. C. *M. du S.*

Ὡς δέῤῥιν] Ita οἱ ό *Pſ.* CIV, 2. ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέῤῥιν. *J.M.G.*

47 Σοὶ οἰκίδιον κατασκευάσαντι] Dativi abſolute poſiti ut alias genitivi. Vid. *Er. Schmidius* ad *Matth.* VIII, 1. Ita Lucian. *Prometh.* c. 6. ἐπιτραπέντι σοι μοιράσαι τὰ κρέα. Vix enim eſt, ut ad ſequens mox σεαυτῷ referas, cum neſcio quid inconcinni pariat, & redundans, atque a facilitate Luciani alienum. Caeterum argumentatio ipſa nimium quantum vacillat. Quam multa ſervorum fugiant Dominos, qui ex vita quotidiana nondum didicit, diſcat ex Comicis quotquot ſunt omnibus. *J.M.G.*

89. Τριφαλείας] Lege τρυφαλείας. *F.G.* Et hoc malim. Sed cum prius etiam reperiatur alibi, nihil mutem. Et licet τρυφ— ap. *Homer.* perpetuo ſcribatur, tamen Scholiaſt. ad Il. Γ. 372. Τρυφαλείης exponit — τρεῖς φάλους ἐχούσης· adeoque τριφαλείας ad originem propius accedens eo minus mutandum. *J.F.R.*

91. Ὡς] Lege οἱ. *F.G.*

Ibid. Καλατρύχετε] Proprie *vexare* eſt, *atterere*. Sed ipſe deinde explicat per ἐπαράσθε τῇ πατρίδι. *J.M.G.*

93. Μαθηματικὴν] Aſtrologiam judiciariam, quae vocatur, *Matheſin*, & qui eam profiterentur, *Mathematicos* appellatos eſſe, non opus eſt ut hic moneatur. Hanc artem *tractare* non negat Chriſtianos, ſed κατωρθωκέναι *recte tractaſſe*, *edidiciſſe*. Verum fuit ſaltem primis temporibus iſta laus Chriſtianorum, quod a conjectoribus, ariolis, vatibus, mathematicis, & id genus hominibus abhorrerent, infenſis propterea odiis ab illis excepti. Vid. inter alios *Arnob. contra gentes* p. 13. it. *Tertullianus* Apol. c. 43. Laudanda & hic eſt incomparabilis viri *Joh. Alb. Fabricii* induſtria, qui Bibl. Graec. 3, 20. p. 518. ſeq. concinnavit catalogum ſelectum ſcriptorum, qui aſtrologiam apoteleſmaticam oppugnarunt, quos inter primo loco Chriſtianos veteres collocavit. Qui ergo factum dicemus, ut ea tamen per poſticum quaſi recepta ita diu in Chriſtiano etiam orbe viguerit? *J.M.G.*

96. Γραϊδίων] Etiam hodienum edentulae potius mulierculae, quam viri, magiae & incantationum crimine traducuntur. Scilicet judicii viriumque imbecillitas, quae ſexui, cum avaritia, quae aetati quodam modo naturalis eſt, conjuncta, ſuperſtitionum foecunda mater eſſe ſolet. *J.M.G.*

1. Κεκαρμένοι τὴν γνώμην] Mirabilis loquendi forma, *detonſus mente ſive ſententia*. Sed lucem hic etiam affundit Lucianus, qui Paphlagonas, in *Pſeudomante* c. 15. vocat τοὺς ἐγκεφάλους καὶ τὰς καρδίας προσκεκαρμένους; id eſt, ut interpretor, ovium inſtar lanigerarum, tonderique ſolitarum, ſtupido hebetique ingenio praeditos: ſtatim enim ſubjicit οὐδὲν ἐοικότας, fuiſſe illos σιτοφάγοις ἀνθρώποις, ἀλλὰ μόνῃ τῇ μορφῇ μὴ οὐ προβάτων εἶναι διαφέροντας. Etiam c. 6. dixerat, τοὺς πολλοὺς ἀποκείροντες i. e. ἐξαπατῶντες. Noſtri Germani non modo tondere, ſcheren ponunt pro ludibrio habere; ſed quidam etiam balbiren dicunt i. e. barbam radere, pro Plautino *auro emungere*. Ita οἱ ὁ, quod in *Cant.* IV, 2. eſt עדר הקצובות, ſimili ellipſi reddidere ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων. In ipſa autem calvitie & raſo capite videtur aliquid olim fuiſſe contemtui obnoxium. Unde graviter adeo iraſcitur Eliſa pueris calvitiem ſibi exprobrantibus. *Nonius* verbum *calvere deductum* putavit *a mimis calvis, qui omnibus eſſent fruſtratui*, quo loco utitur *Elmenhorſtius*, ad illuſtrandum illud, quod eſt apud *Arnobium contra gentes* l. 3. p. 239. *delectantur Dii ſtupidorum* (de mimis loquitur) *raſis capitibus*. Quaedam etiam in hanc ſententiam annotata ſunt ad Lucian. *Lapith.* c. 18. a doctiſſimo viro *Almeloveenio*. Add. *Juven.* 5, 171. *Caſaub.* ad Perſ. p. 100. *Graev.* ad Lucian. *Soloec.* p. 744. Ne quid ta-

nem hab[illegible]t. CRIT. Bono es animo: nihil ignav[illegible] dixi, ſed pulcherrime equidem cauſſam ita pe[illegible]gi: *Etenim* vera ſunt, *quae urbani homines* [illegible]*epe de vobis dicunt, ſomniantibus vobis talia obrepunt.* Illi vero canino rictu ſubridente[illegible], *Extra tamen lectulum*, inquiunt, *nobis* [illegible]*veniunt.* Tum ego, *Sint vera*, inquam, *iſta, ô ſublimes animae, nunquam tamen tuto quae futura ſunt inveſtigaveritis, ſed veſtris ipſi ſomniis inducti, quae neque ſunt, neque futura unquam ſunt, nugabimini. Neſcio vero quomodo ſomniis fidem habentes iſta deblateretis, honeſtiſſima quae ſunt averſemini, malis autem delectemini, idque cum nullum ex tam deteſtabili facinore bonum conſequamini. Omittite igitur abſurda illa emotae mentis ludibria, malaque conſilia ac praedictiones, ne quando Deus, eo quod peſſime Patriae precamini, fallacesque veſtros ſermones ad ipſum refertis auctorem, in malam rem vos projiciat.*

Θάρσει, οὐκ ἀγεννὲς, ἀντεῖπον γὰρ τὰ κάλλιστα. τὰ γὰρ παρὰ τῶν ἀστικῶν θρυλλούμενα, ἔφην, περὶ ὑμῶν, ὁπόταν ὀνειροπολεῖτε, τὰ τοιαῦτά που παρεισάγονται. οἱ δὲ σεσηρὸς ὑπομειδιῶντες, ἔξω που παρέρχονται τοῦ κλινιδίου. ἦν δ' ἐγὼ, εἰ ἀληθῆ εἰσι ταῦτα, ὦ αἰθέριοι, οὐκ ἄν ποτε ἀσφαλῶς τὰ μέλλοντα ἐξιχνεύσητε· ἀλλὰ καταπεισθέντες ὑπ' αὐτῶν, ληρήσετε τὰ μὴ ὄντα, μηδὲ γενησόμενα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ οἶδ' ὅπως ληρεῖτε, ὀνείροις πιστεύοντες, καὶ τὰ κάλλιστα βδελύττεσθε, τοῖς δὲ πονηροῖς ἥδεσθε, μηδὲν [b] ὀνούμενοι τοῦ βδελύγματος. ὥστε ἐάσατε τὰς ἀλλοκότους ταύτας φαντασίας, καὶ τὰ πονηρὰ βουλεύματα, καὶ μαντεύματα, μή που θεὸς ὑμᾶς ἐς κόρακας βάλοι, διὰ τὸ τῇ πατρίδι ἐπαρᾶσθαι, καὶ λόγους κιβδήλους ἐπιφημίζειν.

Οὐ-

b Ὀνούμενοι] An ὀνάμενοι; Pell.

tamen diſſimulem, videtur mihi Triephon ad clericorum tonſuram reſpicere, cujus & paullo ante facta mentio clarior, ubi *κακοδαίμων τις, ἐξ ὀρέων [illegible] μένος, κεκαρμένος τὴν κόμην* memoratur. *Gregorii* enim *Nazianzeni* aetate tonſuram in uſu fuiſſe, non improbabili conjectura ex *Maximi Cynici* conſtitutione elicitur, de qua loquens *Nicephorus* H. E. 12. 11. p. 240. *καὶ τὰς ἱκανὰς*, inquit, *κυνικὰς τρίχας περιελὼν* κ. τ. λ. & ne nugari ſuo more putemus *Nicephorum*, praeſto eſt *Theodoritus* qui H. E. 4. 8. *Τιμόθεος*, inquit, *ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων Ἐπίσκοπος — ἀντὶ τοῦ θαυμασίου Γρηγορίου* (Nazianzeni puta) *Μάξιμόν τινα κεχειροτόνηκε κυνικὸν, εὐθὺς αὐτοῦ τὰς κυνικὰς ἀποκείρας τρίχας.* Nec parvi momenti ſunt, quae *Jac. Gothofredus* ex fontibus monuit ad l. 38. Codicis Theod. de Epiſcopis, ubi ob *ξύρισμα γυμνοειδὲς coronatos* appellatos eſſe clericos, & clericalis reverentiae nomen *Coronam* fuiſſe jam circa haecce tempora, luculenter probavit. Sed de his aliter *Salmaſ.* de coma p. 158. Viderint, qui dedita opera hujus antiquitatem ritus tractant. *J. M. G.*

4. *Ἄσιτοι*] In ipſa Scriptura S. aliquorum mentio fit, qui jejuniis & cibi abſtinentia ad viſiones apparitionesque ſeſe praepararunt. Et cacozelia quadam rerum ſacrarum factum eſt, ut apud gentiles etiam quidam, Pythagorici imprimis atque Platonici, variis *καθαρμοῖς*, luſtrationibus, jejuniis, animas ſuas ad commercium cum Deo ſpiritibusque aptas reddere vellent. Jam apud *Herodotum* 2, 40. *προνηστεύσαντες* [illegible] *ἔθυσι.* Ex recentioribus ſufficiat in praeſentia laudare *Jamblichum* 3. 11. p. 74. edit. Oxon. ubi inter praeparationes ad vaticinandum reliquas, *τριῶν ὅλων ἡμερῶν ἀσιτίαν* refert. De Chriſtianis omnium fere temporum nota res eſt, imprimis ſi in cenſum veniant, quae in *Vitis Sanctorum Patrum*, & *Actis Sanctorum*, larga manu afferuntur. Sed non ſunt praetermittenda *Gregorii Nazianzeni* verba, quibus mirifice totus hic locus illuſtratur. Vocabantur a Juliano Chriſtiani, ait vir *θεῖος*, p. 122. ſeq. Orat. 11. in *Julian.* *οἱ τοῖς χρυσίδιοις συγκαθεζόμενοι & συμψάλλοντες, οἱ ταῖς μακραῖς νηστείαις ἐκτετηγμένοι, καὶ κεκμηκότες, οἱ μάτην ἀγρυπνοῦντες, καὶ ταῖς παννυχίοις στάσεσι παραληροῦντες.* *J. M. G.*

13. *Σεσηρὸς*] De iratorum canum rictibus adhiberi ſolitum verbum; *Ariſtoph.* Pace v. 635. *ἠγριωμένους ἐπ' ἀλλήλοισι & σεσηρότας.* Schol. *ἀπὸ τῶν κυνῶν ἡ μεταφορὰ, ὅταν γὰρ ἀγρίζωσι σεσήρασιν ἀλλήλοις.* Poſſis forte convertere *ſarcaſtice ſubridentes*; *σαρκάζειν* enim & *σαρκασμὸς ἀπὸ τοῦ σαίρειν*, unde & *σέσηρα.* *J. M. G.*

Ibid Ἔξω — τοῦ κλινιδίου] Id eſt, non ut alia ſomnia e ſomno & in lectulo ducunt originem, ſed aliunde & extra lectulum nobis obtingunt. Ita *Jamblichus de myſteriis* 13. 23. probare conatur, a principio aliquo extra hominem conſtituto provenire Divina illa & futuri praeſaga ſomnia. *J. M. G.*

26. Ἐπιφημίζειν] Uti nos vertimus, *αὐτῷ* ſubaudiendum, ut ſcilicet ad Deum referatur. Non negaverim tamen, poſſe aliter etiam accipi, ut tantum *divulgare* vel *differre rumoribus* ſignificet; ita nulla opus fuerit ellipſi. *J. M. G.*

27. Ἔτι

Οὗτοι δὲ ἅπαντες ἕνα θυμὸν ἔχοντες, ἐμοὶ πολλὰ κατεμέμφοντο. καὶ εἰ βούλει, καὶ τά γε προστιθῶ σοι, ἅ τινά με καὶ ὡς στήλην ἄναυδον ἔθηκαν, μέχρις ἂν ἡ χρηστὴ σου λαλιὰ λιθούμενον ἀνέλυσε, καὶ ἄνθρωπον ἀπεκατέστησε. ΤΡΙΕΦ. Σίγα, ὦ Κριτία, καὶ μὴ ὑπερεκτείνῃς τοὺς ὕθλους. ὁρᾷς γὰρ ὡς ἐξώγκωταί μου ἡ νηδὺς, καὶ ὥσπερ κυοφορῶ· ἐδήχθην γὰρ τοῖς παρὰ σοῦ λόγοις, ὡς ὑπὸ κυνὸς λυττῶντος. καὶ εἰ μὴ φάρμακον ληθεδανὸν ἐμπιὼν ἠρεμήσω, αὕτη ἡ μνήμη οἰκουροῦσα ἐν ἐμοὶ, μέγα κακὸν ἐργάσεται. ὥστε ἔασον τούτους, τὴν εὐχὴν ἀπὸ πατρὸς ἀρξάμενος, καὶ τὴν πολυώνυμον ᾠδὴν ἐς τέλος ἐπιθείς.

Ἀλλὰ τί τοῦτο; οὐχὶ Κλεόλαος οὗτός ἐστιν, ὁ τοῖς ποσὶ μακρὰ βιβὰς, σπουδῇ δὲ ἥκει καὶ κατέρχεται; μὴ γὰρ ἐπιφωνήσομεν αὐτῷ; ΚΡΙΤ. Καὶ μάλα. ΤΡΙΕΦ. Κλεόλαε, μή τι παραδράμῃς γε ποσὶ, μηδὲ παρέλθῃς, ἀλλ᾽ ἐλθὲ χαίρων, εἴγε τι μῦθον φέρεις. ΚΛΕΟΛ. Χαίρετ᾽ ἄμφω, ὦ καλὴ ξυνωρίς. ΤΡΙΕΦ. Τίς ἡ σπουδή;

27. Hic vero uno omnes animo multis me objurgare, &, ſi vis, jam & adjiciam, quae quaſi columnam elinguem me fecere, donec ſalutaris illa tua allocutio jam ſaxea membra reſolvit, hominique me reſtituit. TRIEPH. Quin tace, Critia, neque nugas extende amplius. Vides enim ut mihi venter intumuerit, & tanquam uterum geſtem. Tuis quippe ſermonibus ut a rabido cane morſus ſum. Atque niſi ſumta procurandae oblivioni medicina conquieſcam, ipſa rei recordatio in me permanens, metuo ne magnum mihi malum conciliet. Hos igitur omitte, precationemque a patre incipiens, multisque refertum nominibus carmen ad finem ſuperaddens.

28. Sed quid iſtuc? Non iſte Cleolaus eſt, qui magnis adeo citatisque greſſibus huc deſcendit? Inclamabimusne hominem, Critia. CRIT. Omnino. TRIEPH. Cleolae,

Ne praetercurras pedibus nos, praetereasve:
Accede, ſalve, ſi quid apportas novi.

CLEOL. Vos vero ſalvete ambo, nobile amicorum par. TRIEPH. Quaenam eſt iſta

27. Ἕνα θυμὸν ἔχοντες] *Hom.* Il. N. 487. *M. du S.*

Ἕνα θυμὸν ἔχοντες] Suſpicabatur Cel. *Heumannus*, ἅπαντα θυμὸν ἐκχέοντες. Supereſt, ut addicant libri, ſine quibus in tolerabili ſententia nihil mutem. *J. M. G.*

Ibid. Θυμὸν] *Iram* volebat verti *Heum.* Poec. 249. bene, ſi ἐκχέοντες legas, minus recte ſi vulgatum ſerves. *J. F. R.*

32. Σίγα, ὦ Κριτία] Poteratne autem aliquid in dramatico genere eſſe abſurdius, quam poſt magna prooemia & ingentiſſimarum promiſſionum hiatus, denique, cum ad ipſam rem perventum eſt, fruſtrari lectores, & dimittere longe quam fuerant incertiores, quid nam tantis dignum hyperbolis cothurnisque fuerit. Κενὰς quidem ἐλπίδας, & ὕθλους forte vidimus, ſed ubi δεινὰ βουλεύματα, quorum aeque mentio facta c. 4. Si quid tamen licet conjicere, ipſam forte mortem Juliano portendi dixerunt Sophiſtae, quos noſter appellat, quo referenda ſunt, quae §. 35. diſſ. noſtrae diximus. Hoc itaque ut nimis mali ominis & blaſphemum plane reticet. Inde forte eſt quod Critias deinde vitam longam ſpondet Imperatori, quanquam id alia etiam de cauſſa poterat fieri. *J. M. G.*

33. Ἐξώγκωται] Nimirum quod ante in Critia effecerant nugae Sophiſtarum, id jam in Triephonte producunt. Illud de morſu canis rabidi eſt etiam in fine *Nigrini*, item *Philopſeudis*, ubi etiam de ventre auditis nugis inflato ita Lucian. p. 353. τοιαῦτα ἀκούσας, ἥκω νὴ τὸν Δία, ὥσπερ οἱ τὸ γλεῦκος πιόντες, ἐμπεφυσημένος τὴν γαστέρα, ἐμέτου δεόμενος, ἡδέως δ᾽ ἂν ποθεν ἐπὶ πολλῷ ἐπριάμην ληθεδανόν τι φάρμακον, ὡς μή τι κακὸν ἐργάσηταί με ἡ μνήμη αὐτῶν ἐνοικουροῦσα. Quod eſt de ultimo verbo, conf. *Abdicat.* c. 6. οὐδ᾽ ἐπιπόλαιον τὸ τῆς μανίας τὸ εἶδος, ἀλλά τι οὐ γὰρ ἁπλοῦν, … κακὸν ἀπερρήξατο κ. τ. λ. παλαιὸν ἐνοικουροῦν ἐν τῇ ψυχῇ *J. M. G.*

39. Τὴν εὐχὴν ἀπὸ πατρὸς] *Nic. Rigaltius* ad *Tertull.* de Oratione non procul ab initio, *notam etiam*, inquit, *Luciano fuiſſe dominicae orationis formulam*, *declarant iſta Triephontis ad Critiam*; & deinde haec verba ſubjungit. Cui merito aſſentitur Cel. *Fabric.* Bibl. Gr. 4, 16. p. 504. *J. M. G.*

40. Πολυών. ᾠδὴν] Vid. *Th. Smith.* de hymno matutino Graecorum, in miſcel. p. 139. *M. V. La Croze.*

Πολυώνυμον ᾠδὴν] Per hanc intelligit *Joh. Gregorius* clauſulam Orationis dominicae: *quia tuum eſt regnum* &c. Obſervationum Sacrarum c. 38. quem tamen falli, praeclare notavit *J. Alb. Fabricius* l. c. & mavult intelligi δοξολογίαν aliquam veterem, ut eſt v. g. *Clementis Alexandrini.* Deinde in *Bibliographia antiquaria* c. XI. p. 368 ubi de Chriſtianorum hymnis exponit, *Ode Polyonymos*, inquit, *cujus meminit Lucianus, in Philopatride, nihil aliud eſt ſive quisquis auctor, quam*

[illegible] feſtinatio, multum enim anhelas! Ecquid forte novi factum eſt? CLEOL.

Cecidit ſupercilium celebre Perſicum:
Cadetque Suſa mox, urbs inclyta:
Arabumque tellus tota mox cadet
Valida manu victoris atque robore.

29. CRIT. Hoc eſt illud,

Nunquam bonos pioſque negligit Deus,
Sed auget, ornat, in boniſque collocat.

Nos vero, Triepho, in optima incidimus tempora. Angebar enim, quid, cum moriendum eſſet, liberis meis teſtamento relinquerem. (Noſti enim mendicitatem meam, ut ego tua.) Jam vero hoc ſatis eſt liberis, vita Imperatoris: ita enim nec divitiae nobis deerunt, neque gens ulla ad terrorem nobis incutiendum valebit. TRIEPH. Et ego, Critia, haec relinquo liberis, ut videant Babylona perditam, Aegyptum ſub jugum redactam,

Perſarum gnatos ſervili pondere preſſos,

excurſiones Scytharum repreſſas, utinam omnino praeciſas. Nos vero ignotum qui eſt Athenis Deum a nobis inventum ado-

ἀσθμαίνεις γὰρ ἐπιπολύ. μήτι τι καινὸν πέπρακται; ΚΛΕΟΛ.

Πέπτωκεν ὀφρὺς ἡ πάλαι βοωμένη Περσῶν·
Καὶ Σοῦσα κλεινὸν ἄστυ.
Πέσοι δ' ἔτι γε πᾶσα χθὼν Ἀραβίας,
Χειρὶ κρατοῦντος εὐσθενωτάτῳ κράτει.

ΚΡΙΤ. Τοῦτ' ἐκεῖνο, ὡς

Ἀεὶ τὸ θεῖον οὐκ ἀμελεῖ τῶν ἀγαθῶν,
Ἀλλ' αὔξει, ἄγον ἐπὶ τὰ κρείττονα.

ἡμεῖς δὲ, ὦ Τριεφῶν, τὰ κάλλιστα εὑρηκότες ἐσμέν. ἐδυσχέραινον γὰρ ἐν τῇ ἀποβιώσει τί τοῖς τέκνοις καταλιπεῖν ἐπὶ ταῖς διαθήκαις. οἶδας γὰρ τὴν ἐμὴν πενίαν, ὡς ἐγὼ τὰ σά. τοῦτο ἀρκεῖ τοῖς παισὶν, αἱ ἡμέραι τοῦ αὐτοκράτορος· πλοῦτος γὰρ ἡμᾶς οὐκ [a] ἐκλείψει, καὶ ἔθνος ἡμᾶς οὐ καταπτοήσει. ΤΡΙΕΦ. Κἀγὼ, ὦ Κριτία, ταῦτα καταλείπω τοῖς τέκνοις, ὡς ἴδωσι Βαβυλῶνα ὀλλυμένην, Αἴγυπτον δουλουμένην, τὰ τῶν Περσῶν τέκνα δούλειον ἦμαρ ἄγοντα, τὰς ἐκδρομὰς τῶν Σκυθῶν παυομένας, [b] εἴτ' οὖν καὶ ἀνακοπτομένας. ἡμεῖς δὲ τὸν ἐν Ἀθήναις Ἄγνωστον ἐφευρόντες, καὶ προσκυνήσαντες, χεῖ-

a Ἐκλείψει] Reſtitui ex *Pell.* & *Bi.* 2. Ἐκλήψει male *Fl. J. Ald. Fr. H. S.* Ἐκλέψει *Amſt.* b Εἴτ'] Sic vett. Εἴθ' *S.* & *Amſt.* Εἴ τ' *Fl.* diſcretim.

quam doxologia &c. Ita πολυώνυμον ᾠδὴν vocaveris τὴν μεγάλην δοξολογίαν, ut vocatur, quae tum alias, tum accurate imprimis, & cum variantium lectionum notatione, edita eſt a *Th. Smith*, in calce libri Anglice editi, *an account of the Greek Church*, ubi ſtatim ab initio canit Eccleſia: Αἰνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, προσκυνοῦμέν σε, δοξολογοῦμέν σε, εὐχαριστοῦμέν σε, κ. τ. λ. Ἐπῳδῆς πολυωνύμου meminit Lucian. *Philopſ.* c. 17. magicum carmen intelligens. *J.M.G.*

42. Ἀλλὰ] Fingitur interventu Cleolai ſermo interrumpi. *J.M.G.*

46. Μή τι περιδεδράμηκας] Vid. §. 21. diſſert. Studui hic quidem, nequid in interpretatione hujus verſus inepto Poëtae concederem. *J.M.G.*

Ibid. Μηδὲ παρέλθῃς] Ex Tragico aliquo, ut mihi videtur; niſi forſan, uti & ſequentia, hujus ipſius, quiſquis demum eſt, & haec ſint. *M. du S.*

49. Καλὴ ξυνωρίς] V. diſſ. §. 28. *J.M.G.*

52. Πέπτωκεν ὀφρὺς] Iterum Jambi, ſed interrupti. De re ipſa vid. omnino §. 33. & 34. diſſert. Non puto autem opus eſſe, ut ὀφρὺν peculiariter de urbe quacumque capiamus, ut Palmyram intelligebat Crozius, Vid. diſſ. §. 24. Ὀφρὺς, *ſupercilium*, eſt ſuperbia e rebus geſtis & felicitate ſuperioris temporis contracta. *J.M.G.*

53. Σοῦσα] Quia ſub Trajano a Caſſio Seleucia & Cteſiphon captae ſunt & incenſae, ſunt qui eo tempore ſcriptum hunc dialogum putent; ſed illi ad ſexcenta recentiora non attenderunt. *M. du S.*

Ibid. Ἄστυ] Τὸ Περσίδος hic deeſſe videtur. *F.G.*

54. Ἀραβίας] Τὸ Α in Ἀραβία anceps. *Propert. Aut ſi qua Arabiae lucet bombyce puella.* *F.G.*

64. Πλοῦτος γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἐκλήψει] Sic recentiores. Scribe cum prioribus ἐκλείψει. *J.J.*

65. Ἐκλείψει] Plerique libri ἐκλήψει; quod ſic ego mutavi. *M. du S.*

67. Βαβυλ. ὀλ. Αἰγ. δουλ.] Stabat adhuc Luciani aetate Babylon antiqua. Vid. Ἐπιστ. c. 23. & Εὐχ. c. 34. Audi tamen, quid *Bochartus* ex *Plin.* VI. 26. & *Strabone* XVI. proferat, quo Seleuciam intelligi probet, cum ea aetate & deinceps Babylon nominatur. *M. du S.*

69. Δούλειον ἦμαρ] Il. Z, 463. — ἀμύνειν δούλιον ἦμαρ, & ante 455. ἐλεύθερον ἦμαρ ἀπούρας. *J.M.G.*

72. Ἐφευρόντες] Quo jure autem dicit Triepho, modo repertum ab ipſis eſſe *ignotum Athenis Deum*, cum jam

χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείναντες, τούτῳ εὐχαριστήσομεν, ὡς καταξιωθέντες τοιούτου κράτους ὑπήκοοι γενέσθαι· τοὺς δὲ λοιποὺς, ληρεῖν ἐάσωμεν, ἀρκεσθέντες ὑπὲρ αὐτῶν εἰπεῖν, τὸ, Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ, κατὰ τὴν παροιμίαν. [[c] Οὗτος ὁ λόγος οὔ μοι δοκεῖ εἶναι τοῦ Λουκιανοῦ.]

rantes, manibus in caelum ſublatis eidem gratias agemus cum tam excellenti poteſtati ut ſubjecti eſſemus, digni ſumus ab ipſo habiti. Reliquos autem nugari ſinamus, ſatisque habeamus illud de iis dicere, quod eſt in proverbio: non eſt curae Hippoclidi.

ΧΑΡΙΔΗΜΟΣ, Η ΠΕΡΙ ΚΑΛΛΟΥΣ.

CHARIDEMUS, SIVE DE PULCHRITUDINE.

ΕΡΜΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΧΑΡΙΔΗΜΟΥ.

HERMIPPI ET CHARIDEMI.

ΕΡΜ.

HERM.

Περιπάτους ἔτυχον χθὲς, ὦ Χαρίδημε, ποιούμενος ἐν τῷ προαστείῳ, ἅμα μὲν καὶ τῆς παρὰ τῶν ἀγρῶν χάριν ῥᾳστώνης, ἅμα δὲ (ἔτυχον γάρ τι μελετῶν,) καὶ δεόμενος ἡσυχίας. ἐντυγχάνω δὴ Προξένῳ τῷ Ἐπικράτους. προσειπὼν δὲ ὥσπερ εἰώθειν, ἠρώτων ὅθεν τε πορεύοιτο, καὶ ὅποι βαδίζοι, ὁ δὲ ἥκειν μὲν ἔφη καὶ αὐτὸς ἐκεῖ παραμυθίας χάριν, ἥπερ εἰώθει πρὸς τὴν ὄψιν γίνεσθαι τῶν ἀγρῶν, ἀπολαύσων δὲ καὶ τῆς τούτοις ἐπιπνεούσης εὐκράτου καὶ κούφης αὔρας, ἀπὸ συμποσίου μέντοι καλλίστου γεγονότος ἐν Πειραιεῖ, ἐν Ἀνδροκλέους τοῦ Ἐπιχάρους, τὰ ἐπινίκια τεθυκότος Ἑρμῇ· ὅτι δὲ βιβλίον ἀναγνοὺς ἐνίκησεν ἐν Διασίοις.

1 Forte evenit heri, Charideme, ut inambularem in ſuburbano, partim animi in agro reficiendi cauſſa, partim quod quietis (commentabar enim aliquid) indigerem. Incido autem in Proxenum Epicratis F. eumque pro more ſalutatum interrogo, unde veniat? quorſum eat? Ille venire ſe ait ipſum quoque voluptatis cauſſa, quae ad agrorum conſpectum ſolet exiſtere, fruique velle temperata illa levique, quae illis adſpiret aura, venire autem e convivio praeclariſſimo, quod celebratum dicebat in Piraeeo, apud Androclem Epicharis F. qui rem ſacram fecerit Mercurio victoriae cauſſa, quam libro praelegendo Jovialibus ludis retulerit.

2. Hic

a Οὗτος &c.] Haec verba exhibet *Fl.* At *J. Ald. H. S. B. Fr.* Οὗτος ὁ λόγος νοθεύεται τοῦ Λουκιανοῦ. ΧΑΡ. Η ΠΕΡΙ ΚΑΛ.] Sic & *Coll.* cum *Fl. B. Ald. Fr. P. S.* ΕΡΜΙΠ. ΚΑΙ ΧΑΡ.] Ita *B* 1. 2. Omittunt cett. *P.*

jam ſupra c. 18. per eundem juraverit Critias, idque eo tempore, cum quaereretur numen, per quod jurari valide poſſet; quod tamen, tanquam obiter dictum, ſilentio transmittebat Triepho. An ex hodierno Gallorum idiomate ſenſus eſt: *allons trouver le Dieu inconnu d'Athénes?* *J.M.G.*

73. Εὐχαριστήσομεν] (Eſt vox minime Lucianea, i. e. Attica) *Kuſt.* Apud idoneum Auctorem nusquam reperiri pronunciat *Thomas Magiſter*, v. χάριν οἶδά σοι. quod aliquatenus verum eſt; extat tamen in *Arriani* ad Epict. comment. p. 64. B. 77. C. ut & Εὐχάριστος. p. 64. B. C. *M. du S.*

74. Τοιούτου κράτους] Pro Imperatore ipſo ponitur κράτος. Ita etiam *Nazianzenus* Epiſt. 183. p. 893. τῷ παρόντι κράτει, id eſt Imperatori, τὰ τοῦ κράτους, quae ſunt Imperatoris, praeſtari jubet. *J. M.G.*

77. Οὐ φροντὶς Ἱπποκλ.] Eodem adagio, quod eſt ab *Eraſmo* explicatum, *Apologiam pro Mercede Conductis*

2. Hic dicebat tum alia multa urbane facta eſſe & venuſte, tum *illud*, *quod* pulchritudinis laudes a viris dictae ſint: eas ſe referre non poſſe, quum ſenectutis vitio oblitus eſſet, qui praeſertim non diu ſermonibus illis interfuerit, te vero relaturum facile, qui & ipſe dixiſſes laudationem, & toto convivio animum aliis attendiſſes. CHAR. Facta ſunt iſta, Hermippe. Verum nec mihi facile eſt perſequi accurate omnia. Neque enim audire licebat omnia, quod ſtrepitus ingens eſſet a miniſtris pariter atque a convivis; cum alioquin inter res ſit difficillimas meminiſſe ſermonum in convivio habitorum: ſcis enim quam obliviosos *ea res* faciat illos etiam qui praeſtantiſſima memoria ſunt praediti. Verumtamen tua cauſſa, ut potero, narrare conabor, nihil omiſſurus eorum, quae in mentem mihi venerint.

Ἔφασκε δὴ ἄλλα τε πολλὰ γεγενῆσθαι ἀστεῖα, καὶ χαρίεντα, καὶ δὴ καὶ κάλλους ἐγκώμια εἰρῆσθαι τοῖς ἀνδράσιν, ἃ ἐκεῖνον μὲν μὴ δύνασθαι εἰπεῖν ὑπό τε γήρως ἐπιλελησμένον, ἄλλως τε δὲ, καὶ οὐκ ἐπιπολὺ λόγων μετεσχηκότα· σὲ δ' ἂν ῥᾳδίως εἰπεῖν, ἅ τε καὶ αὐτὸν ἐγκεκωμιακότα, καὶ τοῖς ἄλλοις παρ' ὅλον τὸ συμπόσιον προσεσχηκότα τὸν νοῦν. ΧΑΡ. Γέγονε ταῦτα, ὦ Ἕρμιππε. οὐ μέντοι γε οὐδ' ἐμοὶ ῥᾴδιον ἐπ' ἀκριβείας ἅπαντα διεξιέναι. οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν πάντων ἀκούειν, θορύβου πολλοῦ γινομένου, τῶν τε διακονουμένων, τῶν τε ἑστιωμένων, ἄλλως τε καὶ τῶν δυσχερεστέρων ὂν μεμνῆσθαι λόγους ἐν συμποσίῳ γενομένους. οἶσθα γὰρ ὡς ἐπιλήσμονας ποιεῖ καὶ τοὺς λίαν μνημονικωτάτους. πλὴν ἀλλὰ σὴν χάριν, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, τὴν διήγησιν πειράσομαι ποιεῖσθαι, μηδὲν παραλείπων ὧν ἂν ἐνθυμηθῶ.

3. HERM. Equidem jam horum cauſſa, *quae promittis*, gratiam tibi habeo. Sed ſi totam mihi ab initio inde rationem reddas, quis liber fuerit, quem recitavit Androcles, quem vicerit, qui fueritis, quos ad coenam vocavit; ſic demum ſolidam a me gratiam inieris. CHAR. Liber fuit laudatio Herculis, inſomnii monitu, ut dicebat, ab illo ſcripta. Vicit Diotimum Megarenſem, qui cum illo de adorea vel de gloria potius contendit. HERM. Quid ille recitavit? CHAR. Caſtorum laudationem: dicebat autem ſe quoque magnis ipſo-

ΕΡΜ. Τούτων μὲν δὴ ἕνεκα, οἶδά σοι χάριν. ἀλλ' εἴ μοι τὸν πάντα λόγον ἐξ ἀρχῆς ἀποδοίης, ὅ, τι τε ἦν ὅπερ ἀνέγνω βιβλίον Ἀνδροκλῆς, τίνα τε νενίκηκε, καὶ τίνας ὑμᾶς εἰς τὸ συμπόσιον κέκληκεν, οὕτως ἂν ἱκανὴν καλαθοίο τὴν χάριν. ΧΑΡ. Τὸ μὲν δὴ βιβλίον ἦν ἐγκώμιον Ἡρακλέους ἔκ τινος ὀνείρατος, ὡς ἔλεγε, πεποιημένον αὐτῷ, νενίκηκε δὲ Διότιμον τὸν Μεγαρόθεν, ἀνταγωνισάμενον αὐτῷ περὶ τῶν ἀσταχύων, μᾶλλον δὲ περὶ τῆς δόξης. ΕΡΜ. Τί δ' ἦν ὁ ἐκεῖνος ἀνέγνω βιβλίον; ΧΑΡ. Ἐγκώμιον τοῖν Διοσκούροιν. ἔφασκε δὲ καὶ αὐτὸς ἐκ μεγάλων κινδύνων ὑπ'

ctis Lucianus concluſit. *J.M.G.*

78. Οὗτος] Rejecit hanc notam Ed. *P.* in quibusdam ita adſcribitur, ut an ad praecedentem libellum an ad ſequentem referri voluerint, neſcias. Mos receptus ad ſequentem referre jubet. ſed vide notam noſtram ad ſimile Scholium fini ſequentis opuſculi additam; unde patebit & hoc ad praecedentem Dialogum referri debere. *M. du S.*

ΧΑΡΙΔΗΜΟΣ] Non eſſe hunc libellum Luciani, auſim contendere, ſed Scholaſticam alicujus declamationem prope puerilem, cujus rei documenta quaedam e ſtilo petita mox dabimus, nempe inſignia, ne quis ſola putet. *J.M.G.*

15. Ἐν Διασίοις] Vid. *Bourd.* not. & Scholia ad Τιμ. c. 5. & Ἰκαρ. c. 24. *M. du S.*

Ἐν Διασίοις] In marg. *P.* additum: feſta Jovis fuere Athenis Diaſia, ἀπὸ διαφυγεῖν αὐτοὺς εὐχαῖς τὰς ἄτας, ut *Suidas* ait, appellata: & hanc forſ. *Bourdelotii* notam intelligit *Solanus*; nam aliam ejuſdem hic non invenio. Sed ſupra T. I. *Tim.* c. 7. N°. 18. aliquid de Διασίοις dixit, ubi & Cl. *Hemſterh.* conſulas. *J.F.R.*

44. Περὶ τῶν ἀσταχύων] Quales ludi in Provincia Gallica ſatis antiqui, *Florales* dicti, quibus de carminum laude certatur, praemiumque eſt flos aureus. *M. du S.*

ὑπ' ἐκείνων σεσωσμένος, ταύτην αὐτοῖς καταθεῖναι τὴν χάριν· ἄλλως τε καὶ ὑπ' ἐκείνων παρακεκλημένος, ἐπ' ἄκροις ἱστίοις ἐν τοῖς ἐσχάτοις κινδύνοις φανέντων.

Παρῆσαν μέντοι τῷ συμποσίῳ καὶ ἄλλοι πολλοί, οἱ μὲν συγγενεῖς αὐτῷ, οἱ δὲ καὶ ἄλλως συνήθεις· οἱ δὲ λόγου τε ἄξιοι, τό, τε συμπόσιον ὅλον κεκοσμηκότες, καὶ κάλλους ἐγκώμια διελθόντες, Φίλων τε ἦν ὁ Δεινίου, καὶ Ἀρίστιππος ὁ Ἀγασθένους, καὶ τρίτος αὐτός· συγκατέκειτο δὲ ἡμῖν καὶ Κλεώνυμος ὁ καλὸς, ὁ τοῦ Ἀνδροκλέους ἀδελφιδοῦς, μειράκιον ἁπαλόν τε καὶ τεθρυμμένον· νοῦν μέντοι γε ἐδόκει ἔχειν. πάνυ γὰρ προθύμως ἠκροᾶτο τῶν λόγων. πρῶτος δὲ ὁ Φίλων περὶ τοῦ κάλλους ἤρξατο λέγειν, προοιμιασάμενος οὕτω. ΕΡΜ. Μηδαμῶς, ὦ ἑταῖρε, μὴ πρὶν τῶν ἐγκωμίων ἄρξῃ, πρὶν ἄν μοι καὶ τὴν αἰτίαν ἀποδῷς, ὑφ' ἧς εἰς τούτους προήχθητε τοὺς λόγους. ΧΑΡ. Εἰκῇ διατρίβεις ἡμᾶς, ὦ 'γαθὲ, πάλαι δυναμένους τὸν ἅπαντα λόγον διελθόντας ἀπαλλαγῆναι. πλὴν ἀλλὰ τί τίς ἂν χρήσαιτο, ὁπότε φίλος τις ὢν βιάζοιτο; ἀνάγκη γὰρ ὑφίστασθαι πᾶν ὁτιοῦν.

Ἦν δὲ ζητεῖς αἰτίαν τῶν λόγων, αὐτὸς ἦν Κλεώνυμος ὁ καλός. καθημένου γὰρ αὐτοῦ μεταξὺ ἐμοῦ τε, καὶ Ἀνδροκλέους τοῦ θείου, πολὺς ἐγίνετο λόγος τοῖς ἰδιώταις περὶ αὐτοῦ, ἀποβλέπουσί τε εἰς αὐτὸν, καὶ ὑπερεκπεπληγμένοις τὸ κάλλος. σχεδὸν οὖν πάντων ὀλιγωρήσαντες, κάθηντο διεξιόντες ἐγκώμια τοῦ μειρακίου. ἀγασθέντες δὲ ἡμεῖς τῶν ἀνδρῶν τὴν φιλοκαλίαν, καὶ ἅμα ἐπαινέσαντες αὐτοὺς, ἀργίας τε πολλῆς εἶναι ὑπολαβόντες, λόγοις ἀπολείπεσθαι τῶν ἰδιωτῶν περὶ τῶν καλλίστων, ᾧ μόνῳ τούτων οἰόμεθα

rum beneficio periculis liberatum, hanc ipſis gratiam referre : invitatus praeſertim ab ipſis, cum in faſtigio majorum extremo periculo apparerent.

4. Verum aderant in coena alii quoque multi, vel cognati ejus vel alioquin familiares. Commemoratione autem digni *praeter caeteros*, quique totum exornarent convivium, atque laudes dicerent pulchritudinis, hi erant, Philo Diniae F. & Ariſtippus Agaſthenis, & tertius ego. Accubuerat nobiſcum Cleonymus ille pulcher Androclis fratris filius, adoleſcentulus tener ac delicatus, ſed qui mentem habere videretur, quippe qui cupide admodum orationes audiret. Primus vero agere de pulchritudine coepit Philo, hoc prooemio uſus. HERM. Noli, ſodalis, noli laudes prius incipere, quam & cauſſam mihi indicaveris, a qua ad hos ſermones provecti eſtis. CHAR. Fruſtra nos, vir bone, moraris, qui jam toto ſermone enarrato poteramus diſcedere. Verum quid agas, ſi quis amicus vim tibi faciat? ſcilicet quidquid ſit ſubeundum eſt.

5. Quam vero requiris ſermonum occaſionem, ea ipſe fuit formoſus Cleonymus. Cum inter me & Androclem patruum aſſideret, multus de illo ſermo inter indoctos homines, adſpicientes adoleſcentulum, & forma ipſius ſupra modum perculſi. Igitur obliti fere reliquorum omnium aſſidebant laudes illius enarrantes : quorum nos *judicium atque* amorem pulchri cum probaremus laudaremusque, ignaviae multae eſſe rati, ſi de pulcherrimis rebus indocti homines dicendo nos ſuperarent, quo ſolo illis nos prae-

56. Φίλων] De Philone Luciani amico vide Συγγρ. & Συμπ. Quamquam hoc quidem opus Lucianeum non eſſe ſuſpicor. *M. du S.*

6. Ἡ πάντα τἄλλα παρέντας] Haec male conjuncta vix cohaerere videntur, niſi interponas articulum τῷ. Πῶς ἂν τὸ καλὸν σώζοιτο, ἢ τῷ λέγειν; ita certe interpretatus ſum. Verbum σώζειν hic ſignificat *tueri, adeſſe, oſtendere*. Simili fere ratione *Plutarchus* de facie in Orbe Lunae p. 1701. *H. Steph.* de Cleanthe Samio, Φαινόμενα σώζειν ἐπειρᾶτο μένειν τὸν οὐρανὸν ὑποτιθέμενος κ. τ. λ. ubi etiam ad demonſtrationem, & conciliationem aſſenſus refertur. *J. M. G.*

praeſtare putaremus, dicere de pulchritudine ipſi quoque aggreſſi ſumus. Decrevimus ergo non nominatim laudes dicere pueri; quippe quod parum conſultum ſit, cum magis illum frangat deliciis: ſed neque ita ſine ordine, ut iſti, quidquid in buccam cuique venerit proferre; verum ſingulatim dicere unumquemque, quae de argumento propoſito memoria ſubjiceret.

6. Atque primas ſibi dicendi partes ſumens Philo ſic verba fecit: *Quam indignum eſt, ſi, quidquid agimus quotidie, in eo ſic tanquam de rebus pulchris laboremus; pulchritudinis autem ipſius nullam habeamus rationem, ſed ita ſilentio deſideamus, quaſi vereamur, ne forte imprudentes dicamus illud, pro quo omni tempore laboramus. Atqui ubi tandem prout decet oratione utatur aliquis, ſi in tanto circa res nihili ſtudio de eo, quod omnium rerum pulcherrimum eſt, taceat? Aut quomodo, quod in oratione pulchrum eſt, pulchrius ſervetur, quam ſi relictis aliis omnibus, de ipſo illo fine eorum quae agimus omnium dicatur? Verum ne videar dicere quidem poſſe, quomodo affecti circa illam eſſe debeamus, de re ipſa autem dicere neſcire; quam poteſt pauca ea de re conabor exponere. Pulchritudinis nimirum participes fieri omnes concupiſcunt, digni autem illa habiti ſunt omnino pauci. Quicumque autem munus hocce ſunt conſecuti, beatiſſimi omnium facti videntur, honore quo par eſt a Diis pariter atque hominibus affecti. Argumentum hujus rei hoc eſto. In numero enim Deorum, qui ex Heroibus facti ſunt, Hercules eſt Jovis filius, & Caſtores, & Helena; quorum iſte virtutis ergo illum dicitur honorem eſſe conſecutus. Helena autem pulchritudinis gratia, cum ipſa ſe in Deam mutaſſe, tum fratribus ſuis ejus*

προέχειν, καὶ δὴ ἡπτόμεθα τῶν περὶ κάλλους λόγων. ἔδοξεν οὖν ἡμῖν, οὐκ ὀνομαστὶ λέγειν τὸν ἔπαινον τοῦ παιδὸς (οὐ γὰρ ἂν ἔχειν καλῶς, ἐμβαλεῖν γὰρ ἂν αὐτὸν εἰς πλείω τρυφὴν) ἀλλ᾽ οὐδὲ μὴν ὥσπερ ἐκείνους οὕτως ἀτάκτως, ὅπερ ἕκαστος τύχοι, λέγειν, ἀλλ᾽ ἕκαστον εἰπεῖν ἰδίᾳ, ὅσ᾽ ἂν ἀπομνημονεύοι περὶ τοῦ προκειμένου.

Καὶ δὴ ἀρξάμενος ὁ Φίλων πρῶτος, οὑτωσὶ τὸν λόγον ἐποιεῖτο, Ὡς ἔστι δεινὸν, εἰ πάνθ᾽ ὅσα πράττομεν ἑκάστης ἡμέρας, ὡς περὶ καλῶν ποιούμεθα τὴν σπουδὴν, αὐτοῦ δὴ τοῦ κάλλους οὐδένα ποιησόμεθα λόγον, ἀλλ᾽ οὕτω καθεδούμεθα σιγῇ, ὥσπερ δεδοικότες, μὴ λάθωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς, ὑπὲρ οὗ σπουδάζομεν τὸν ἅπαντα χρόνον, εἰπόντες. καίτοι πῶς τις ἂν χρήσαιτο πρεπόντως τοῖς λόγοις, εἰ περὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων σπουδάζων, περὶ τοῦ καλλίστου σιωπῴη τῶν ὄντων; ἢ πῶς ἂν τὸ ἐν λόγοις καλὸν σώζοιτο κάλλιον μᾶλλον, ἢ πάντα τἄλλα παρέντας περὶ αὐτοῦ λέγειν τοῦ τέλους ἡμᾶς τῶν ἑκάστοτε πραττομένων; ἀλλ᾽ ἵνα μὴ δόξω λέγειν μὲν ὡς χρὴ περὶ τούτου διακεῖσθαι εἰδέναι, εἰπεῖν δὲ μηδὲν ἐπίστασθαι περὶ αὐτοῦ, ὡς οἷόν τε βραχέα περὶ τούτου πειράσομαι διελθεῖν. κάλλους γὰρ δὴ πάντες μὲν ἐπεθύμησαν τυχεῖν· πάνυ δ᾽ ἠξιώθησαν ὀλίγοι τινές. οἱ δὲ ταύτης ἔτυχον τῆς δωρεᾶς, εὐδαιμονέστατοι πάντων ἔδοξαν γεγενῆσθαι, καὶ πρὸς θεῶν, καὶ πρὸς ἀνθρώπων τὰ εἰκότα τετιμημένοι. τεκμήριον δὲ τῶν γοῦν θεῶν ἐξ ἡρώων γενομένων, Ἡρακλῆς τέ ἐστιν ὁ Διὸς, καὶ [a] Διόσκουροι, καὶ Ἑλένη, ὧν ὁ μὲν ἀνδρίας ἕνεκα, ταύτης λέγεται τυχεῖν τῆς τιμῆς, Ἑλένη δὲ τοῦ κάλλους χάριν, [b] αὐτήν τε μεταβαλεῖν εἰς θεὸν, καὶ τοῖς Διοσκούροις αἰτία γενέσθαι πρὶν

a Διόσκουροι] Ita hic & mox conſtanter. b Αὐτὴν] *Αὐτὴ Fl.*

18. Διόσκουροι] Ita & *Navig.* c. 9. ut alibi plerumque. Sed interdum & Διόσκοροι ap. Noſtrum. V. *Dial. Meretr.* 14. *J. F. R.*

22. Αἰτία γενέσθαι] Hic aliquid deeſſe videtur. An τῆς ἀθανασίας αἰτία γ. &c. I G Facile ſubaudias ejuſdem rei auctorem Helenam fratribus fuiſſe quam ipſa fecit; ne-

πρὶν αὐτὴν εἰς οὐρανὸν ἀνελθεῖν τοῖς ὑπὸ γῆν συνεξητασμένοις.

Ἀλλὰ μὴν ὅστις ἀνθρώπων ἠξιώθη τοῖς θεοῖς ὁμιλεῖν, οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, πλὴν ὅσοι μετεσχήκασι κάλλους. Πέλοψ τε γὰρ τούτου χάριν τοῖς θεοῖς ἀμβροσίας μετέσχε, καὶ Γανυμήδης ὁ τοῦ Δαρδάνου οὕτω κεκρατηκέναι λέγεται τοῦ πάντων ὑπάτου θεῶν, ὥστ᾽ αὐτὸν οὐκ ἀνασχέσθαι συμμετασχεῖν αὐτῷ τινὰ τῶν ἄλλων θεῶν τῆς [a] θήρας τῶν παιδικῶν, ἀλλ᾽ αὐτῷ μόνῳ πρέπουσαν ἡγούμενον εἶναι, εἰς Γάργαρον καταπτάντα τῆς Ἴδης, ἀναγαγεῖν ἐκεῖσε τὰ παιδικὰ, ὅπου συνέσεσθαι τὸν ἅπαντα ἔμελλε χρόνον. τοσαύτην δ᾽ ἐπιμέλειαν ἀεὶ πεποίηται τῶν καλῶν, ὥστ᾽ οὐ μόνον αὐτοὺς ἠξίωσε τῶν οὐρανίων ἀναγαγὼν ἐκεῖσε, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐπὶ γῆς ὅ, τι τύχοι γινόμενος, συνῆν ἑκάστοτε τοῖς ἐρωμένοις. καὶ τοῦτο μὲν γενόμενος κύκνος, συνεγένετο [b] Λήδᾳ, τοῦτο δ᾽ ἐν εἴδει ταύρου τὴν Εὐρώπην ἁρπάζει· εἰκασθεὶς δ᾽ [c] Ἀμφιτρύωνι, γεννᾷ τὸν Ἡρακλέα. καὶ πολλά τις ἂν ἔχοι λέγειν τεχνάσματα τοῦ Διὸς, ὅπως ἂν οἷς ἐπεθύμει συγγένοιτο, μηχανωμένου.

Τὸ δὲ δὴ μέγιστον, καὶ οἷον ἄν τις θαυμάσαι, ὁμιλῶν γὰρ τοῖς θεοῖς (οὐ γὰρ ἀνθρώπων γε οὐδέσι, πλὴν εἰ μὴ τοῖς καλοῖς) ἐν δ᾽ οὖν τούτοις δημηγορῶν, οὕτω πεποίηται σοβαρὸς τῷ κοινῷ τῶν Ἑλλήνων ποιητῇ, καὶ

rei cauſſa fuiſſe, qui ante illius in caelum aſcenſum, mortuis annumerati fuerint.

7. Verum etiam qui homo dignus ſit conſuetudine Deorum habitus, non eſt invenire, praeterquam qui pulchri eſſent. Certe enim Pelops hujus gratia Ambroſiae Deorum particeps factus eſt; & Ganymedes Dardani filius ſic viciſſe ſummum Deorum dicitur, ut pati non poſſet, quemquam aliorum Deorum ſecum ad venandum amaſium venire, ſed ſibi ſoli decorum eſſe duceret, devolare in Gargarum Idae verticem, & eo puerum educere, ubi toto deinde tempore ſecum eſſet futurus. Tanti vero ſemper fecit pulchros, non tantum ut caeleſti illos ſede eo deductos dignatus ſit, ſed ipſe quoque quoties in terra eſſet, ſuis ſemper cum amoribus verſatus, nunc in Cycnum verſus cum Lede luſerit, nunc tauri ſpecie rapuerit Europam, nunc Amphitruonis ſumta forma Herculem genuerit. Ac multa commemorare aliquis poſſit Jovis commenta, ut quibuscum cuperet una eſſet machinantis.

8. Qua in re illud maximum eſt, & quod merito miretur aliquis, quod agens inter Deos (neque enim ad alios ſe homines praeterquam ad pulchros applicare ſolet) inter Deos igitur dum concionatur, adeo turbidus a communi Graecorum poëta, & audax terribilisque indu

a Θηρας] Ita plurimae bene. Θύρας *J. V2.* b Λήδα] Sic *Fl.* aliaeque recte Λύδα *J.* c Ἀμφιτρύωνι] Ἀμφιτρίωνι male *J.* & *Fl.*

neque aliquid excidiſſe credo, ſi ſtilum hujus Dialogi reſpicias. Et ſi καὶ modo vertas *etiam*, ſatis procedit ſermo, *ea ipſa hoc fecit*, *fratribus* etiam *ſuaſit*, ſive *effecit*. *J.F.R.*

23 Πρὶν αὐτὴν —— συνεξητασμένοις] Ita videtur conciliare velle *Homeri* dicta diverſa. Il. Γ, 243. cum Helena de fratribus ſuis tanquam vivis dixiſſet, ſubjicit,

Ὣς φάτο· τοὺς δ᾽ ἤδη κατέχει φυσίζοος αἶα
Ἐν Λακεδαίμονι κ. τ. λ.

Sed aliquamdiu poſt Od. Λ, 299. videt apud inferos Ulyſſes

Κάστορα θ᾽ Ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα
Τοὺς ἄμφω ζώους κατέχει φυσίζοος αἶα·
Οἳ καὶ νέρθεν γῆς τιμὴν πρὸς Ζηνὸς ἔχοντες
Ἄλλοτε μὲν ζώουσ᾽ ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ᾽ αὖ τε
Τεθνᾶσιν· τιμὴν δὲ λελόγχασ᾽ ἶσα θεοῖσιν.

De Apotheoſi autem Helenae vid. *Spanh.* ad *Callim.* in Dia. vſ. 232. & *Dechair.* ad Athenag. apol. pr. p. 3. ubi pro Nemeſi ſ. Rhamnuſia Dea cultam oſtenditur. *J.M.G.*

27. Πέλοψ] Vid. & c. 19. *Hyginus* filii formam praedicat; 271. De Pelopis ipſius forma nihil habet. ſed meminit *Clem. Alex.* p. 14. C. & *Philoſtr.* p. 788. A.

ducit[illegible] in prima concione Junonem, quae quidem olim exprobrare illi ſoleret omnia, ipſam tamen adeo perterruerit, ut ſatis haberet nihil aliud ſibi evenire, ſed intra verba Jovis iram conſiſtere: in poſteriori autem concione in non minore Deos omnes terrore conſtituerit, terram ſe ipſis cum hominibus ſuſpenſurum & mare minatus. Cum vero ad pulchros accedit, ita fit mitis, & manſuetus, & aequus omnibus, ut ſuper reliqua omnia, ipſa Jovis perſona depoſita, ne inſuavis amoribus ſuis videatur, formam ſumat alterius, eamque pulcherrimam, quae illicere adſpicientem poſſit: tantum reverentiae & honoris habet pulchritudini!

θρασὺς, καὶ καταπληκτικὸς, ὥστ' ἐν μὲν τῇ προτέρᾳ δημηγορίᾳ τὴν Ἥραν, καίτοι πρότερον πάντ' εἰωθυῖαν ἐπιτιμᾶν αὐτῷ, ὅμως δ' αὐτὴν οὕτως ἐφόβησεν, ὥστ' ἤρκεσεν αὐτῇ τὸ μηδὲν παθεῖν, ἀλλὰ μέχρι λόγων στῆναι τὴν ὀργὴν τῷ Διΐ· τοὺς δ' ἅπαντας θεοὺς ἐν τῇ ὑστέρᾳ πάλιν οὐχ ἧττον κατέστησε φοβηθῆναι· γῆν ἀνασπάσειν αὐτοῖς ἀνδράσι καὶ θάλασσαν ἀπειλήσας. μέλλων δὲ συνέσεσθαι καλοῖς, οὕτω γίγνεται πρᾷος, καὶ ἥμερος, καὶ τοῖς πᾶσιν ἐπιεικὴς, ὥστε πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις, καὶ αὐτὸ τὸ Ζεὺς εἶναι καταλιπὼν, ὅπως μὴ φαίνοιτο τοῖς παιδικοῖς ἀηδὴς, ἑτέρου τινὸς ὑποκρίνεται σχῆμα, καὶ τούτου καλλίστου, καὶ οἷου τὸν ὁρῶντα προσαγαγέσθαι· τοσοῦτον αἰδοῦς καὶ τιμῆς παρέχεται τῷ κάλλει.

9. Neque vero ſolus ita Jupiter pulchritudine captus eſt, reliquorum autem Deorum nullus, ut potius iſta criminoſe in Jovem, quam pro pulchritudine dicta videri poſſint. Sed ſi quis curate rem velit conſiderare, Deos omnes eodem modo affectos invenerit, Neptunum verbi cauſſa Pelopis forma victum, Hyacinthi Apollinem, Mercurium Cadmi.

Καὶ οὐχ ὁ μὲν Ζεὺς οὕτω μόνος ἑάλω τοῦ κάλλους, τῶν δ' ἄλλων οὐδεὶς θεῶν, ἵνα μᾶλλον ἔχειν δοκῇ ταῦτα κατηγορίαν Διὸς, οὐχ ὑπὲρ τοῦ κάλλους εἰρῆσθαι· ἀλλ' εἴ τις ἀκριβῶς ἐθελήσει σκοπεῖν, πάντας ἂν εὕροι θεοὺς ταυτὰ πεπονθότας [d] δὴ, οἷον τὸν μὲν Ποσειδῶ τοῦ Πέλοπος ἡττημένον, Ὑακίνθου δὲ τὸν Ἀπόλλω, τὸν Ἑρμῆν δὲ τοῦ Κάδμου.

10. Neque Deas aperte illi ſuccubuiſſe, pudet, ſed velut honoris aemulatione de ſe praedicari amant, cum hoc vel illo fuiſſe formoſe,

Καὶ θεαὶ δ' ἐλάττους οὐκ αἰσχύνονται φαινόμεναι τούτου· ἀλλ' ὥσπερ φιλοτιμίαν αὐταῖς ἔχειν δοκεῖ, τὸ τῷ δεῖνι συγγενομένην κα-

d Δὴ] Διὶ *Fl.* melius.

A. Neptuno amatus currum ab eo accipit, vid. c. 9. & 19. *M. du S.*

Πέλοψ] Conf. infra c. 19. f. *J. F. R.*

28. Γανυμήδης ὁ τοῦ Δαρδάνου] Adpinxit Cl. *Hemſterh.* Vid. *Daviſ.* ad *Cic.* T. D. I. p. 65. Ed. 3. Sed mihi eſt p. 56. ſive c. 26. ubi *Cic.* Laomedontem facit Ganymedis patrem; *Daviſ.* vero magnas de eodem auctorum diſcrepantias indicat, quas repetiſſe aut conciliaſſe tanti non habeo. *J. F. R.*

32 [illegible]] Atqui adfuit Mercurius rapienti &c. vide Θ. κρ. c. 3. *M. du S.*

34. Γάργαρον] Vid. T. I. p. 256. *Dear. Judic.* T. I. c. 5. *J. F. R.*

38. Ἐκεῖσε] Εἰς τὸν οὐρανὸν ſcilicet. *F. G.*

41. Τοῦτο μὲν γενόμενος κύκνος —— τοῦτο δὲ ἐν εἴδει ταύρου] Peſſime Interpr. τοῦτο μὲν & τοῦτο δὲ, reddidit *ob eam rem*, & *ob eandem.* notat enim, *cum, tum: modo, modo.* Voluit igitur Lucian. *modo in cygnum converſus, modo in tauri ſpecie.* Exempla videri poſſunt apud Vigerum & alios. *L. BOS.*

51. Ἑλλήνων ποιητῇ] *Hom.* Il. Δ. 39. *M. du S.*

57. Ἅπαντας θεοὺς &c.] Il. Θ. 18. *M. du S.*

66. Καὶ οἵου τὸν ὁρῶντα προσαγαγέσθαι] Interp. & *quia maxime putat intuentem allici poſſe.* Parum accurate; non enim οἵου eſt *quia putat*, ſed *quae poteſt, apta eſt.* δυνατοῦ, ἱκανοῦ alias dicitur. *H. V.*

75. Τοῦ Πέλοπος ἡττημένον] Vide c. 7. & notam noſtram. *M. du S.*

81. Παρε-

καλῶς διηγεῖσθαι, παρεσχῆσθαι τοῖς ἀνθρώποις. ἔτι δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων, [a] ἑκάστη προστάτις οὖσα, οὐχ [b] ἑτέρ' ἀμφισβητεῖ, περὶ ὧν ἄρχει, ἀλλ' Ἀθηνᾶ μὲν τοῖς ἀνθρώποις ἡγουμένη τὰ ἐς πολέμους, πρὸς Ἄρτεμιν οὐ διαμάχεται περὶ θήρας· ὡς δ' αὔτως Ἀθηνᾷ κἀκείνη παραχωρεῖ τῶν πολεμικῶν· τῶν δὲ γάμων, Ἥρ' Ἀφροδίτῃ, οὐδ' αὐτὴ πρὸς αὐτῆς ἐνοχλουμένη περὶ ὧν ἐφορεύει· ἑκάστη δ' ἐπὶ κάλλει τοσοῦτον φρονεῖ, καὶ πάσας ὑπερβάλλειν δοκεῖ, ὥστε καὶ ἡ Ἔρις αὐτὰς ἀλλήλαις ἐκπολεμῶσαι βουλομένη, οὐδὲν ἄλλο προὔβαλεν αὐταῖς ἢ κάλλος, οὕτως οἰομένη ῥᾳδίως, ὅπερ ἤθελε, καταστήσειν· ὀρθῶς καὶ φρονίμως τοῦτο λογιζομένη. σκέψαιτο δ' ἄν τις ἐντεῦθεν τὴν τοῦ κάλλους περιουσίαν· ὡς γὰρ ἐλάβοντο τοῦ μήλου, καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἀνελέξαντο, ἑκάστης αὐτῆς ὑπολαβούσης εἶναι τὸ μῆλον, μηδεμιᾶς δὲ τολμώσης τὴν ψῆφον καθ' αὐτῆς ἐνεγκεῖν, ὡς ἄρ' αἰσχροτέρα τῆς ἑτέρας εἴη τὴν ὄψιν, ἀνέρχονται παρὰ τὸν τῶν μὲν πατέρα, τῆς δ' ἀδελφόν τε καὶ σύνοικον, Δία, ἐπιτρέψουσαι τὴν δίκην αὐτῷ. ἔχων δὲ καὶ αὐτὸς ἥ τίς ἐστιν ἀποφήνασθαι καλλίστη· καὶ πολλῶν ἀνδρείων ὄντων, καὶ σοφῶν, καὶ φρονίμων ἔν τε Ἑλλάδι καὶ τῇ βαρβάρῳ, οὐδ' ἐπιτρέπει τὴν κρίσιν Πάριδι τῷ Πριάμου, ψῆφον ἐναργῆ καὶ καθαρὰν ἐξενεγκών, ὅτι καὶ φρονήσεως, καὶ σοφίας, καὶ ῥώμης ὑπερέχει τὸ κάλλος.

Τοσαύτην δ' ἐπιμέλειαν ἀεὶ πεποίηνται, καὶ σπουδήν, ἀκούειν εἶναι καλαί, ὥστε καὶ τὸν ἡρώων τε κοσμήτορα, καὶ θεῶν ποιητήν, οὐκ ἄλλοθέν ποθεν, ἢ παρὰ τοῦ κάλλους πείκασιν ὀνομάζειν. ἥδιον ἂν οὖν ἀκοῦσαι λευκώλενος ἡ Ἥρα, ἡ πρέσβα θεά, θυγά-

hominibusque praebuiſſe. Ad haec cum aliarum rerum omnium unaquaeque praeſidium ſuſceperit, non movet altera controverſiam alteri, quibus imperet; ſed Minerva, quae praeeſt quoad bellica hominibus, non contendit cum Diana de venatu, ſimiliterque Minervae haec concedit de bellicis, de nuptiis autem Juno Veneri, neque ipſa turbatur ab illa in his, quorum curam gerit: de pulchritudine autem ſua adeo magnifice ſentiunt, & ſuperare illa univerſas ſibi videntur ſingulae, ut Lis Dea, quae mutuis illas viribus ſuperare vellet, nihil iis aliud, quam pulchritudinem objiceret, ſic nempe rata facillime ſe quod voluiſſet effecturam: recte illa quidem & prudenter ſubductis rationibus. Caeterum excellentiam pulchritudinis inde mihi aliquis perſpiciat. Accepto enim pomo lectoque illius titulo, cum unaquaeque ſuum illud eſſe putaret, ſuſtineret autem nulla contra ſe ipſam ferre ſuffragium, quaſi deteriori altera eſſet facie, accedunt ad patrem reliquarum, unius autem fratrem, eundemque maritum, Jovem, arbitrium illi permittentes. Cum autem ipſe poteſtatem haberet pronuntiandi, quae eſſet formoſiſſima, eſſentque fortes multi, & ſapientes prudentesque viri in Graecia pariter & apud barbaros: arbitrium ipſe Paridi permittit Priami F. eaque re luculentum tulit liquidumque ſuffragium, prudentia & ſapientia, & fortitudine majorem eſſe pulchritudinem.

11. *Tantam porro curam, ſtudium adhibuere tantum, ut pulchrae audirent, ut illi Heroum laudatori Deorumque Poëtae perſuaſerint, ne aliunde ſe quam a pulchritudine nominaret. Jucundius ergo audiat Juno* candida brachia *ſua celebrari, quam dici* Veneran-

a Ἑκάστη] Ἑκάστη θεῶν ἑκάστου *Fl.* b Ἑτέρ' ἀμφ.] Conſentit *Fl.*

81. Παρεσχῆσθαι] I. e. χαρίσασθαι, *dare*. Vis dare, nec dare vis. F.G.

96. Τοῦ κάλλους περιουσίαν] Potius verterem *pulchritudinis excellentiam, praeſtantiam*, quam cum Interprete *poteſtatem*. Comicus eleganter dixit: *virtutem formae*. H.V.

8. Ἐπιτρέπει τὴν κρίσιν] Ita argumentatur: Si voluiſſet vincere Jupiter Junonem ſuam, arbitrum dediſſet factioſum & imperii cupidum, ſimiliter, ſi Minervam, Philoſophum aut pugnacem ſed dat voluptua-

randa Dea, aut ingentis nata Saturni. *Minerva nolit*, Tritogenia *potius quam* Caeſia *vocari. Venus autem quantivis aeſtimat appellari aurea, quae quidem ad pulchritudinem tendunt omnia.*

12. *Atque haec non illud modo oſtendunt, quid Dii de illa ſentiant, ſed teſtimonium ſunt minime fallax, reliquis illam rebus omnibus eſſe praeſtantiorem. Igitur Pallas fortitudine ſimul & prudentia potiorem eſſe decernit, cujus utriusque rei praeſes eſt: Juno autem imperio omni & poteſtati praeferendam pronuntiat, ſuffragatorem ſibi nacta Jovem. Si vero ita divinum, ita auguſtum quiddam pulchritudo eſt, de quo tanto ſtudio ipſi Dii laborent, quomodo nos deceat non ipſos quoque Deorum imitatione, opere pariter & verbis, quidquid habemus, pulchritudini patrocinari?*

13. Haec Philo de pulchritudine: qui illud in fine adjecit, ſe plura hiſce dicturum fuiſſe, niſi ſciret non convenire convivio longam orationem. Poſt illum ſtatim dicere coepit Ariſtippus, multum incitatus ante ab Androcle. Nolebat enim dicere, dicere poſt Philonem veritus. Ita vero exorſus eſt:

14. *Multi ſaepe mortales, dimiſſa de rebus optimis nobisque utilibus dicendi materia, ad alia ſe contulere argumenta, quibus ſibi quidem conciliare gloriam videntur, ſed verba interim faciunt nihil profutura auditoribus: atque imprudentes partim de iisdem rebus* (eadem cum dicant) *inter ſe contendunt, partim quae nusquam ſunt, ea enarrant; par-*

της μεγάλου Κρόνου· Ἀθηνᾶ δ' οὐκ ἂν βουληθείη Τριτογένεια πρὸ τοῦ Γλαυκῶπις καλεῖσθαι· Ἀφροδίτη τε τιμήσαιτ' ἂν τοῦ παντὸς καλεῖσθαι χρυσῆ. ἅπερ ἅπαντ' εἰς κάλλος τείνει.

Καίτοι ταῦτ' οὐ μόνον ἀπόδειξιν ἔχει πῶς οἱ κρείττους ἔχουσι περὶ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ μαρτύριόν ἐστιν ἀψευδές, τοῦ κρεῖττον εἶναι πάντων τῶν ἄλλων. οὐκοῦν Ἀθηνᾶ μὲν ἀνδρίας ἅμα καὶ φρονήσεως προέχειν ἐπιψηφίζει. ἀμφοτέρων γὰρ προΐσταται τούτων· Ἥρα δ' ἁπάσης ἀρχῆς καὶ δυναστείας αἱρετώτερον ἀποφαίνει, συνηγοροῦντ' αὐτῇ καὶ τὸν Δία προσλαβοῦσα. εἰ τοίνυν οὕτω μὲν θεῖον καὶ σεμνὸν τὸ κάλλος ἐστὶν, οὕτω δὲ περισπούδαστον τοῖς θεοῖς· πῶς ἂν ἡμῖν ἔχοι καλῶς, μὴ καὶ αὐτοὺς μιμουμένους τοὺς θεοὺς, ἔργῳ τε καὶ λόγῳ πᾶν ὅ, τι ἔχομεν, συναίρεσθαι τῷ κάλλει;

Ταῦτα μὲν ὁ Φίλων περὶ τοῦ κάλλους εἶπεν, ἐπιθεὶς τοῦτο τῇ τελευτῇ, ὡς καὶ πλείω δ' ἂν τούτων εἰρήκει, εἰ μὴ τὸ μακρολογεῖν ἠπίστατο τῶν ἀδοκίμων ἐν συμποσίῳ. μετ' ἐκεῖνον δ' εὐθὺς Ἀρίστιππος ἤπτετο τῶν λόγων, πολλὰ πρότερον παρακληθεὶς ὑπ' Ἀνδροκλέους· οὐ γὰρ ἐβούλετο λέγειν, τὸ μετὰ [c] Φίλωνα εὐλαβούμενος λέγειν. ἤρξατο δὲ ἐντεῦθεν.

Πολλοὶ πολλάκις ἄνθρωποι τὸ περὶ τῶν βελτίστων, καὶ ἡμῖν συμφερόντων, ἀφέντες λέγειν, ἐφ' ἑτέρας τινὰς ὥρμησαν ὑποθέσεις, ἀφ' ὧν αὐτοῖς μὲν δοκοῦσι δόξαν προσάγειν· τοῖς δ' ἀκροαταῖς τοὺς λόγους οὐδὲν λυσιτελοῦντας ποιοῦνται. καὶ διεληλύθασιν οἱ μὲν περὶ τῶν αὐτῶν ἐρίζοντες ἀλλήλοις; οἱ δὲ διηγούμενοι τὰ οὐκ ὄντα· ἕτεροι δὲ περὶ

τῶν

c Φίλωνα] Φίλων' Edd. priores. Φίλον L.

ptuarium ſpectatorem formarum: vult ergo primas deferri formae. *J. M G.*

16. Λευκώλενος ἡ Ἥρα] *Hom.* Il. E. 721. Haec & ſequentia apud *Homerum* frequentiſſime occurrere, vel pueris notum eſt. *M. du S.*

44. Φίλωνα] Sic rectius legitur, quam eliſo A. quanquam in M. Codd. frequenter ita eliduntur vocales; quod in hoc praeſertim libello factitatum eſſe, facile obſerves. In L. φίλον, prave. *M. du S.*

τῶν οὐδαμῶς ἀναγκαίων λογοποιοῦντες, οὓς ἐχρῆν ταῦτα πάντα καταλιπόντας, ὅπως τί βέλτιον τύχωσιν εἰπόντες σκοπεῖν· οὓς νῦν ἐγὼ περὶ τῶν ὄντων οὐδὲν ὑγιὲς ἐγνωκέναι νομίζων, ἄλλως τε, καὶ τὸ τινῶν ἀγνοίας τῶν βελτίστων κατηγοροῦντα τοῖς αὐτοῖς περιπίπτειν, τῶν εὐηθεστέρων οἰόμενος εἶναι πάντη, τὴν αὐτὴν λυσιτελεστάτην καὶ καλλίστην τοῖς ἀκούουσιν ὑπόθεσιν ποιήσομαι τῶν λόγων, καὶ ἣν πᾶς ὁστισοῦν ἂν φαίη κάλλιστ' ἂν ἔχειν ἀκούειν καλλίστην.

Εἰ μὲν οὖν περὶ τινὸς ἑτέρου τοὺς λόγους ἐποιούμεθα νῦν, ἀλλὰ μὴ *περὶ κάλλους, ἤρκεσεν ἂν ἡμῖν, ἀκούσασιν ἑνὸς εἰπόντος, ἀπηλλάχθαι περὶ αὐτοῦ· τοῦτο δ' ἄρα τοσαύτην ἀφθονίαν παρέχεται τοῖς βουλομένοις ἅπτεσθαι τῶν περὶ τούτου λόγων, ὥστ' οὐκ εἰ μὴ κατ' ἀξίαν τις ἐφίκοιτο τῷ λόγῳ, νομίζειν δυστυχεῖν, ἀλλ' ἢν πρὸς πολλοῖς ἄλλοις κἀκεῖνός τι δυνηθῇ συμβαλέσθαι πρὸς τοὺς ἐπαίνους, τῶν ἀμείνονος οἴεσθαι πειρᾶσθαι τύχης. τὸ γὰρ οὕτω μὲν περιφανῶς ὑπὸ τῶν κρειττόνων τετιμημένον, οὕτω δὲ τοῖς ἀνθρώποις θεῖον, καὶ περισπούδαστον, πᾶσι δὲ τοῖς οὖσιν οἰκειότατον κόσμον, καὶ οἷς μὲν ἂν παρῇ παρὰ πάντων σπουδαζομένων, ὧν δ' ἀφίσταται μισουμένων, καὶ οὐδὲ προσβλέπειν ἀξιουμένων, τίς ἂν εἴη τοσοῦτον λόγων μετεσχηκώς, ὥστ' ἐπαινέσαι πρὸς ἀξίαν ἀρκέσαι; οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδήπερ οὕτω πολλῶν

tim de rebus minime neceſſariis verba faciunt. Quos oportebat his relictis omnibus, ut melius quidquam dicere poſſint, videre. Quos jam ego de rebus nihil ſani ſtatuiſſe ratus, & alioquin ſtupidiorum omnino eſſe putans, poſt accuſatas quorundam optimarum rerum ignorantias in eadem vitia incidere; eandem utiliſſimam auditoribus & pulcherrimam dicendi materiem mihi ſumam, quamque unusquisque optime ſe habere dicat, vocari pulcherrimam.

15. *Si quidem igitur de alia quacumque re verba nunc faceremus, non de pulchritudine, ſufficeret nobis, uno qui diceret de illa audito, diſcedere: haec vero tantam dicendi copiam ſubminiſtrat attingere volentibus, non ut infelix ſit putandus, ſi quis non pro dignitate oratione aſſequatur; verum ſi ad multa alia ipſe quoque conferre quidquam ad laudes illius poſſit, optima fortuna uti ſit exiſtimandus. Quae enim res manifeſte adeo a Diis honorata eſt, ita vero apud homines divina & ſtudio omni digna; omnibus porro, quae ubique ſunt, familiariſſimum decus eſt, adeo ut quibus ea adſit illi colantur ab omnibus, a quibus vero abſit, illi exoſi & ne adſpectu quidem digni cenſeantur; quis fuerit ita diſertus, ut eam rem laudare pro dignitate poſſit? Verum enim vero quum multis adeo ei rei lau-*

64. Ἀκούειν καλλίστην] Supra jam verbo ἀκούειν ita uſus eſt auctor, ut paſſim Latini ſuo *audire*, ut nempe *dici*, *nominari* ſignificet. Claritatis cauſſa tamen verbo illo in interpretatione abſtinui, &, quod nihil ambiguitatis habeat, poſui. Alioqui, ne alia dicamus, haec certe Ariſtippi oratio vel a Luciano non eſt, vel ſtudioſe conficta ad charactera inepti hominis oſtendendum. Hoc quidem profecto indignum Luciano, *pulcherrime ſe habet pulchritudinem audire pulcherrimam*, pro eo quod eſt, *pulchrum eſt laudari pulchritudinem.* Ita mox junguntur, οὕτω — ὥστε (ἵνα —) ἀλλ' οὖν οὕτως — ὥστε — οὕτω ὥστε — Et ſtatim τοσαύτην — ὥσθ' οὕτως — ὥστε. Emolliri talia interpretando poſſunt, diſſimulari plane non debent, ſi hoc praeſtare debet interpretatio, ut quantum fieri poteſt orationem, & velut ſpeculum animi auctoris, repraeſentet. *J.M.G.*

68. Περὶ αὐτοῦ] Gloſſema videtur. *F.G.*

89. Ὅσα θεοί] Pro καθ' ὅσα. *F.G.*

93. Ὥστ' ἔτι τῆς ἡλικίας οὖσαν ἐντὸς] Legend. videtur, οὐκέτι τῆς ἡλικίας οὖσαν ἐντός. Οὐκέτι *nondum. Heſych.* οὐκέτι οὐχί, ἢ οὔ. *F.G.* Quia mox diſerte ait, μήπω ἡλικίας ἡμμένην, ideo & hic forſan negationem addi voluit *Gujet.* Sed male; nam ἐντὸς *intra* aetatem, hic loci negationis eſt ſatis; quod emendandi libido accepit pro ἐν. Sed ἐντὸς ita de tempore, nondum exacto dici, praeter *Steph.* qui ex *Plat.* ἐντὸς τριάκοντα ἐτῶν γεγονὸς, i. e. qui triginta annos nondum vixit, nondum implevit, habet etiam *Thucyd.* IV. c. 28. ἐντὸς ἡμερῶν εἴκοσιν, aliique. Et qui intra metam verſatur, eam nondum attigit. *J.F.R.*

95. Οὕτω τῆς ὥρας ἰδὼν ἠγάσθη, ὥστ', &c.] Puto legendum

laudatoribus opus ſit, ut vel ſic ſuam vix dignitatem conſequatur, non abſurdum fuerit etiam nos conari aliquid de ea dicere, licet poſt Philonem verba ſint facienda. Adeo vero auguſtiſſima & maxime divina rerum eſt, ut - - - (praetermitto enim quantum & quoties pulchros Dii honoraverint:)

16. *Verum ut ſuperioribus temporibus nata Jove Helena tantae apud omnes homines admirationi fuerit, ut intra maturae aetatis tempus conſtitutam, negotii alicujus cauſſa agens in Peloponneſo Theſeus, ita ad conſpectum formae illius exarſerit, ut in regno firmiſſimo, & gloria non vulgari, tamen non vivendum ſibi putaret, hac ſi carendum eſſet; felicitate ſe praeterire univerſas, ſi haec ſibi uxor contingeret. Haec cum animo agitaret, nec ſpem haberet illius a patre impetrandae, nec enim elocaturum ſperabat, quae juſtam aetatem nondum attigiſſet; contemto illius imperio ac neglecto, parvi faciens quidquid in Peloponneſo formidandum erat, aſſumto rapinae adjutore Pirithoo, vi a patre abductam Aphidnam Atticae oppidum aſportavit: tantamque illi habuit hujus auxilii nomine gratiam, ut ita illum reliquo tempore amaverit, exemplum poſteris uti eſſet Theſei & Pirithoi amicitia. Cum autem ille cogeretur ad inferos deſcendere, ad nuptias ambiendas Liberae*

αὐτῷ δεῖ τῶν ἐπαινεσόντων, ὥστε μόλις ἂν τῆς ἀξίας τυχεῖν, οὐδὲν ἀπεικὸς καὶ ἡμᾶς ἐγχειρεῖν τι λέγειν περὶ αὐτοῦ, μέλλοντάς γε μετὰ Φίλωνα ποιεῖσθαι τοὺς λόγους. οὕτω δὴ σεμνότατον καὶ θειότατον τῶν ὄντων ἐστὶν, ὥστε ἵν' ὅσα θεοὶ καλοὺς τετιμήκασι, παραλείπω.

qui rotae *alligati ſunt*. Cumque natura ſit rubicundus, magis etiam incenſa illi facie rubeſcit. Spiritus illi exilis, neque unquam ſane ſufficiens.

οἱ ἐπὶ τῦ τροχῦ. Φύσει δ' ἐρυθρὸς ὢν, ἐρευθεῖ μᾶλλον, ἐμπιπραμένε αὐτῷ τῦ προσώπε· τὸ δὲ πνεῦμα ὀλίγον, καὶ οὐκ ἀποχρῶν πε δή.

8. MEN. Qui vero contra illum certant, quomodo ſe ſubmittunt, Muſoni? Nempe arti hoc forte gratificantur? MUS. Arti illi quidem, ut qui in lucta concedunt. Sed tu cogita, Menecrates, tragicum actorem, qui in Iſthmo periit. Aequalia enim pericula etiam circa artes, ſi intendant ſe artifices. MEN. Et quid hoc, Muſoni? plane enim nihil ea de re audivi. MUS. Audi igitur rem incredibilem illam quidem, ſed in oculis Graeciae factam.

MEN. Οἱ δ' ἐν ἀγῶνι πρὸς αὐτὸν πῶς ὑφίενται, ὦ Μεσώνιε; τέχνῃ γάρ πε χαρίζονται. ΜΟΥΣ. Τέχνῃ μὲν, ὥσπερ οἱ ὑποπαλαίοντες, ἀλλ' ἐνθυμήθητι, ὦ Μενέκρατες, τὸν τῆς τραγῳδίας ὑποκριτὴν, ὡς Ἰσθμοῖ ἀπέθανεν. ἴσοι γὰρ κίνδυνοι καὶ περὶ τὰς τέχνας, ἢν ἐπιτείνωσιν οἱ τεχνάζοντες. MEN. Καὶ τί τῦτο, Μεσώνιε; σφόδρα γὰρ ἀνήκοός εἰμι τῦ λόγε. ΜΟΥΣ. Ἄκεε δὴ λόγε ἀτόπε μὲν, ἐν ὀφθαλμοῖς δὲ Ἑλλήνων πεπραγμένε.

9. Cum lex eſſet ludis Iſthmiis, ne Comoedia certaretur, neque Tragoedia: viſum eſt Neroni, Tragoedos vincere, cumque venirent ad illud certamen plures alii, tum Epirotes, voce optima praeditus, qui eo nomine in fama atque admiratione hominum eſſet, clarius etiam quam ſolebat alias, fingebat ſe & coronae amore captum, neque conceſſurum prius, quam decem ſibi talenta Nero pro victoria dediſſet. At hic

Ἰσθμοῖ γὰρ νόμε κειμένε, μήτε κωμῳδίαν ἀγωνίζεσθαι, μήτε τραγῳδίαν, ἐδόκει Νέρων τραγῳδὲς νικᾶν. καὶ παρῆλθον εἰς τὴν ἀγωνίαν ταύτην, πλεῖες μὲν, ὁδ' Ἠπειρώτης, ἄριστα φωνῆς ἔχων, εὐδοκιμῶν δ' ἐπ' [d] αὐτῇ, καὶ θαυμαζόμενος, λαμπρότερα τῦ εἰωθότος ἐπλάττετο καὶ τῦ στεφάνε ἐρᾶν, καὶ μηδ' ἀνήσειν πρότερον ἢ δέκα τάλαντα δῦναι οἱ Νέρωνα ὑπὲρ τῆς νίκης.

d Αὐτῇ] Sic *Pell.* Αὐτὴν Edd. vulgo.

τοῦτο, ἐπεὶ μὴ θ. τοῦτο. Nempe τὸ βομβεῖν. Alia erant, & quidem ψαμμακοσιογάργαρα, quae in Luciano & Pſeudolucianis notarentur; ſed operæ non eſt. Haec autem qualiacumque illa, ex paginis libri mei fimbriatis olim ſtylo aetatis meæ verno, nunc παρὰ τὴν ἐδωποςίαν exſcripſi. *Th.M.*

94. Μόνε τῦ] Lege μόνον τῦ. *F.G.* Non diſplicet, etſi & vulgatum defendi poteſt. *J.F.R.*

95. Μιμοῖτο τοὺς κρείττονας] Apollinem videri voluiſſe Neronem loquuntur hiſtoriae, & numiſmata. *J.M.G.*

8. Ὥσπερ οἱ ὑποπαλαίοντες] Quid ſit ὑποπαλαίειν doceat *Plutarchi* Periphraſis de diſcr. Amici p. 58. F. — ἀποφαίνεσι ῥωμαλέον, ὑπο- οἱ δὲ κόλακες τὸν πλούσιον — κολακεύει — ὁ προσπίπτοντες ἐν τῷ παλαίειν. Et — παλαίων ὑποκατακλινόμενος. *J.M.G.*

10. Τὸν τῆς τραγ. ὑπ. ὡς Ἰσθμοῖ] Vid. *Plut.* in Flaminio. *M. du S.*

17. Ἰσθμοῖ γὰρ νόμε κειμ.] Muſicos agonas ex Iſthmiis ante Neronem exulaſſe hinc obſervarat *Caſaubonus* (ad *Suet.*) *Spanhemius* vir Ampliſſ. de Comicis Tragicisque ludis concedit, de muſicis, quae non nominantur, non item (Ep. ad *Morell.* I. p. 41.) Adducitque, ut ſuam ſententiam fulciat, *Philoſtratum* vit. Apoll. lib. IV. 24. Cui loco Doctiſſimus interpres addi jubet & VIII. 18. Julianique ad Argivos epiſtolam, quorum locorum primus & tertius *Caſauboni* ſententiam non tangunt; quippe qui de temporibus quae Neronem anteceſſerunt, non de ſequentibus, ſtatuat. Secundus *Patrium* Muſicum ibi agonem vere facit. *M. du S.*

Ibid. Μήτε κωμῳδίαν ἀγωνίζεσθαι] Moverat forte Iſthmiorum judices quod poſtea Praeſides Pythiorum, ubi ſua adhuc aetate Tragoedorum certamen fuiſſe, ſed de eo abrogando, propter judicum moleſtias, actum, memorat *Plut.* Sympoſ. 5, 2. p. 674. qui ibidem docet, in Sicyonio theſauro dedicatum fuiſſe χρυσοῦν βιβλίον Ἀριστομάχης ἀνατεθειμένον — ποιητρίας Ἴσθμια νενικηκυίας. *J.M.G.*

18. Μήτε τραγῳδίαν] *Olear.* ad *Philoſtr.* 163. a. 12. & 15. *J.F.R.*

22. Ἐπ' αὐτὴν] Lege ἐπ' αὐτῇ. *F.G.* Recte, cumque & *Pell.* ita haberet, non haeſitavi ita edere. *J.F.R.*

κης. ὁ δ' ἠγρίαινέ τε, καὶ μανικῶς εἶχε· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἠκροᾶτο ὑπὸ τῇ σκηνῇ, ἐπ' αὐτῷ δὴ τ' ἀγῶνι. βοώντων δὲ τῶν Ἑλλήνων ἐπὶ τῷ Ἠπειρώτῃ, πέμπει τὸν γραμματέα, κελεύων ὑφεῖναι αὐτῷ τοῦτον· αὐτοῦ δὲ ὑπεραίροντος τὸ φθέγμα, καὶ δημοτικῶς ἐρίζοντος, εἰσπέμπει Νέρων ἐπ' ὀκριβάντων τοὺς ἑαυτοῦ ὑποκριτάς, οἷον προσήκοντάς τε τῷ πράγματι. καὶ γὰρ δὴ καὶ δέλτους ἐλεφαντίνους καὶ διθύρους προβεβλημένοι αὐτὰς ὥσπερ ἐγχειρίδια, καὶ τὸν Ἠπειρώτην ἀναστήσαντες πρὸς τὴν ἀγχοῦ κίονα, κατέαξαν αὐτοῦ τὴν φάρυγγα, παίοντες ὀρθαῖς ταῖς δέλτοις.

MEN. Τραγῳδίαν δὲ ἐνίκα, Μουσώνιε, μιαρὸν οὕτω πάθος ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν Ἑλλήνων ἐργασάμενος; ΜΟΥΣ. Παιδιὰ ταῦτα νεανίᾳ τῷ μητροκτονήσαντι. [a] εἰ δὲ [b] τραγῳδίας ὑποκριτὴν ἀπέκτεινεν ἐκτεμὼν αὐτοῦ τὸ φθέγμα, τί χρὴ θαυμάζειν; καὶ γὰρ δὴ καὶ τὸ Πυθικὸν στόμιον, παρ' οὗ αἱ ὀμφαὶ ἐνέπνεον, ἀποφράττειν ὥρμησεν, ὡς μηδὲ τῷ Ἀπόλλωνι φωνὴ εἴη· καίτοι τοῦ Πυθίου καταλέξαντος αὐτὸν εἰς τοὺς Ὀρέστας τε καὶ Ἀλκμαίωνας, οἷς τὸ μητροκτο-

exaſperari & furere. Etenim in tabernaculo etiam audiebatur ſub ipſum tempus certaminis. Clamore autem laudantibus Epiroten Graecis, ſcribam mittit, ſubmittere hunc ſibi vocem jubens. Illo vero magis etiam tollente vocem, & populariter contendente, immittit Nero in pulpita ſuos hiſtriones, tanquam qui negotio huic apti eſſent. Hi ergo qui pugillares eburneos bipatentes pugionum inſtar protendebant, erecti ad proximam columnam Epirotae guttur directis illis tabellis ferientes elidunt.

10. MEN. Tragoediam vero vicit, Muſoni, tam impuro facinore in oculis Graeciae perpetrando? MUS. Luſus iſte juveni interfectori ſuae matris. Si vero Tragicum hiſtrionem, exſtirpanda illius voce, interemit, quid mirandum eſt? Qui etiam Pythicum oſtium, e quo divina adſpirabantur oracula, obturandi impetum ceperit, ut neque ſua Apollini vox *porro* eſſet: Pythio licet annumerante illum inter Oreſtas & Alcmaeones, quibus matrum peracta ab ipſis

a Εἰ δὲ] Perſonam MEN. Edd. hic ingerunt, quam delevi cum *Solan.* & *Geſn.* b Τραγῳδίας] Τραγῳδίαις Edd. antea male.

33. Τοὺς ἑαυτοῦ ὑποκριτάς] Forte ex illo plauſorum ſuorum numero, quos deſcribit *Sueton.* c. 20. *Adoleſcentulos equeſtris ordinis, & quinque amplius millia e plebe robuſtiſſimae juventutis undique elegit, qui diviſi in factiones plauſuum genera condiſcerent* &c. Hi quidem plauſuum ὑποκριταὶ fuere. *J. M. G.*

43. MEN.] Delendum cenſeo. *M. du S.*

44. Τραγῳδίαις] Lege τραγῳδίας. *F. G.* Idem notavit *La Croze.* Omnino ita corrigendum duxi, quidquid ad excuſandum vulgatum poſſit adferri, quaſi eſſet plur. pro ſing. & ellipſ. τῇ, ἐν, uti apud *Sophocl.* Oed. Tyr. 19. Ἀγοραῖσιν θακεῖ, bene habet. vel ut ſupra ἐν omittitur *Aſin.* c. 24. quod tamen & ibi ſuſpectum dixi. Vel ut ib. c. 52. [τ. πάντων ὀφθαλμοῖς ἀνεβόησε]. Ne plura ſimilis ellipſeωs alibi adlegata reperiam, quibus effici poſſe videatur, ut τραγῳδίαις ſit: *in tragoediarum quadam*, uti: *Iſthmiis, quinquatribus; Ludis, munere, Circenſibus*, & ſimilibus ſpectaculis dici amat (vid. *Suet.* Jul. c. 39.) At haec omnia nihil hic ad rem facere mihi viſa; ita ſimplicitate ac veritate ſeſe commendat genitivus τραγῳδίας; nec diſplicebit mediocriter peritis, ſed ignoſcent poſtremae huic & parcius antea uſurpatae audaciae. Sin minus, culpam deprecor, neque in Luciano faciam iterum. *J. F. R.*

49. Εἰς τοὺς Ὀρέστας τε] Verſiculum proſcriptum refert *Sueton.* c. 39. Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων, μητροκτόνοι. Sed nihil de oraculo. Inimicitias furioſas Neronis contra oraculum deſcribit ex *Dionis* l. 63. *Xiphilinus* p. 721. C. Τοῦ δὲ δὴ Ἀπόλλωνος (εἴτ' οὖν ἀγανακτήσας ὅτι λυπηρά τινα προεῖπεν αὐτῷ, εἴτε καὶ ἄλλως μανείς) τήν τε χώραν τὴν Κιρραίαν ἀφείλετο, καὶ στρατιώταις ἔδωκε, καὶ τὸ μαντεῖον κατέλυσεν, ἀνθρώπους ἐς τὸ στόμιον, ἐξ οὗ τὸ ἱερὸν πνεῦμα ἀνῄει, σφάξας. Ultima verba ita intelligo, interfectos, & cruentos palpitantesque adhuc homines abjectos in oſtium. Eadem occaſione videtur illas quingentas hominum Deorumve ſtatuas aeneas ſuſtuliſſe, de qua re *Pauſan.* Phoc. p. 620, 31. *J. M. G.*

50. Ἀλκμαίωνας] Vid. Ἀλεξ. c. 19. & Not. Reſpicit iſtud Apollinis ſecundum quoſdam:

Νέ-

ipſis caedes etiam gloriae quoddam genus peperit, cum patres ſic ulciſcerentur. At hic cum dicere non poſſet, quem ultus eſſet, contumelia ſe affectum a Deo putabat, cum tamen mitiora veris audiret.

11. Sed dum loquimur, quaenam navis accedit? ut illa bonum quiddam videtur advehere! Coronati enim ſunt capitibus, tanquam chorus boni ominis. Atque de prora aliquis protendit manum, bono nos animo eſſe jubens & gaudere: clamat autem, niſi quid me fallunt aures, periiſſe Neronem. MEN. Enim vero ſic clamat, Muſoni, & diſertius quo propius terram venit. MUS. Bonum factum, o Dii! MEN. Sed ne quid imprecemur: negant enim hoc decere in defunctis.

νῆσαι, καὶ λόγον τινὰ εὐκλείας ἔδωκεν, ἐπειδὴ πατράσιν ἐτιμώρησαν. [c] ὁ δὲ μηδαμῶς εἰπεῖν ἔχων ὅτῳ ἐτιμώρησεν, ὑβρίζεσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ ᾤετο, πρᾳότερα τῶν ἀληθῶν ἀκούων.

Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, τίς ἡ προσιοῦσα ναῦς; ὡς ἐπάγειν τί ἀγαθὸν ἔοικεν. ἐστεφάνωνται γὰρ τὰς κεφαλὰς, ὥσπερ χορὸς εὔφημος, καί τις ἐκ πρώρας προτείνει τὴν χεῖρα, παρακελευόμενος ἡμῖν θαῤῥεῖν τε, καὶ χαίρειν, βοᾷ τε, εἰ μὴ παρακούω, Νέρωνα οἴχεσθαι. MEN. Βοᾷ γὰρ, Μουσώνιε, καὶ σαφέστερόν γε, ὅσῳ τῆς γῆς ἅπτεται. ΜΟΥΣ. Εὖγε, ὦ θεοί. MEN. Ἀλλὰ μὴ ἐπευχώμεθα· ἐπὶ γὰρ τοῖς κειμένοις οὔ φασι δεῖν.

TRAGOPODAGRA.

PODAGRICUS, CHORUS, PODAGRA, NUNCIUS, MEDICI, TORTORES.

POD.

Heu triſte nomen, inviſum nomen Diis,
Podagra lacrimoſa, Cocyti genus.

ΤΡΑΓΟΠΟΔΑΓΡΑ.

ΠΟΔΑΓΡΟΣ, ΧΟΡΟΣ, ΠΟΔΑΓΡΑ, ΑΓΓΕΛΟΣ, ΙΑΤΡΟΙ ΚΑΙ ΒΑΣΑΝΟΙ.

ΠΟΔ.

Ὦ Στυγνὸν οὔνομ', ὦ θεοῖς στυγούμενον,
Ποδάγρα, πολυστένακτε, κωκυτοῦ τέκνον,

Ἠν

c Ὁ δὲ μηδ.] Perſona ΜΟΥΣ. his praefixa in Edd. At neceſſario omittenda, quum praecedens deleta eſt.

Νέρων, Ὀρέστης. Ἀλκμαίων, μητροκτόνοι. Vid. *Philoſtr.* p. 481. & *Suet.* Ner. c. 39. *M. du S.*

52. ΜΟΥΣ.] Et hoc nomen delendum. *M. du S.*

57. Ἐστεφάνωνται γὰρ τὰς κεφαλὰς] Vid. *Spanhem.* ad illud *Ariſtoph.* Plut. 765. *Κἄγωγ' ἀναδῆσαι βούλομαι εὐαγγέλια σ' ἐν κριβανωτῶν ὁρμάθῳ, τοιαῦτ' ἀπαγγείλαντα.* *J. M. G.*

ΤΡΑΓΟΠΟΔΑΓΡΑ] Non ſolus Podagrae encomium ſcripſit noſter. Audi juvenem apud *Philoſtrat.* in vita Apoll. IV. p. 170. *Ποδάγρας ἐγκώμιόν τί μοι ξυντέτακται καὶ τοῦ τυφλόν τινα ἢ κωφὸν εἶναι.* Sed an ob hunc luſum *Tragicis* accenſeri mereatur, viderint, qui poſt *Fabricium* novum eorum nobis Catalogum contexent: ſic *Iberitae laudes quaeſivit Favorinus* teſte *A. Gellio* XVII. 12. & *febrim quartis diebus recurrentem* laudavit. *M. du S.*

ΤΡΑΓΟΠ.] Moliebar paullo ampliores in hunc libellum annotationes, quibus intexturus eram bonam partem Commentarii in hunc libellum ab *Eraſmo Schmidio* Witebergae praelecti 1631. qui beneficio Viri Doctiſſimi *Julii Caroli Schlaegeri* ad me pervenerat. Sed tempeſtive monitus contraxi vela, & *Schmidianum* Commentarium, tuae, Doctiſſime *Reitzi*, fidei commendo, ut quae ferre videbitur numerus chartarum, volumini huic deſtinatus, inde in uſum lectorum decerpas. De interpretatione mea hoc ſolum praedico, me non praeſtare bonos verſus, ſed qui ſinguli ſingulis Lucianicis reſpondeant, & ſententiam eorum, quantum potuit a nobis fieri, exprimant. In choris praeſertim & metrum, & ſententiam ſingulorum verſuum, aſſequi nobis datum non fuit. Sed neque diu torquere ingenium tanti putabamus. Claudicare ſatius tur in podagra verſus quam ſententiam malebamus. *J. M. G.*

ΤΡΑΓΟΠ.] Quia variis conjecturis metrum horum verſuum emendari poteſt, potiſſimas variantt. lectt.

Ἣν ταρτάρου κευθμῶσιν ἐν βαθυσκίοις,
Μέγαιρ' ἐριννὺς γαστρὸς ἐξεγείνατο,
Μαζοῖσί τ' ἐξέθρεψε, καὶ πικρῷ βρέφει
Εἰς χεῖλος ἐστάλαξεν Ἀληκτὼ γάλα,
Τίς τὴν δυσώνυμόν σε δαιμόνων ἄρα
Εἰς φῶς ἀνῆκεν; ἦλθες ἀνθρώποις βλάβος.
Εἰ γὰρ τεθνεῶσιν ἀμπλακημάτων τίσις
ᵃ Βροτοῖς ὀπηδεῖ, τῶν ἔδρασαν ἐν φάει,
Οὐ Τάνταλον ποτοῖσιν, οὐδ' Ἰξίονα
Τροχῷ στροβητὸν, οὐδὲ Σίσυφον πέτρῳ
Ἔδει κολάζειν ἐν δόμοισι Πλουτέως·

Quam Tartari receſſibus in abditis
Megaera Erinnys utero fudit ſuo,
Et ubere aluit, & amarae parvulae
Stillavit in labella Alecto lac *malum*.
Quis ergo te, male ominatam Daemonum
Emiſit in lucem, labem mortalibus?
Si namque poena peccatorum mortuos
Homines manet, quae vivi perpetrant:
Non unda Tantalum *fugiente*, aut Ixionem
Rota torquendum erat, neque ſaxo Siſyphum
Punire oportuit domo in Plutonia,
Omnes

a Βροτοῖς] *Fl.* uti *Boiv.* em. Βροτῶν cett.

quidem inſerui, parum tamen in contextu propter Codicum inopiam mutavi, etſi metrum ſaepe adparet corruptiſſimum. „Scopus hujus dramatis eſt ex„ponere malignitatem ac pertinaciam podagrae, quae „medicamentis magis exaſperatur quam ſanatur, ſe„cundum tritum illud *Ovid.* I. Pont. El. 4. *Tollere* „*nodoſam neſcit medicina podagram.* Praeterea ludi„brio habere medicaſtros vana promittentes, aeque ac „podagricorum mores, eosque ad patientiam horta„ri. Quod & *Sennertus* c. 8. de Arthridite fatetur, „aitque eum cauſſam tempusque invadendi melius „expreſſiſſe, quam nonnullos medicos". Haec poſteriora ex Cl. *M. Eraſm. Schmidii* praelectt. Mſſ. a Cl. *Geſn.* mecum communicatis, unde potiſſima quaeque deinceps quoque delibabimus, plurimis Ethicis & medicis ratiociniis omiſſis. *J. F. R.*

3. Ταρτάρου κευθμῶσιν] Materia podagrae eſt ichor, i. humor acris, &, ut Chymici vocant, tartareus. Hunc foetum dicit produci in ταρτάρου κευθμῶσι βαθυσκίοις, h. eſt in intimis penetralibus corporis, ubi *tartari* non inepte mentionem fecit, quod non tantum *infernum* notet, ſed & materiem calculoſam, tartaream, articulorum juncturis ſe inſinuantem & cruciatus intolerabiles efficientem. Nutricem τὴν Ἀληκτὼ unam Furiarum facit, quo notatur mala concupiſcentia & pravus appetitus naturae noxius. ἡ Ἀληκτὼ enim ab α privativo & λήγω *deſino*, nomen habet. Omnino enim huic morbo alimonia ſuppeditatur, quando cauſſae οὐ λήγουσι, *non ceſſant*. Creſcit enim indulgens ſibi, ut dirus hydrops. *Er. Schmid.*

4. Ἐξεγείνατο] Simpliciter pro τίκτειν ſatis notum. At *Heſych.* Ἐξεγείνετο exponit, ἐξεπονήσατο. Si legas ἐξεγείνατο, ſignificabit τὸ ἐξεπονήσατο, *aegre ac multo cum labore ſeu dolore peperit*, uno verbo, *enixa eſt.* Quae expoſitio quam apte huic loco conveniat, nemo non videt. Fuerit igitur hoc ominis inſtar futurorum cruciatuum, quibus adulta Podagra homines torqueret. Si cui autem videatur ἐξεγείνετο non a capite ſcribendum ap. *Heſych* ſed cum praecedentibus connectendum hoc pacto: Ἐξέβαλε (l. ἐξέβαλωσεν) ἐξέτρωσεν, ἐξεγείνατο, ἐξεπονήσατο. ſignificatio erit, *partum abegit*, vel medicamentis; vel alio quocumque modo, cujus deteſtandae conſuetudinis mentio apud vett. paſſim. *Ovid.* Am. 2. El. 14. *Cic.* pr. Clu. c. 32. *Clem. Alex.* Paed. 2. p. 1. 3. Haec doctiſſ. *J. Gavel* in Animadv. ad hunc Dial. vid. Miſc. Obſ. anni 1739. p. 417. Cui de mutatione in *Heſychio* non contradico; ſed poſteriorem expoſitionem de *partu abigendo* ad hunc Tragopodagrae locum non pertinere dico (quod nec ipſe voluit) nam qui partus mox dicitur uberibus matris alitus, is certe abortus non eſt, qualem ſi quae mulieres ſibi procurant, occidendi foetus, non alendi cauſſa id faciunt. *J. F. R.*

5. Πικρῷ βρέφει] *Amarulento infanti*, propter cruciatus quos efficit. Forte leg. πικρὸν βρέφει, ut ad γάλα referatur. Poſſet etiam legi μικρῷ βρέφει, cum initia hujus morbi ſint exilia, iisque facile occurri poſſet, niſi cauſſae eſſent ἄληκτοι, & continuatione parvum hunc foetum alerent. Βρέφος autem modo eſt foetus in alvo latitans, ut ap. *Dioſc.* V. c. 74. Et *Luc.* I. 41. & 44. modo nuper natus. 1. *Petr.* II. 2. modo infans alicujus aetatis, ſed minoris, ut in ὑποθέσει III. *Iſthm. Pind.* & Ep. ad *Timoth.* III. &c. *Er. Schmid.*

Πικρῷ] Idem *J. Gavel* editioni Iſingrinianae (id eſt Baſilienſi primae) adſcriptum ait, forte legendum πικρὸν βρέφει. Sed nullam eſſe cauſſam cur a vulgato recedamus, bene exiſtimat. *J. F. R.*

8. Εἰς φῶς] Indignatur Podagram in intimis penetralibus corporis genitam in apertum produci, & in membris externis evidenter ſentiri; cauſſamque ad infelicem Genium refert: innuens cauſſam eſſe occultam. *Er. Schmid.*

9. Τεθνεῶσιν] In Edit. Iſingr. adſcriptum: Εἰ τεθνεῶσι δ' ἀμπλ. teſtatur modo laudatus *Gavel.* ſed malle ſe εἰ γὰρ τεθνεῶσιν legere, per ſynizeſin. At poteſt id in dimetiendo verſu tamen fieri, etſi vulgatum retinemus, ut in verſu primo Il. *Hom.* — Πηληιάδεω Ἀχιλῆος. Et ut θεοῖσιν ſaepiſſime fit diſyllabum ap. *Theognidem*, ut vſ. 358. &c. Item θεοῖς & θεῶν monoſyllabum, ib. vſ. 171. Θεοῖς εὔχου, θεοῖς ἐστι μέγα κράτος· οὔτι ἄτερ θεῶν. Iterum vſ. 102. atque alibi. Sic Θεόγνιδος triſyllabum vſ. 22. Quin & anapaeſtus hic

Omnes ad unum, ſed maleficii reos
Tuis aptare membrifragis cruciatibus.
Ut aridum atque aerumnabile corpus meum
Manibus a ſummis ad pedum veſtigia
Sanie mala atque amaro ſucco felleo
Violento ſpiritu clauſis meatibus
Conſtitit! ut clauſum dolores exacuit!
Quin viſcera per ipſa ignitum currit malum
Vorticibus flammarum carnem populans meam.
Qualis crater Aetneis plenus ignibus.

Ἁπλῶς δὲ πάντας τὺς κακῶς δεδρακότας
Τοῖς σοῖς προσάπΊειν ἀρθροκηδέσιν πόνοις·
Ὡς μυ τὸ λυπρὸν κ̀ ταλαίπωρον δέμας,
Χειρῶν ἀπ' ἄκρων εἰς ἄκρας ποδῶν βάσεις,
b Ἰχῶρι φαύλῳ, κ̀ πικρῷ χυμῷ χολῆς
c Πνεύμαλι βιαίῳ d τῶδε διασφίγγον πόρυς
e Ἔςηκε, κ̀ f μεμυκὸς ἐπιτείνει πόνυς.
Σπλάγχνων δ' ἐπ' αὐτῶν διάπυρον τρέχει κακὸν,
Δίναισι φλογμῶν σάρκα πυρπολύμενον.
Ὁποῖα κρητὴρ μεςὸς Αἰτναίυ πυρὸς,

Ἡ

b Ἰχῶρι &c.] Ἰχὼρ ὁ φαυλὸς ϗ πικρὸς χυμὸς *Pell.* c Πνεύματι] Πνεῦμά τε βίαιον τό δε *Pell.* d Τῷ δε] Τό δε *Guj.* e Ἔςηκε] Ἔτηξε, κ̀ διδυκὸς *Pell.* f Μεμυκὸς] Μεμυκὼς *Fr.*

23. Ὁποῖα κρητὴρ] Κρατῆρας appellat ἐν τῷ περὶ τ Περεγρίνυ τελευτῆς. (c. 4.) *G.*

poteſt manere in ſecunda ſede; etſi id durius. *J.F.R.*

10. Βροτῶν] Malim βροτοῖς. *Boivin.* Ceteras ejus ac *Gujeti* conjecturas in his notis non comparentes, variantibus lectt. inſerui, ne quid omiſſum credas; niſi forte ejuſmodi notulas, ubi *Gujet.* unicum verbum Latine reddidit, quod in verſione nunc comparet. Omitto & hic, quia jam nimis eſt notarum, *Jenſii* obſervata in Lectt. Luc. p. 384. ſeq. ubi nimis multis probat, τοῖς τεθνεῶσι βροτῶν vulgarem eſſe Graeciſmum, adeoque non opus eſſe βροτοῖς; quod ut concedo, ita *Fl.* lectionem tamen praefero, quae propter praemiſſum ἀμπλακημάτων magis perſpicua eſt: nam etſi & Latine, aeque dicas *multi mortalium* ac *multi mortales*, accedente tamen novo genitivo, intricarior fieret oratio, ſi dixeris *multos mortalium criminum poena manet.* Etſi duplicem illum genitiv. analogis quoque exemplis probari poſſe ſcio, quid tamen opus eſt obſcuriora ſequi, quando meliora Editio princeps exhibet? *J.F.R.*

Ibid. Ἐν φάει] I.e. in vita, dum fruerentur lumine vitali. *Er. Schmid.*

12. Στροβητὸν] Hanc vocem aliaſque ad ſexdecim ex hoc Dial. collectas, Lexicis ignotas vid. in iisdem Miſcell. p. 419. *J.F.R.*

15. Προσάπτειν] Scil. ἔοικε, ἀπὸ κοινοῦ, ex vſ. 13. Nempe τοὺς δικαςὰς Æacum & Rhadamanthum. Alias paſſive dicendum fuiſſet προσάπτεσθαι. Sicut paullo ante etiam pro κολάζειν, κολάζεσθαι locum habuiſſet, ſi ad ſubjectum patiens referatur. *Er. Schmid.*

16. Ὡς μυ τὸ λυπρὸν] *Squallidum, ſquallens. F.G.* Syntaxis eſt: ὡς τὸ δέμας μυ λυπρὸν ϗ ταλαίπωρον χειρῶν ἀπ' ἄκρων &c. ἔςηκε, κ̀ μεμυκὸς ἐπιτείνει πόνυς, ἰχῶρι φαύλῳ &c. τόδε διασφίγγον πόρυς πνεύμαλι βιαίῳ. ἰχῶρι φαύλῳ. i.e. διὰ τῦ ἰχῶρος φαύλυ. Τόδε διάσφιγγον. i. τῦδε διασφίγγοντος. Accuſativus abſolutus, cujuſmodi paſſim exempla occurrunt. *Ea re poros ſtringente* ob ſpiritus incluſi vim &c. pro τῷδε itaque legendum eſt τόδε cum *Gujeto*, qui tamen non τόδε ſcripſit, ſed τοδε, calami puto, ac manus lapſu. *Boiv.*

Ibid. Ταλαίπωρον] Eſt miſere cruciatum, proprie ταλαίπωρος eſt τλὰς κατὰ πῶρον, miſer circa vel propter ingentes lapides in lapicidinis, ubi laborantes gravi vexabantur labore, & ſigneſ flagris caedebantur. Poſtea in genere eſt quocumque modo valde miſer. Τὸ δέμας denique a δέδεμαι *ligatus ſum*, ſemper corpus vivum notat, cui anima adhuc colligata eſt; cum τὸ σῶμα non tantum de vivo, ſed & de mortuo corpore dicatur. Vid. *Plutarch.* de Homer. *Er. Schmid.*

20. Ἔςηκε] *Diſtentum eſt. F.G.*

Ἔςηκε &c.] Variis modis hunc & ſequentem verſum invertendo tentat Doctiſſ. *Gavel* in Miſcell. p. 419. *J.F.R.*

Ibid. Καὶ μεμυκὸς] Poteſt hic legi δεδυκὸς, ut vſ 120. — δεδυκος ὑπὸ μυχοῖσι γυίων. Longe majorem curam poſcebant Tragopodagra & Ocypus, ſed & majus otium. In nullis Codd. reliquum dramatis Ocypi comparuit. *J.B.*

Ibid. Μεμυκὸς] Τὸ βλάςημα τ ποδάγρης dicitur μεμυκὸς, non quod mugitum edat, ſed quod talis ejus materia, ut exitum ſibi per poros quaerat, & partim propter topoſitatem materiæ, partim propter διάσφιγξιν τ πόρων ὑπὸ πνεύματος non facile viam inveniat; ideoque cum cute & membranis luctetur, ut vapor intra viſcera terræ concluſus cum terræ parietibus & ſuperficie luctatur, adeo ut in terræ motu ſaepe mugitum edat; unde ſpecies quaedam terræ motus μυκητίας vocatur *Ariſtoteli* de mundo c. 4. Cujuſmodi μυκητμὸν etiam hic edere poſſet materia illa luctans, ſi cutis & membranarum ratio pateretur. *Er. Schmid.*

21. Σπλάγχνων] A cauſſa efficiente, quae eſt mala diſpoſitio τ σπλάγχνων, maxime hepatis & lienis; haec enim per σπλάγχνα hic potiſſimum intelliguntur. Sicut & *Plin* per utrumque viſcus κατ' ἐξοχὴν lienem & hepar intelligit. Pro ἐπ' αὐτῶν legi etiam poſſet ἀπ'

αὐ-

Ἢ [a] Σικελὸς αὐλὼν ἁλιπόρου διασφάγος,
Ὅπου δυσεξελίκτα [b] κυματούμενος,
[c] Σήραγξι πέτρων σκολιὸς εἱλεῖται κλύδων.
Ὦ δυστέκμαρτον πᾶσιν ἀνθρώποις τέλος;
Ὡς εἰς μάτην σε πάντες ἀμφιθάλπομεν,
Ἐλπίδι ματαίᾳ μωρὰ βουκολούμενοι.
ΧΟΡ. Ἀνὰ Δίνδυμον [d] Κυβήβης
Φρύγες ἔνθεον ὀλολυγὴν
Ἁπαλῷ τελοῦσιν [e] Ἄττει.
Καὶ πρὸς μέλος κεραύλου
Φρυγίου κατ' [f] οὔρεα Τμώλου,
Κῶμον βοῶσι Λυδοί.
Παραπλῆγες [g] δ' ἀμφὶ ῥόπτροις
Κελαδοῦσι Κρητὶ ῥυθμῷ
Νόμον [h] εὐὰν Κορύβαντες.

Siculusve canalis foſſae ponto perviae,
Ubi inexplicabilibus modis exaeſtuans
Cava per petrarum tortus fluctus volvitur.
Heu finis (*curatio mali*) nullius conjecturae patens.
Ut fruſtra omnes tibi fomenta apponimus!
Spe vana ſtultis lactati miſere modis.
CHOR. Per Dindymum Cybebes
Sacrum Phryges ululatum
Molli frequentant Atti.
Et ad cantum Ceraulae
Phrygii per ardua Tmoli
Comum Lydi celebrant.
Inſani circum clavis
Numeris Creticis modulantur
Nomon Euan Corybantes.

Clan-

a Σικελὸς] Σικελικὸς *Fl.* b Κυματούμενος] Πυματ— male *P.* c Σήραγξι] Sic *Guj.* & *B*1. recte. Σήραξι cett. d Κυβήβης] Ex *V*2. receptum. Κυβήλης *P. S. Amſt.* Κυβήσης *J. H. Fl. B. Fr.* pejus. e Ἄττει] Ἄττῃ *Fl.* f Οὔρεα] Ὄρεα *Fl.* g Δ'] Delet *Guj.* recte. h Εὐὰν] Εὐν *Guj.*

36. Παραπλῆγες] Μαινόμενοι, ἔκφρονες. *G.*

αὐτῶν, ab ipſis viſceribus; ab illis enim σπλάγχνοις ipſum prodit malum in exteriorem carnem. *Er. Schm.*

24. Ἢ Σικελὸς] Intelligit fretum Siculum anguſtum vix 7. ſtadia latum juxta *Strab.* l. 2. Unde & hic αὐλὼν nominatur ob longitud. anguſtiorem inſtar fiſtulae. *Er. Schmid.*

Ibid. Αὐλὼν ἁλιπόρου] I. e. fretum Siculum Mamertinum, in quo Scylla & Charybdis. *F. G.*

27. Δυστέκμαρτον] Inveſtigatu, cautu & obſervatu difficile, & cujus inſultuum tempora non ſatis praevideri poſſunt. *Er. Schm.*

Ibid. Τέλος] I. e. χρῆμα, *res*, podagra ſcil. *F. G.* Τὸ τέλος hic non eſt finis, ſed effectus, ita ut res effecta & ad perfectionem perducta ſit. *Iliad.* Τ. 107. *Er. Schmid.*

Τέλος] Τέλος hic non capiendum eſſe pro πράγματι, uti *Gujeto* viſum, ſed proprie pro *fine*, *exitu*, ſuadent non ſolum adjectivum δυστέκμαρτον, ſed & ſequentia, praecipue vero iſta: ἐλπίδι ματαίᾳ μωρὰ βουκολούμενοι. *J. Gavel.*

30. Κυβήβης] Conf. ſupra Ἀποφρ. c. 11. Recepi autem Κυβήβης, quia Κυβέλης alioqui ſcribendum foret, idque verſus reſpueret. Vidit etiam *J. Gavel*, qui plura de hoc nomine in Miſcell. Obſ. anni 1739. p. 420. *J. F. R.*

34. Φρυγίου κατ' οὔρεα Τμώλου] Omnes alii Lydiae Tmolum montem adjudicant, & jure: fuit enim vicinus Sardibus ad meridiem; Sardes vero fuiſſe Lydiae metropolin inter omnes Geographos & hiſtoricos conſtat. Ut tamen aliquid pro Luciano dicam, uſus eſt Phrygiae nomine latiſſime ſumpto, cujus confinia cum Lydia nunquam fuerunt certa & ſtabiliter conſtituta. Nam ſic *Strabo* L. 13. τὰ δὲ ἑξῆς εἰς τὰ νότια μέρη τοῖς τόποις τούτοις ἐμπλοκὰς ἔχει μέχρι πρὸς τὸν Ταῦρον, ὡς τὰ Φρύγια, καὶ τὰ Λύδια, καὶ τὰ Καρικὰ καὶ ἔτι τὰ τῶν Μύσων δυσδιάκριτα εἶναι, παραπίπτοντα εἰς ἄλληλα. Eum vide, ubi plures rationes reddit talis confuſionis, & patet Lucianum promiſcue Phrygiae & Lydiae nomina ſumpſiſſe, quando ſubjungit in ſequenti verſu κῶμον βοῶσι Λυδοί. *J. P. a G.*

36. Παραπλῆγες] Παραπλήσσειν eſt perperam pulſare inſtrumentum muſicum. inde ὁ παραπλὴξ, cui mentis vel ſenſuum harmonia depravata eſt. Aliud notat *Homero* Od. Ε. 415. & 440. nempe obliquis fluctibus undarum percuſſa litora. *Er. Schmid.*

Ibid. Δ' ἀμφὶ] Τὸ δ' delendum videtur. ῥόπτροις, *clavis.* ἀμφὶ *circum*, adverbium ſine caſu. *F. G.*

37. Κρητὶ ῥυθμῷ] Pro Κρητικῷ, ut vſ. 53. δακρύοις γόοις pro γοεροῖς, ſimiliumque ex aliis exemplorum copiam vid. ap. modo laudatum *Gavel.* p. 421. Habuimusque in Luciano non ſemel, quare hic non repetam. *J. F. R.*

38. Νόμον εὐὰν Κορύβαντες] Ut verſus conſtet, legendum omnino: Νόμον Κορύβαντες εὐάν. Neque τὸ εὐὰν mutandum exiſtimo, vid. *Clem. Alex.* Admon. ad Gent. p. 7. conf. p. 9. *Baſil.* orat. ad juv. p. 25. Ed. *Pott.* ἕτεροι δὲ πρὸς αὐλὸν κορυβαντιῶσι καὶ ἐκβακχεύονται. Κορυβαντιᾶν habet & Noſter in Tim. *Long.* περὶ ὕψους Sect. IV. p. 19. Vid. *Euſt.* ad Dionyſ. vſ. 524. *J. Gavel.*

39. Βρίθουσα] I. e. *Plena*, *gravida.* *F. G.*

41. Αὔτω] Cur αὔτω reſcribi velim, & ita interpretatus ſim, non opus eſt multis indicare. Proprium

Clangit pleno tuba ore	Κλάζει δὲ [i] βρίθυσα σάλπιγξ
Marti ſonans Gradivo	Ἀρεὶ κρέκυσα θύρῳ
Belliſonum fragorem.	Πολεμηΐαν [k] ἀϋτήν.
At nos tibi, Podagra,	Ἡμεῖς δὲ σοὶ Ποδάγρα,
Primas veris per horas	Πρώταις ἔαρος ἐν ὥραις
Agimus myſtae querelas,	Μύϛαι τελῦμεν οἴκτυς,
Quando omne graminoſis	Ὅτε πᾶς χλοητόκοισι
Effloruit pratum herbis.	Ποίαις τέθηλε λειμὼν,
Zephyrique a flatibus arbor	Ζεφύρυ δὲ [l] δένδρεα [m] πνοαῖς
Molli folio frondeſcit:	Ἁπαλαῖς κομᾷ πετήλοις.
Ac per domos male conjux	[n] Ἁδὲ δύσγαμος κατ' οἴκυς
Noſtras hirundo ſtridit,	Μερόπων θροεῖ χελιδὼν,
Nocturnaque per ſilvam	Καὶ [o] νύκτερος καθ' ὕλαν
Ityn lacrimis frequentat	Τὸν Ἴτυν ϛένει δακρύοις
Atthis lugens aëdon.	Ἀτθὶς [p] γόοις ἀηδών.

ΠΟΔ.

i Βρίθυσα] An Βριμοῦ *Pell.* *k* Αὔτην] Ἄτην Edd. *l* Δέ δρεα] Δένδρα *Guj.* *m* Πνοαῖς] Πνοιαῖς corrigit *Cavel.* recte. *n* Ἁδὲ] Ὅτε *Guj.* *o* Νύκτερος] Νυκτέροις *Guj.* *p* Γόοις] Γοῶσ' *Guj.*

& *Homericum* eſt ἀϋτὴ, cum de bellico clamore agitur. Ab ἄτην illo etiam verſus ſit podagricus. *J.M.G.*

45. Χλοητόκοισι] I. e. χλωροτόκοις. *F.G.*

Χλοητόκοισι] Ἡ χλόη non tantum eſt gramen virens, ſed & viriditas, foliaque virentia, unde hic ποίαι χλοητόκοι dicuntur herbæ viriditatem producentes. Caeterum Grammaticorum regula eſt: nomina paroxytona in όα, quando aſſumunt jota, fieri oxytona, ut tradit Etymologus in ῥοιά. Ut ἡ πόα, ῥόα, ψόα, χρόα, πτόα. Ita ergo ſic legendum eſſet ποιαῖς. Sed *Hom.* hoc non obſervavit, qui non ποιὴ aut ποιὰ pro herba, ſed ποίη ſcripſit. ut Il. Ξ. 347. Od. I. 449. Ψ. 387. 369. 371. Et in Hymno Mercur. vſ. 27. & 232. & in Pana 26. & in Terram matrem 15. ſicut etiam *Euſtath.* hujus diſcriminis non meminit. Relinquendum ergo παροξυτόνως, ποίαις. *Sinapius* Epitheton hoc χλοητόκοισι ad λειμὼν retulit, *graminifera prata*, ſenſu quidem per ſe ſatis bono, ſed a textus verbis alieniore, cum non λειμὼν, ſed αἱ ποίαι hic χλοητόκοι dicantur. *Er. Schmid.*

47. Δένδρεα πνοαῖς] Si legas δένδρα cum *Gujet.* legendum etiam erit πνοιαῖς, non πνοαῖς. Nam ita poſcit ratio verſus Anacreontici ſeu dimetri catalectici. Sed fortaſſe nihil hic mutandum, ut ſit tribrachys pro jambo pede *Boiv.*

Ibid. Ζεφύρυ δὲ δένδρεα πνοαῖς] Sunt hic verſus Anacreontici. Legit *Gujetus* δένδρα. Itaque & πνοιαῖς legendum eſſe, ait Clariſſimus *Boivin. Sed fortaſſe nihil eſſe mutandum, ut ſit tribrachys pro jambo.* Immo nihil mutandum, nec ut tribrachys ſit pro jambo, opus eſt. Ultima in δένδρεα ob ſequentis vocis primas conſonas, producitur; & πνοαῖς per συνίζησιν, quales συνιζήσεις poëtis ſunt frequentiſſimae, eſt monoſyllabum. *J. J.*

Δένδρεα πνοαῖς] Quid ſi πνοιαῖς legamus, ut δένδρεα trochaeum per ſynecphoneſin conſtituat, quemadmodum ὄρεα vſ. 34. ait Doct. *J. Gavel* in Obſ. jam laudatis p. 422. ad quae Clariſſ. Editor tamen recte animadvertit, ita prolatas ſyllabas unam ſaltem longam efficere, adeoque hic ſpondeum non trochaeum fore; ego nihil muto, etſi δένδρα πνοιαῖς magis placet. *J. F. R*

49. Δύσγαμος] Reſpicit ad fabulam Prognes, quae infeliciter nupta fuit Thereo regi Thraciæ, & poſtea in hirundinem mutata fingitur *Ovid.* 6. Met. *Er. Schm.*

51. Καὶ νύκτερος — γόοις] Iterum *Gujet.* pro νύκτερος legit νυκτέροις, & γοῶσ' pro γόοις. Neutrius mutationis cauſſam perſpicio. Nec ſenſus, nec metrum alterutram requirit. Quidni Aëdon poteſt dici νύκτερος, quia nocte quaſi flet, ut νύκτερος μήνη, *Luna noctivaga* apud *Aeſchylum*? De nocturnis Aëdonis, ſive Philomelae, queſtibus vid. *Virgil.* IV. Georgic. 515. ſeqq. Deinde τῦ, γόοις mutandi nulla cauſſa. Commodiſſimo epitheto δάκρυοις dicuntur γόοι. Caeterum obſervo hic Lucianum producere mediam in δακρύοις ut facere etiam in δακρύω *Moſchum* alibi oſtendi; cui nunc addo *Bionem*, cujus in Idyl. I. hic verſus eſt 34.

Καὶ παγαὶ τὸν Ἄδωνιν ἐν ὤρεσι δακρύοντι.

Dorice pro δακρύουσι. Addo & *Ariſtoph.* in Veſp. v. 973.

Αἰτεῖτε κἀντιβολεῖτε καὶ δακρύετε.

Infra quoque in Noſtri *Ocypode* vſ. 132.

Στένων, δακρύεις· ἓν δέ σοι φράσαι θέλω.

Iterum Noſter in epigrammate in Theronem prodigum,

Εὐκτήμων δ' ἐδάκρυε τὸ δεύτερον, οὐκ ἔτι κεῖνος,

Fa-

ΠΟΔ. Ὦμοι πόνων ἀρωγὸν, ὦ τρίτου ποδὸς
Μοῖραν [a] λελογχὸς βάκτρον, ἐξέρειδέ μου
Βάσιν τρέμουσαν, καὶ κατίθυνον τρίβον,
Ἴχνος [b] τε βαιὸν ὡς ἐπιστήσω πέδῳ.
Ἔγειρε τλῆμον γυῖα δεμνίων ἄπο.
Καὶ [c] λεῖπε μελάθρων τὴν ὑπώροφον στέγην.
Σκέδασον δ' ἀπ' ὄσσων νύχιον ἀέρος βάθος,
Μολὼν θύραζε, καὶ πρὸς ἡλίου φάος
Ἀθόλωτον αὖραν, πνεύματος φαιδροῦ σπάσον.
Δέκατον γὰρ ἤδη τοῦτο πρὸς πέμπτῳ [d] φάει,
Ἐξ οὗ ζόφῳ σύγκλειστος ἡλίου δίχα,
Εὐναῖς ἐν ἀστρώτοισι τείρομαι δέμας.
Ψυχὴ μὲν οὖν μοι, καὶ προθυμία πάρα,
Βάσεις ἀμείβειν ἐπὶ θύρας ὡρμημένῳ.
Δέμας δὲ νωθρὸν οὐχ ὑπηρετεῖ πόθοις.
Ὅμως δ' ἔπειγε, θυμὲ, γιγνώσκων ὅτι
Πτωχὸς ποδαγρῶν, περιπατεῖν μὲν ἂν θέλῃ,
Καὶ μὴ δύνηται, τοῦτον ἐν νεκροῖς τίθει.
Ἀλλ' εἶα.
Τίνες γὰρ οἵδε βάκτρα νωμῶντες χεροῖν,
Κάρηνα φύλλοις ἀκτέας κατάστεφεῖς·
[e] Τίνα δαιμόνων ἄγουσι κωμαστὴν χορόν;

POD. Ajutor o laborum, o tertii pedis
Vicem ſortite, ſcipio, mihi fulcias
Gradum trementem, ſemitamque dirigas.
Veſtigium tenax ut inſigam ſolo.
Hem membra ſuſcita, miſer, de ſtragulis
Latebraſque linque nigri tectas culminis.
Oculis deterge nocturnam aëris caliginem,
Foras egreſſus ad blandum ſolis jubar
Intemeratam auram ſpiritus laeti trahe.
Nam decima haec ſupra quintam lux, *ni fallor*, eſt,
Ex quo tenebris concluſus & Phoebo carens,
Cubilibus non ſtratis corpus macero.
Animus mihi quidem & voluntas praeſto adeſt
Conanti greſſus alternare ad januas.
Sed corpus ignavum haud ſervit cupidini.
Tamen urge animum, probe qui noveris,
Podager mendicus ambulare ſi velit,
Nec poſſit, eſſe eum ponendum in mortuis.
Verum eia!
Etenim qui ſunt iſti baculis fulti manum,
Sambuci frondibus revincti tempora
Cui nam Deorum agunt comiſſantem chorum?

Num,

a Λελογχὸς] Λελογχὼς male Ed. b Τε βαιὸν] Βέβαιον Guj. & Pell. c Λεῖπε] Λίπε Guj. d Φάει] Φάος Gujet. e Τίνα] Τίνι Pell.

Patet ergo, non unicum eſſe iſtum *Moſchi* locum, ubi id ſit. *J. J.*

54. Ὦμοι] An ὦ μοι; ait Doctiſſ. *Gavel.* Probo conjecturam; nam etſi οἴμοι quoque conjicere poſſis, tamen alterum praeſtat, quia invocantis hic eſt, non ejurantis adeo. quod vero addit, ſic animal tripes ſenex dicitur in notiſſimo Sphingis aenigmate, non repeto. *J. F. R.*

59. Λεῖπε] *Solan.* adleverat, λίπε *Guj.* male. Sed in notis *Gujeti* Mſſ. invenio: an λίπε; ſic verſus rotundior. Non igitur adeo male rem hic gerit, licet emendatione non opus ſit, ubi vulgatum ſanum. *J. F. R.*

Ibid. Ὑπώροφον στέγην] *Inferius conclave.* Podagri enim cubicula amant in infimis contignationibus, cum adſcendere ſcalas iis difficile ſit. *Er. Schmid.*

67. Βάσεις ἀμείβειν] I. e. *pedes alternos ponere.* *F. G.*

69. Ὅμως δ' ἔπειγε] Syntaxis, γιγνώσκων ὅτι ἂν πτωχὸς ποδαγρῶν περιπατεῖν θέλῃ, καὶ μὴ δύνηται, τοῦτον τίθει ἐν νεκροῖς. Nota φράσεως inſolentiam; τίθει pro δεῖ θεῖναι, ea eſt vis adverbii ὅτι, quod abundat ſaepe, ut in *Evang. Joan.* c. 18. ὡς οὖν εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι ἐγώ εἰμι &c. pro, ὡς οὖν εἶπεν αὐτοῖς τοῦτο, ἐγώ εἰμι &c. Sic in hoc Luciani loco videtur τὸ γιγνώσκων ὅτι τίθει ἐν νεκροῖς dictum pro γιγνώσκων τοῦτο (ſupple τὸ παροιμιαζόμενον) τίθει ἐν νεκροῖς τὸν ποδαγρῶντα &c. *Boivin.*

73. Τίνες γὰρ οἵδε] Male haec reddidit Interpres, cum ibi ἀκτέα ſit ἀκτη, i. e. *ſambucus*, cujus foliis podagrici finguntur caput cingere, quia ſambuci folia ποδαγρικοῖς βοηθεῖ μετὰ στέατος ταυρείου, ἢ τραγείου. Ita *Dioſcorides*: nec multo aliter *Plin.* & *Sammonic.* in cap. de podagra pellenda; *parva ſambucus item hircino collita ſevo. Bochart.* de animal. S. S. part. 2. l. 2. c. 6. *Almel.*

74. Κάρηνα φύλλοις] Optime *Bochart.* animadvertit, hic *ſambucum* eſſe interpretandum; nam praeter adductos ab eo auctores confirmat id *Marcellus* de Medicina c. 36. *Ad podagram frigidam ſambucum quoque cum axungia, & braſſicae cinis cum axungia impoſitus plurimum juvat.* Iiſdem pene verbis *Scribonius Largus* de compoſit. medic. c. 41. *de podagra frigida.* *Almel.*

Ibid. Ἀκτέας] Ἡ ἀκτέα, item ἡ ἀκτη, vel ἀκτὶς, vel ἀκτίος etiam *Theophraſto* L. 3. Hiſt. Plant. c. 6. (niſi forte menda ſubeſt) *ſambucus* eſt, frutex gravi foliorum odore, folia ante alios frutices & arbores fere primus emittens. Ideo hic Podagricis ſub veris initium, quo plerumque morbus invadit, numini ſuo ſacra peragentibus corona ex ſambuco tribuitur. Adde quod &

Num, Phoebe Paean, numen hi colunt tuum?
Sed non cinguntur lauri folio Delphicae.
Hymnusne bacchantum commiſſatum venit?
At non ineſt inſigne hederaceum comis.
Qui tandem nobis acceſſiſtis hoſpites?
Profamini, & veracem vocem emittite.
Quaenam eſt, quam canitis, amici, dicite.
CHOR. Tu vero quis quorumve, qui nos alloqueris?
Ut enim te baculus atque inceſſus indicant,
Myſtam videmus inſuperabilis Deae.
POD. Egone & ipſe dignus unus ſum Dea?
CHOR. Cypriam Venerem
Guttis delapſam ab aetheris
Enutriit compage decentem
Marinus inter fluctus Nereus.
Oceani ad fontes
Jovis uxorem Olympii
Illam ulnis candidis, lato ſinu,
Junonem lactavit Tethys.
De vertice capitis alterni
Peperit virginis imperterritam naturam

Μῶν, Φοῖβε Παιάν, σὺν [f] γεραίρουσιν σέβας;
Ἀλλ' οὐ στέφονται Δελφίου φύλλῳ δάφνης.
Ἦ μή τις ὕμνος [g] Βακχείων κωμάζεται;
Ἀλλ' οὐκ ἔπεστι κισσίνη σφραγὶς κόμαις.
Τίνες ποθ' ἡμῖν, ὦ ξένοι, βεβήκατε;
Αὐδᾶτε, καὶ πρόεσθε νημερτῆ λόγον.
Τίς δ' ἐστὶν, ἣν ὑμνεῖτε, λέξατ', ὦ φίλοι.
[h] ΧΟΡ. Σὺ δ' ὢν τίς, ἡμᾶς, καὶ τίνων, προσεννέπεις;
Ὡς γάρ σε βάκτρον, καὶ βάσις μηνύετον,
Μύστην ὁρῶμεν τῆς ἀνικήτου θεᾶς.
ΠΟΔ. Εἷς εἰμι κἀγὼ τῆς θεᾶς ἐπάξιος,
ΧΟΡ. Τὰν μὲν Κυπρίαν Ἀφροδίταν
Σταγόνων προπεσοῦσαν [i] ἀπ' αἰθέρος,
Ἀνεθρέψατο κόσμιον ἁρμογὰν
[k] Ἅλιος ἐνὶ κύμασι Νηρεύς.
Τὰν δ' Ὠκεανοῦ παρὰ παγαῖς
Ζηνὸς παράκοιτιν Ὀλυμπίου,
Λευκώλενον εὐρέσι κόλποις
Ἥραν ἐτιθήνατο Τηθύς.
Κορυφαῖσι δὲ κρατὸς ἐν ἀφθίτου
Ἐλόχευσε κόρης ἄτρομον φυὰν

Κρο-

f Γεραίρουσιν] Bene *rell.* Γεραίρουσι Edd. *g* Βακχείων] Βακχίων *Guj.* Βακχείῳ *Fl.* Βάκχιον marg. *A1.* *h* ΧΟΡ.] Omiſit *J.* & *V2.* Habent *Fl. P.* aliaeque. *i* Ἀπ'] Ἀπ' Edd. ſine accentu. *k* Ἅλιος] Ἁλίοις *Pell.*

&, ſambuci folia cum ſevo taurino & hircino impoſita podagram mitigare credantur, ut ait *Dioſcor.* IV. c. 168. Et ſambuci tenerrima folia, cum pari pondere radicum plantaginis, ſuillaeque axungiae veteris contrita ſubactaque podagricos dolores praeſentaneo auxilio mulcere ſcribuntur a *Matthiolo* XIV. c. 168. *Er. Schm.*

Ἀκτίας] Ἀκτία, ἀκτῆ *Sambucus.* Gloſſae habent ἀκταία male. *J. Gavel.*

75. Τίνα δαιμόνων] Quid ſi legeretur τίνι δαιμόνων; *Er. Schmid.* Idem obſervavit *J. Gavel.*

78. Βακχείων] Lege Βακχίων. *F. G.*

82. Ἦν] Ὃν requiri, ſi quantitas pateretur, quia nondum reſciverat, eſſetne Deus, an Dea, cujus feſtum agebant, monet doctiſſ. *Gavel*, in Obſ. Miſc. an. 1739. p. 423. Quid ſi ergo ſic, bis addita interrogandi nota, Τίς δ' ἐστιν; ὃν δ' ὑμνεῖτε; *J. F. R.*

86. Εἷς εἰμι κἀγὼ τῆς θεᾶς ἐπάξιος] Interpres vertit, *Unus quidem ſum: ſed Deam non dedecens.* Dum vult & ipſe ποιητίζειν, ſtultiſſime perdit ſenſum. Ego exiſtimo, Podagrum, ubi audiret ſe vocari myſtam Deae inexpugnabilis, & inexorabilis, quaſi mirabundum interrogaſſe, *Egone quoque* (qui tam miſer ſum) *ſum unus Dea dignus?* Necdum enim noverat Podager noſter, eſſe quampiam Deam, cui hos dolores ſuos deberet, cujusque ſacris eſſet ipſe quoque initiatus. Quare & in Graecis ſignum interrogandi eſt ponendum. Eumdem in modum rogat idem vſ. 125.

Εἷς ἄρα κἀγὼ τῶν κατωργιασμένων
Ἔλαθον ὑπάρχων;
Itane ſane & ego unus ſum ex initiatis; idque adhuc ipſemet ignoravi?

In priori verſu, nempe Εἷς εἰμι κἀγὼ, &c. videtur παρέλκειν τὸ, εἷς, vel ſumi pro τίς. *Unus* apud Latinos aliquando eodem modo ſumi, docuerunt jam Eruditi. Idem quoque fit apud Graecos, ut ex hoc loco liquet. Sic & apud *Aelianum* X. Ποικιλ. 18. Βουκολῶν δὲ κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἠράσθη αὐτοῦ νύμφη μία, καὶ ὡμίλησε καλῷ ὄντι καὶ νέῳ. Hic μία valet τίς. *Nympha quaedam.* *J. J.*

88. Ἀπ'] Etſi leve eſt, monendum hic tamen; quia neglexere priores. Structura eſt ἀπὸ σταγόνων αἰθέρος, adeoque anaſtrophe σταγόνων ἄπο ſcribenda, unde ἄπ' etiam retinebit accentum vulgo omiſſum. *J. F. R.*

92. Ζηνὸς] Quidni Ζανὸς legendum, & vſ. 99. ἁμετέραν, 110. τὰν δ' εὐγλ.? Bene monet *J. Gavel* l. d.

Κρονίδας, μέγ' ἄριστος Ὀλυμπίων,	Saturnius, ſupremus coelitum;
Τὰν ἐγρεκύδοιμον Ἀθάναν.	Excitatricem belli Minervam.
Τὰν δ' ἡμετέραν θεὸν ὀλβίαν	Noſtram vero Deam beatam
Ὁ γέρων λιπαραῖσιν ἐν ἀγκάλαις	Senex in mollibus ulnis
Πρώταν ἐλόχευσεν Ὀφίων.	Primam generavit Ophion,
Ὅτ' ἐπαύσατο μὲν σκότιον [a] Φάος,	Cum deſineret tenebroſum Chaos,
Ἀνέτειλέ τε λαμπέτις ἠὼς,	Orereturque fulgida Aurora,
Καὶ παμφαὲς ἀελίου σέλας,	Et lucidum ſolis jubar:
Τότε καὶ Ποδάγρας ἐφάνη κράτος.	Tunc Podagrae vis apparuit.
Ὅτε γὰρ λαγόνων σε τεκοῦσα	Cum enim ilibus te enixa
Μοῖρα Κλωθὼ τότ' ἔλουσεν,	Parca Clotho deinde abluit,
[b] Ἐγέλασεν ἅπαν σέλας οὐρανοῦ,	Riſit omne jubar caeli,
Μέγα δ' ἔκτυπεν εὔδιος αἰθὴρ,	Valdeque inſonuit ſerenus aether.
Τὴν δ' εὐγλαγέτοις ἐνὶ μαζοῖς,	Eam vero de lacteſcentibus uberibus
[c] Εὔολβος ἐθρέψατο Πλούτων.	Dives nutrivit Pluto.

POD-

a Φάος] Χάος *Boiv.* b Ἐγέλασε] Ἐγέλασεν Edd. priores. c Εὔολβος] *Gujet. Pell.* & *Schmid.* Ἔνολβος Edd. male.

98. Ἐγρεκύδοιμον] Ἐγείρουσαν. *G.*

98. Ἐγρεκύδοιμον] Epitheton Minervæ, Deae belli, ſed prudenter fortiterque geſti, ab ἐγείρω *excito*, & ἐγείρομαι med. pro quo per ſyncopen ἔγρομαι. ὁ κυδοιμὸς *tumultus*, maxime bellicus. Inde ἐγρεκύδοιμος, tumultum bellicum excitans. *Heſiod.* Theog. 925. Minervam appellat ἀγροκύδοιμον, quaſi agros vaſtantem, (ut quidam libri habent) ſed videtur ἐγρεκύδοιμον praeferendum; quod tamen non ſatis attendenti videri poſſet compoſitum ex ἐγείρω, & κῦδος *gloria*, quaſi *gloriae excitatrix* ſit Minerva, uti & *Sinapius* reddidit: *Virtute claram Palladem*, quem in verſione hujus dramatis ſubitanea ſecutus *gloriae excitatricem* reddidi, cum debuiſſem *belli* vel *tumultus excitatricem* exponere. Idque vel ex ſola quantitate cognoſcere licet; nam ὁ κυδοιμὸς *turba* corripit primam, ut paſſim ex *Hom.* liquet. At κῦδος gloria cum derivatis primam producit. Praeterea diphthongus οι in ἐγρεκύδοιμος, magis ad originem κυδοιμὸς adducit, quam ex ὁ κύδιμος. *Er. Schmid.*

101. Ἐλόχευσεν] *Heſych.* λοχεύει, τίκτει, γεννᾷ. F. G.

Ἐλόχευσεν Ὀφίων] Non quod Ὀφίων hic pepererit podagram, ut mater, quam mox nominat Μοῖραν, ſed quod ille antiquiſſimus Ὀφίων ante Saturnum, Jovem, Junonem & Minervam jamdudum podagram habuerit, & in ulnis ſuis quaſi foverit. Commendat ergo Chorus hic podagram ab antiquitate. Ὀφίων autem unus putatur e ſociis Cadmi e dentibus Draconis nati, *Ovid* III. Met. accepitque nomen ab ὄφει, *ſerpente*. Aliis tamen verius hic Ὀφίων unus Titanum putatur, de quibus *Heſiod* Theog. 207. Hic cum Eurynome Oceani filia ex Thethye, ut habet *Heſiod.* Theog. 358. rerum potitus fingitur ante Saturnum, a quo & a Rhea caeli gubernaculis dejectus dicitur. Meminit hujus rei *Lycophr.* in Caſſ. vſ. 1192. *Er. Schmid.*

107. Μοῖρα] Genitricem podagrae. Supra Podager ex impatientia loquens Μέγαιραν pronuntiavit, ob furorem & carnificinam morbi. Hic Chorus non tam ex impatientia quam ex aſſuetudine loquens matrem facit unam Parcarum, quam in genere nominat Μοῖραν, i. e. *Fatum*. Dein Κλωθὼ in ſpecie, i. e. decretoria vis naturæ, a κλώθειν decernere. *Er. Schmid.*

108. Ἐγέλασεν] Haec jocoſe fingit Poëta, ut ludibria in podagricos ab amicis jacta excuſet, cum merito, exorta apud aliquem podagra, ridere videantur amici, quandoquidem ipſum coelum in primo ejus ortu riſerit, & cum ſerenitate, in ſignum laetitiae, tonuerit. *Er. Schmid.*

Ἐγέλασεν] Lepide ſane dictum, ut non immerito pro Dea habeatur Podagra. Solent enim fingere poëtae, naſcente Deo aliquo omnia ridere quaſi, & laetitia perfundi. *Dionyſ. Perieg.* vſ. 939. ſeqq. *Theogn.* vſ. 5. ſeqq. *J. Gavel.*

110. Εὐγλαγέτοις] Εὐγλαγέτοις ἐνὶ μαζοῖς foetus bene creſcit & pingueſcit, ſic podagra, alimonia large ſubminiſtrata, creſcit & cito adoleſcit. Γλάγος poet. pro γάλα, hinc εὐγλαγὴς, *lacte abundans*. Sed pro εὐγλάγετος, *Lycophr.* Caſſ. 307. εὔγλαγος. *Hom.* εὐγλαγὴς Il. II. 642. Ceterum ἐνὶ μαζοῖς pleonaſmus Atticis non infrequens, & fruſtra hebraiſmi ſuſpectus in *Matth.* III. 11. *Marc.* I. 8. *Joan.* I. 26. & 31. *Eurip.* in Suppl. 593. στρατηλατήσω κλυτὸς ἐν κλυτῷ δόρει. *Muſaeus* 158. παραπλάγξας ἐνὶ μύθοις. *Seducens verbis.* Haec *Schmid.* Nec infrequens Luciano: Vid. nos ad *Philopſ.* c. 33. ad *Herod.* c. 5. & *Hemſt.* ad *Dial. Mort.* XXIII.

POD. Quibus at ſuos ſacris ſocios inaugurat?	ΠΟΔ. Τίσι δ' ἐν τελεταῖς ὀργιάζει προσπόλους;
CHOR. Non ſanguinem impetuoſum affundimus de acie ferri:	ΧΟΡ. Οὐχ αἷμα [d] λάβρον προχέομεν ἀπὸ στόματος σιδάρου,
Non crinis liberi nodis implectitur cervix:	Οὐ τριχὸς ἀφέτου λυγίζεται στροφαῖσιν αὐχὴν,
Nec ſonantibus terga talis concrepant:	Οὐδὲ [e] πολυκρότοις ἀστραγάλοις πέπληγε νῶτα,
Neque crudis, laceris, taurorum carnibus veſcimur:	Οὐδ' ὠμὰ λακιστὰ κρέα [f] σιτούμεθα ταύρων.
Sed quando ulmi vere tener flos abundat,	[g] Ὅτε δὲ πτελέας ἔαρι βρύει τὸ λεπτὸν ἄνθος,
Et arguta cantat in ramis merula:	Καὶ πολυκέλαδος κόσσυφος ἐπὶ κλάδοισιν ᾄδει,
Tunc per membra acutum telum haeret myſtis,	[h] Τότε διὰ μελέων ὀξὺ βέλος πέπηγε μύσταις,
Obſcurum, latens, ſubiens receſſus artuum,	Ἀφανὲς, κρύφιον, [i] δεδυκὸς ὑπὸ μυχοῖσι γυίων,

Πό-

d Λάβρον προχέομεν] Πρόχομεν *Gujet.* *e* Πολυκρότοις] Πολυκρότοισιν *Gujet.* male. *f* Σιτούμεθα] Σιτούμεθα *J.* Σιτούμεσθα *Guj.* Quod edidimus, eſt in *Fl. P.* &c. *g* Ὅτε] Ὁπότε *G.* *h* Τότε] Τοι τότε *Guj.* recte conjicit. *i* Δεδυκὸς] Διαδεδυκὸς *Gujet.*

XXIII. f. Conf. infra ad vſ. 268. ubi rurſus alia ſimilia adferuntur. *J.F.R.*

111. Πλούτων] Abſurde Pluto nutrix ſit. *M. du S.*

Πλούτων] Minus abſurdam nobis reddit hanc fictionem Cl. *Schmidius*; qui notat: „ Supra Podager nutricem fecit τὴν Ἀλίκτω, ad cauſſas internas reſpiciens. Hic autem Chorus ad cauſſas externas adjuvantes & augentes, quas tribuit *Plutoni*, i. e. divitiis ac diaetae lautae, dum pauper à podagra fere immunis degit". Probo antiſtrophen; ſed & fateor durum, tribuere mammas lactantes Plutoni. *J.F.R.*

112. Τίσι] Hic verſus ſenarius videtur. Ὀργιάζει *initiat.* *F.G.*

Τίσι δ' ἐν τελεταῖς ὀργιάζει προσπόλους;] Claudicat verſus. Non dubito quin exciderit ἥδ', & legendum ſit,

Τίσι δ' ἐν τελεταῖς ἥδ' ὀργιάζει προσπόλους;
Quibus vero ſacris illa antiſtites initiat?

ἥδ', *illa*, ſcilicet Dea. Poſſet etiam legi κατοργιάζει. Sed alterum illud magis arridet. *J.J.*

113. Οὐχ αἷμα] Non videtur illa effuſio ſanguinis in alieno ſubjecto accipienda, ſed in proprio initiandorum, cujuſmodi fuit ceremonia Baalitarum, qui cultellis membra lancinare ſolebant, ut ſanguis largiter efflueret, vid. I. *Reg.* VIII. 23. Quae ceremonia Luciano incognita non fuit, cum initio Chriſtianus & verbi divini praeco fuerit. *Er. Schmid.*

Οὐχ αἷμα] Et ſequentes πολυειδῆ metra. *F. G.* Idem in nott. Mſſ. aliter tentabat, quam in variantt. notarat *Solan.* nempe: Οὐχ αἷμα προχέομεν λάβρον ἀπὸ σ. &c. Deinde ad verbum προχέομεν adſcripſit, forſan προχέομεν, i. e. non aciē gladii ſanguinem profundimus. Ideo aut *Salan.* in excerpendis ſchedis *Gujeti* aberravit, aut alias habuit. Superior illa inverſio magis adrideret; ſed vulgata ſtare poteſt. His ante a me notatis, video jam etiam *Gavellium* fateri, ſenſum *Gujetiana* emendatione aptiorem fieri, ſed metrum impugnari; ideo vulgato verſior. ordine ſervato mallet προχεύομεν. Fortaſſe tamen nihil mutandum eſt, ut ſubaudiatur βωμῷ vel βωμοῖς; ſenſus tunc erit, *aris non adfundimus ſanguinem.* Mox vſ. 140. ipſa Dea Podagra οὔτε χυθὲν αἷμα βωμοῖς παρ' ἐμπύροις placare ſe poſſe adfirmat. *J.F.R.*

Ibid. Ἀπὸ στόμ. σιδ.] Os ferri *acies* eſt, inde μάχαιρα δίστομος *Hebr.* IV. 12. Et *Apoc.* I. 16. &c. ap. *Eurip.* in Suppl. ὀξύστομος μάχαιρα. *Er. Schmid.*

114. Οὐ τριχὸς ἀφέτοιο] Sic *Schmid.* Additque non *evulſionem ſetarum* eſſe, ut vertitur, ſed flexum, collectionem, unde λυγίζω in nodum colligo, vimine necto. Adeoque contorſiones capillorum ipſorum myſtarum intelligi, non caedendarum victimarum. Probo. *J.F.R.*

115. Ἀστραγάλοις] Glandes ac tali ſcuticis innecti ſolebant ad vehementiorem ictum. Sic μάστιγες ἀστραγαλωταὶ, vid. *Plut* adv. Colot. & *Euſtath.* Il. Ξ. & Ψ. qui etiam σκορπίοι. I. *Reg.* XII. 11. & 14. *Er Schmid.*

116. Λακιστὰ] *Diſcerpta.* *Heſych.* λακίζει, ῥηγνύει, ῥήσσει. &c. *F.G.*

Ibid. Κρέα] Recte hic α. producitur, quia craſis ex κρέατα, κρέαα, κρέα. Ap. *Hom.* Od. A. corripitur. Sed ibi ἀποκοπὴ eſt ex κρέατα. Nam contractum α. ſemper longum, ut γέρα apud *Sophocl.* El. A. I. Sc. 4. *Er. Schmid.*

120. Δεδυκὸς] Nondum video verſum ſanatum, ſi cum

Πόδα, γόνυ, κοτύλην, ἀστραγάλους, ἰσχία, [a] μηρούς,
Χεῖρας, ὠμοπλάτας, βραχίονας, [b] κόρωνα, καρπούς,
Ἐσθίει, νέμεται, φλέγει, κρατεῖ, πυροῖ, μαλάσσει,
Μέχρις ἂν ἡ θεὸς τοῦ πόνου [c] ἀποφυγεῖν κελεύσῃ.
ΠΟΔ. Εἷς [d] ἆρα κἀγὼ τῶν καλωργιασμένων
Ἔλαθον ὑπάρχων; [e] τοι γὰρ ἡκέτω πρευμενὴς
Δαίμων φανεῖσα, σὺν δ' ἐγὼ μύσταις ὁμοῦ
Ὕμνων κατάρξω, τὸ ποδαγρῶν ᾄδων μέλος.
ΧΟΡ. Σίγα [f] μὲν αἰθὴρ, καὶ νήνεμος ἔστω,
Καὶ πᾶς ποδαγρῶν εὐφημείτω.
[g] Ἴδε πρὸς θυμέλας [h] κλινοχαρὴς
Βαίνει δαίμων, σκίμπωνι βάσιν [i] στηριζομένη.
Χαίροις μακάρων πολυπραοτάτη,
Καὶ σοῖς προπόλοις ἵλαος ἔλθοις,
Ὄμματι φαιδρῷ, δοίης δὲ πόνοις λύσιν ὠκεῖαν,
Ταῖς δ' εἰαριναῖς ὥραις.

Pedem, genu, acetabulum, talos, coxendices, femora,
Manus, ſcapulas, brachia, roſtra, carpos,
Adedit, depaſcitur, urit, tenet, inflammat, coquit,
Donec Dea faceſſere dolorem juſſerit.
POD. Unum ergo initiatorum ego memet quoque
Eſſe ignorabam. Igitur venito propitia
Dea apparens: tuis ego cum myſtis ſimul
Hymnos incipiam, podagrorum carmen canens.
CHOR. Taceto caelum, & tranquillum eſto,
Omnis podager linguis faveto.
En ad altaria lecto gaudens
Vadit diva, ſcipione gradum
Sibi fulciens. Salve divûm
Mitiſſima tu, famuliſque tuis
Placida adeſto lumine blando.
Tribuaſque dolori finem celerem
His temporibus vernis.

POD.

a Μηρούς] Ἤδη μηρούς Gujet. & Pell. b Κόρωνα] Κόχωνα Guj. c Ἀποφυγεῖν] Ἀπεκφυγεῖν vel ὑπεκφ— Guj. d Ἆρα] Ἄρα Edd. e Τοι γὰρ ἡκέτω] Ἡκέτω τοι γὰρ Guj. & Pell. invertunt. f Μὲν] Delet Guj. g Ἴδε] Ἤδη Guj. Nil mutat Fl. h Κλινοχαρής] Ἡ κλιν. Pell. i Στηριζομένη] Novum hic verſum incipit Pell. vid. not.

cum Gujeto διμεδίδυκος legas. J.F.R.

121. Ἰσχία, μηρούς] Non ſatis accurate in variis lectt. notavit Solan. emendationem Gujeti, quae ſic habet: lege, ἰσχί' ἤδε μηρούς. tumque verſus conſtabit. J.F.R.

122. Κόρωνα] Forſ. κόχωνα. Heſych. κόχωνα τὰ ἰσχία καὶ τὰ ὅμοια. i. e. τὰ ἄρθρα. F.G. Sed vide, de voce κορωνὰ Poll. L. 2. p. 141. J.Gavel. Ἡ κορώνη vel τὸ κόρωνον eſt oſſis apophyſis ſic dicta, quia roſtro τῆς κορώνης ſeu cornicis ſimilis eſt: praecipue ἡ κορώνη in cubito eſt, τὸ κόρωνον vero acuta maxillae inferioris productio, Hippocr. de artic. Er. Schmid.

123. Ἐσθίει] Lege ἔσθει, recte ait J.Gavel.

126. Ἔλαθον ὑπάρχων, τοι γὰρ ἡκέτω πρευμενὴς] In hoc verſu, qui revera vitioſus eſt, κατὰ τὸ μέτρον, pro τοὶ γὰρ ἡκέτω Gujetus ἡκέτω τοι reſcribit. Si cui haec transpoſitio, & ejectio τοῦ, γὰρ, nimia videtur, poteſt vel

Ἔλαθον ὑπάρχων; τοὶ γὰρ ἧκε πρευμενὴς, &c.

ut adloquatur Podager Podagram Deam; vel pro πρευμενὴς legere εὐμενής. J.J.

Ibid. Ἡκέτω] Quidni ἱκέτω; J.Gavel. Recte; & minore negotio quam cum Gujeto invertendo, & ἱκέτω etiam tempore imperfecto ſcribendo. J.F.R.

Ibid. Πρευμενὴς] Quaſi πραευμενὴς, ex πρᾶος & εὐμενής. Signif. mitem, clementem. Exſtat haec vox etiam ap. Lycophr. Caſſ. 537. & 1055. Er. Schmid.

129. Σίγα μὲν] Anapaeſti. Lege itaque, Σίγ' αἰθὴρ &c. F.G. Τὸ σίγα adverbium eſt. Et tamen phraſis uſitata σίγα εἶναι, Tacitum eſſe. Eurip. Hecub. Σίγα πᾶς ἔστω λεώς — Ariſtoph. κάθιζε σίγα. Er. Schmid.

132. Στηριζομένη] In Pell. verſus ſic diſtinguuntur:

Στηριζομένη· χαίροις μακάρων
Πολυπραοτάτη, καὶ σοῖς προπόλοις
Ἵλαος ἔλθοις ὄμματι φαιδρῷ·
Δοίης δὲ πόνοις λύσιν ὠκεῖαν,

Idem habet Gujet. Melius quam vulgo, nondum tamen recipere auſus ſum. J.F.R.

137. Τίς τὴν] Τίς βροτῶν τῶν ἐπὶ χθονὸς &c. F.G. Quibus verbis conſtructionem tantum indicare voluit. J.F.R.

141. Οὐ ναὸς ὅλος περικρεμὴς ἀγάλμασιν] Hypallage pro, ὅλος ναοῦ περικρεμοῦς ἀγάλμασιν, i. e. ἀναθήμασι. Notanda vox περικρεμὴς, qua carent Lexica. Joſephi locus in Archeol. L. XV. c. 11. huic non abſimilis, τοῦ δὲ ἱεροῦ παντὸς, inquit, ἦν ἐν κύκλῳ πεπηγμένα

POD. Quis inſuperabilem dolorum me dominam
Podagram non novit in terra mortalium?
Quam nec vapor turis placare acrem poteſt,
Nec affuſus focis ardentibus cruor.
Non aedes ſigna divitum ſuſpenſa habens.
Quam nec Paean medicamentis ſuperare valet,
Cunctorum Caelitum medicus Deûm licet:
Non filius Phoebi peritus Aeſculapius.
Etenim qua primum aetate hominum genus exſtitit,
Meam volunt omnes ejicere potentiam
PAL. OBſecro te, ô Charon, ſine me ut jam navim conſcendam. CHAR. Quis me appellas? PAL. Ego navita quondam illius, quem nuper viventem transvectaſti, Aeneæ Trojani. CHAR. Tune ille es, qui apud portus Velinos inhumatus jacebas? PAL. Ille ipſe ſum. Sed crede coeleſtium nutu fieri ut transvehar, quorum prodigiis longe lateque actae finitimae gentes, & oſſa mea jam expiaverunt, & tumulum mihi, tumuloque inſuper ſolennia ſtatuerunt. Quare te oro, ô juſtiſſime Charon, patere tandem ut ingrediar. ſic proſpera ſemper ſit navigatio tua, ſit ſolida navis tua, atque inconcuſſa. CHAR. Rem juſtam petis, Palinure, ingredere ut libet. Vos vero tam confertae umbrae, quid fatigatis me precibus? Quid fatigatis? Quaenam haec vis deſiderii? Expectate tantiſper, dum trans flumen hunc porto: regrediar quamprimum. PAL. Habeo tibi, Charon, immortales gratias, qui me his tandem eripuiſti è malis, qui me dira hac tandem qua detinebar transfretandi cupidine liberaſti. CHAR. Amo te equidem, Palinure, tum propter Æneam regem, quem mihi nominaſti, qui & ſuper omnes, quos unquam viderim mortales, viſus eſt mihi ſingulari quadam praeditus pietate: tum propter meum etiam, quod olim commune fuit tibi, magiſterium: Par enim ſibi quiſque parem affectat: delectatque magis, quae inter pares ſit vel confabulatio, vel vitae actio. Afficiebar porro non modico dolore, quum videbam jamdudum te in citeriore hac ripa errantem, incertumque ſedis tuae. Neque licebat tibi ſuccurrere, propter legem mihi datam, ne quemquam niſi humato prius corpore tranſportem. Sum enim ego minimus inter infernos habitatores, ſubjectusque alienae poteſtati, cui parere non tam pulchrum mihi, quam alias neceſſe ſit. Gaudeo autem nunc & laetor, quod ea aliquando ſe ſors tibi obtulerit, qua & tuum implere deſiderium, & meum relevare dolorem ſalva lege officii mei poſſum. PAL. Imo ego non minus propter te dolebam, ô Charon, quia perſpiciebam tot te graves aſſiduosque labores perferentem ſine ulla relaxatione. Neque enim me latet, quot quantisque vexari malis ſolent navium gubernatores, qui nihil aliud in vita quam navigationem exercui: atque ita exercui, ut nihil illa gravius, nihil periclitantius contingere mortalibus putem: propter quod credibile magis tibi videri poteſt, ſi angebat me utique fatigatio tua, repetentem animo antiquas, quas juvenis etiam ſuſtinebam, nauticas fatigationes meas: quarum experientia jam edoctus ſciebam probe, pari malo tuo condolere. CHAR. Fruſtra propter me dolebas, Palinure: nam nihil moleſta mihi eſt ars mea. PAL. Quid ais? CHAR. Ajo gratam me habere & jucundam artem meam. Vides ut cruda viridisque ſenectus eſt mihi? Memini haud unquam ab ipſa, qua jam omnium annos ſupero, longaeva aetate mea pertaeſum me eſſe laboris mei, qui quotidie inſto alacrior atque valentior. Sed intelligo, cur tu aliter tibi perſuadeas. Eſt enim communis hic morbus mortalium, ut ſortis ſuae quemque diſtaedeat ſemper, vivatque contentus nemo ſtudiis ſuis, laudent vero longe, ac

beatiores exiſtiment omnes, qui diverſas a ſe artes atque actiones ſequuntur: verum falluntur maxime opinione ſua. Nam ſi recte intueri velint, cognoſcent perſpicue, nullum eſſe in vita eorum ſtatum, qui non magnis ſcateat miſeriis, quem non magnae gravesque perturbent undique moleſtiae & vexationes. Et ſi detur aliquando, ut alter in alterius ſtudia transferatur, quam videas tunc ſua cuique levia videri, quae prius prae gravitate accuſabat: contraque ea graviora, quae prius levia videbantur? Itaque ſi bene conſideres, Palinure, non eſt ita gravis mea conditio ut cenſes, neque propterea quod nauclerus ſim, ſum eo miſerabilior. Sed tu (ut video) ſequeris vanos errores mortalium, ego vero integritatem tantum, judiciique veri lucem ſecutus, dego contentus ac laetus ſorte mea, neque adſcribo mihi calamitatem, quod deſudem quotidie navigando, & defatiger. Neque ob hoc arbitror quempiam horum qui mecum ſimul ultimas ſedes colunt, me eſſe beatiorem, non ipſos judices, Minoëm, Rhadamanthum & Æacum, quanquam magna omnes emineant poteſtate: non ipſum Ditem, quamquam ſceptro potens ſit, atque regna iſta moderetur. Sunt namque & illis ſui labores, ſuaeque moleſtiæ, & majores forte, quo & majore regiminis ſarcina premuntur. PAL. Potes de te tibi, Charon, perſuadere ut libet: mihi enim de me nunquam perſuadere poteris, quin ars noſtra ſine ulla comparatione caeteras laboribus & periculis excedat: quod liquido tibi probarem, niſi quod vereor ne taedio te afficeret fortaſſe longior narratio noſtra. CHAR. Imo ſumma me afficeret recreatione. Nam & delectat me tecum ſermocinari, & navigantibus etiam magnam animorum refocillationem afferre ſolent hujusmodi confabulationes. PAL. Quando igitur non eſt tibi injucundum, proſequar ſuſcepti ſermonis noſtri rationem, ut intelligamus, non eſſe duriorem ullam, quam nautarum ſortem: quod tibi facile perſuadebo, ſi animadvertas, quos aeſtus & frigora tolerare eos, quos perhorreſcere tonitrus & fulgura, quibus perfundi imbribus, qua ventorum rabie agitari quotidie neceſſe ſit. Si cognoſcas, quoties eos torqueri fame & ſiti; quoties ſqualore etiam teterrimo conſumi contingat: ſi attendas habitationem eorum inſtar carceris, ſupellectilem vel nullam, vel ſordidiſſimam, ſtrata dura, cibaria aſpera, potum immundiſſimum, indumenta ſpurca, incommoditatem rerum omnium, noctes inſomnes, & ſub divo ſemper, & inquietas: taceo perpetuum alioqui quoddam eorum exilium: quos patriae eorum exteros, profugos, vagos, palantes, ignaros quietis, privatos omni (quo nihil eſt in vita dulcius) conjugis ſobolisque fructu ac jucunditate, quis non abjectiſſimos, longeque omnium mortalium miſerrimos eſſe judicabit? Praetereo Scyllam, Charybdim, Syrtes, Symplegades, tot infeſta navigantibus maris pericula. Omitto tempeſtates, quibus nec viſu quicquam eſt triſtius, nec horribilius, quibus & ad ſummum vitae usque diſcrimen quotidie jactantur, quatiuntur, & (quod ſaepe accidit) ſubmerſi tandem obruuntur. In qua re nemo eſt, qui idoneus magis quam ego teſtis adhiberi queat: qui cum multis fuerim quaſſatus tempeſtatibus, tum ea maxime quæ me ex Sicilia in Italiam navigantem invaſit, tam ſaeva atque horrens, ut horrori ſit adhuc mihi ejus recordatio. Non poſſum certe, ut par eſſet, explicare tibi acerbitatem illius tempeſtatis; ſed quanta extiterit, ex hoc facile conjecturam facere potes, quod Æneam ducem, cujus ſumma conſtantia & animi fortitudo ubique decantatur, vidi ego contrementem graviter atque ingementem, extentisque ad coelum manibus beatos longe inclamantem eos, quibus ad Trojam oppetere contigiſſet, lamentantemque pari ab eorum morte, ac fortiſſima, a Diomedis gladio ſe ereptum extitiſſe. Crudelem equidem tum illuxiſſe omnibus ultimum, neque ex numero noſtro quenquam putavi evaſurum, non ipſum Æneam, non Ilioneum, non Achatem, non Abantem, grandaevumve Alethem, quorum naves longe diſiectas, ad ſummumque pene exitium adductas, neſcio quæ vis illa niſi divina liberavit. CHAR. Non incognita mihi narras: haec ea ipſa die reſcivi. PAL. Quo id mo-

modo? CHAR. Quo id modo, rogas? An acrem illum fidumque Orontem ignoras, ductorem Lyciæ navis? Is quidem tunc ſubmerſus conceſſit ad me illico, exponens mihi ex ordine omnia quæ tu diſſeruiſti, implorans deinde opem, rogitanſque multum ut ſe ulteriore in ripa ſiſterem: quod nunquam paſſus fui, quum inter fluctus adhuc corpus ſuum ſine ſepulchri honore jactaretur. Nunc agit ſeſe circum haec ſtagna moeſtus atque errabundus: vidiſti illum? PAL. Et tum vidi, & unicum meorum ſolatium habui, dum tantiſper in ripa moratus, pari cum eo detinebar infelicitate. Nec enim falſa de triſti ejus interitu retuliſti, cujus adhuc imago ſubit mihi, dum excuſſum e puppi, contortumque ter eum atque circumactum (horrendum) a fluctu, *rapidus tandem aequore vortex Abſorpſit.* Sane quod ad me pertinet, nihil ediſſeram: qui licet eam evaſerim tempeſtatem, amarum tandem aliquando etiam vitæ meæ finem inveni, excuſſus & ipſe pariter atque jactatus inter undas: quod deerat, inſuper ferro praeterea obtruncatus. Ex quo nec tantum mihi timui, quam Æneæ meo, ne tantis undis ſurgentibus ſpoliata magiſtro navis deficeret. Haeccine eorum deliciæ, opes, tranquillitas? Sic illis vivitur, ſic moritur. Tui nunc & aliorum defende ſtudia & artes, contendeque, ſi libet, majorem eſſe etiam eorum miſeriam & calamitatem, qui patrias incolentes ſuas, uxorumque ac filiorum ſocietate beati, quieſcunt, gaudent, ludunt, hortantur, amicitias colunt, exercentur commode, habitant magnifice, veſtiuntur culte, convivantur laete, cubant molliter, jucundos ſuos ac geniales agunt dies. Adde qui in urbibus optimates & primarii magnam ſibi vendicant auctoritatem, habenturque ſummo in pretio atque honore, qui jus dicunt, qui cauſſas agunt aliorum, qui faſces gerunt, qui ducunt exercitus, qui vel aſſiſtunt principibus, vel principes ipſi magni illuſtreſque ſunt: quibus nec optabilius quicquam in vita eſſe video, neque beatius. CHAR. Falleris longe, Palinure: nam quos beatiores eſſe arbitraris, miſeriores illi ſunt ulla ſine dubitatione. Neque enim negaverim ſortem ſubjectam eſſe nautarum magnis malis: ſed ita ſubjectam, ut comparatione aliarum, quæ majoribus etiam gravantur incommodis, minus certe miſera judicanda ſit. Quid enim triſtius, ut ad tuos veniam, qui patrias ſuas colunt, quid miſerabilius, quam domi ſuæ agere, & ita agere, ut jucundiorem aliquando quam vitam mortem optes? Quæ ulla major calamitas, quam circundari urbem hoſtibus, ingruere bellum, volitare tela, ſtringi enſes, perfodi muros, fremere tormentis, ſaxo dirui, domos tremefieri & concuti? Quamque fame ſitique deficere, corrumpi aërem, occupari moenia, ſpoliari templa, diripi patrimonia, publicari bona, incendia parari, malos exultare, bonos torqueri, affici convitiis, expelli domibus, vulnerari, carcerari, relegari, deportari, trucidari filios ante parentum ora, vim pati uxores, ſtuprari gnatas? Videntur an haec tibi mala, Palinure, & an his, quæ tu meminiſti, ulla ex parte comparanda? PAL. Quam vera narras, ô Charon! quam nunc vel audiens iſta perhorreſco! Venit enim mihi in mentem gravis illa & deploranda patriæ meæ deſolatio, Trojæ, inquam, tam praepotentis olim atque praedivitis, cujus everſione nihil credo referri poſſe crudelius aut lacrymabilius: tantaque fuit calamitatis ejus magnitudo, ut longe plura etiam atque triſtiora, quam tu ſupra memoraveris, ſibi contigerint: quæ ſi velis, omnia tibi, ut rem certius agnoſcas, explicabo. CHAR. Haud opus eſt, Palinure, quoniam & tempus non patitur, & ego haec omnia non ſecus ac tu nota atque comperta habeo. Nam & mihi renunciaverunt, ut quaeque adventabant, animæ ex illo bello profectæ. Nihil certe, ut nunc tu dixiſti, pervenit ad aures meas crudelius aut lacrymabilius. PAL. Faxo ut jubeas: ſed advertas, Charon; graviſſima licet haec ſint, rariora tamen contingere, quam ea nautarum, quæ ſupra expoſui. CHAR. Referam ergo alia frequentiora, & ex ipſis quidemmet civitatibus, quarum relatio augebit etiam earum miſeriam. Vade, oro, & per civitatem, plateas porticuſque diſcurre: quid aliud offendes, quam oblatrantium maledicta, inſimu-

mulationes peſtilentiſſimas, optimi cujusque dilacerationem, quid non? exploratorum inſidias, invidentiumque venena. Diverte modo greſſum, & artificum mercatorumque tabernas ac conventus pete: quid aliud deprehendes, quam ſermonum nebulas, fucos, mendacia, deceptionesque manifeſtas? Transfer dehinc te in fora publica, ſedesque judiciarias: quid aliud audis quam undique omnia magno ſtrepitu ac clamore miſceri? Quid intelliges aliud, quam caedes, hominum compilationes, furta, graſſationes, conſpirationes, proditiones? Quæ alia occurrent tibi, niſi litigatorum jurgia & contentiones, teſtium perjurationes, cauſidicorum praevaricationes, judicum corruptiones, praeſidum ambitiones ac rapinæ? Quos ibi alios obviam tibi habebis, quam exultantes improbos, lugentes bonos, oppreſſas viduas, proculcatos pupillos, egentes proſtratos? Attolle poſtea altius oculos, & atria principum perſcrutare, quam non videbis ibi aſſentatorum exaltationem, ſpeculatorum acceptionem, militum audaciam, foeneratorum voracitatem, quaeſtorum improbitatem, quam non potentum hominum in tenuiores vim atque inſolentiam? Quas non concuſſiones? quas non populationes? quos non innocentes accuſari, criminari, carcerari, proſcribi? PAL. Gravia haec nimis ac miſerabilia. CHAR. At reſtant alia, quæ non minus tibi graviora & miſerabiliora videbuntur. PAL. Perge. CHAR. Quæ fortaſſis etiam graviora & miſerabiliora judicabis, quoniam domeſtica ac frequens magna eſt eorum peſtis. PAL. Fare. CHAR. Nolo tibi Palinure afferre in medium graves longosque artificum & negotiatorum labores: non eos quibus afficiuntur agrorum cultores, non quibus milites, non quibus cauſidici, caeterarumque diſciplinarum ſectatores, aeſtus, algores, inediam, peregrinationes, anxietates vel pericula, vulnera, caedes, diſtrictas habitationes, infinitaque agendi, cubandi, veſcendi incommoda vel faſtidia, laſſitudines, vigilias, ſolicitudines, odia, & infamationes. Nam ſi complecti cuncta ſermone meo atque exequi voluerim, tot tantaque dicenda ſe offerent, ut præ longitudine malorum ac mole, citius navigatio noſtra quam oratio finem poſſit invenire. Omittam itaque, & commemorabo tantum, quas inter domeſticos parietes, tum ſervorum, tum uxorum ac filiorum moleſtias ac turbationes peſſimas perferre ſolent qui gubernationi praeſunt rei familiaris. Quam ſi ita ut navalem expertus eſſes, facile, quicquid dicturus ſum, me etiam tacente & intelligeres & approbares. Nam ſervorum primo in dominos ſemper prompta maledicta, furta, impoſitiones, fugas, arrogantiam, negligentiam rerum dominorum, temulentiam, edacitatem, ſomnolentiam, tarditatem, ignaviam, nemo eſt qui non videat magnam afferre his qui patiuntur, infelicitatem. Deinde filios, quorum amore nihil dulcius eſſe fertur, quanta animi cum amaritudine aſpiciant parentes vel aegrotare, vel mortem obire, quod frequenter admodum fit, ſatis exiſtimo etiam te intelligere. Quam vero gravem & anxiam credis eſſe eorum vel parturitionem, vel educationem, vel inſtitutionem? Quoties pro eis bonos parentes gemere, ſuſpirare, dolere, torqueri? Quanta etiam putas perturbatione affici, dum quos progenuerunt, immenſaque adeo cura aluerunt, vel parum ſibi audientes, vel rebelles ac infeſtos poſtea habere contingat? Quam dolenter eos ferre, arbitraris dum inſani & vecordes ſunt, dum hebetis & craſſi ingenii, dum effoeminati & molles, dum dilapidant & evertunt patrimonia, dum nulli bono operi & ſtudio intendunt, dum per praecipitia vitiorum omnium vitam ducunt ſuam? Quid de uxoribus loquar, quas dos tumidas, genus inſolentes, forma ſuſpectas, deformitas reddit inviſas? Quarum lingua nihil pernicioſius, quarum audacia nihil prodigioſius, quarum improbitate nihil execrabilius. Quæ jurgiis ſemper & contentionibus obtundunt viros, quæ ſemper conqueruntur, ſemper exprobrant, ſemper inſidiantur. Quibus quum deſint caetera, nunquam tamen lacrymæ, gemitus & ſuſpiria. Quæ caeca ſua (qua tantum ardent) ornamentorum ambitione exhauriunt opes, labefactant domos, cogunt maritos in malos quaeſtus, in dira ſcelera. Non re-

refero turpiſſima adulteria, quibus nec punitur minus, nec peccatur magis quicquam. Ea quanto dolore afficiant bonos conjuges, nemo ſatis unquam meo judicio enarrare poſſet, ſed magnum doloris argumentum praeſtant, & graviſſimas caedes, & ingentia quæ ſaepe propter corruptas uxores bella exarſerunt. PAL. Hoc plus quam vellem, ſcio: nam arduum illud quod ego vidi Graecorum & Trojanorum bellum propter Helenæ raptum, in eam excrevit rabiem, quam nulla mundi regio ignoravit. CHAR. Quæ toti mundo manifeſta ſunt, ea tantum noſti, Palinure: at ſi ſingula, quorum nihil me latet, intelligeres, adducereris in tantum ſtuporem, ut ſtupeſcens etiam præ miſeratione conjugalem vitam lacrymares. PAL. Hui quid narras? CHAR. Narro quæ quotidie video & pertracto. PAL. Ergo connubia putas polluta & coinquinata? CHAR. Minime: id nunquam dixerim. PAL. Atqui multas memini me vidiſſe ea praeditas honeſtate, ea religione, ac vitæ integritate, ut divinum quiddam magis quam humanum redolere viderentur. CHAR. Et multas utique ejuſcemodi eſſe confiteor, ſed eas quidem quæ optimis honeſtiſſimiſque ortæ parentibus, ebiberunt a primis annis ſobrios & caſtos mores: quæ ſanctis parentum ſuorum exemplis educatæ, vitam inſtituerunt: peccare caſtigatæ, ſapienter ad manſuetudinem edoctæ, ad pietatem, ad fidem, ad divinum cultum, ad rectum compoſitumque regimen rei familiaris. Quæ ſe a thyaſis, ſaltibus, jocis, quæ ſe à ſpectaculis, ab immodeſtiore cultu, ab licentiore colloquio abdicarunt. Caeterum quæ contra ſanctitatem, quæ malis inſtitutis, perverſiſque parentum exemplis imbutæ, molliter vixerint, aſſuefactæ deliciis atque turpi otio, quæ nihil niſi ſaltare, canere, fides pulſare didicerunt, quæ praeterea oculis ſuis hauſerunt matrum praeſertim obſcoenitates & immunditias: haſce qua fide & integritate eſſe putas erga maritos? Illabuntur ſiquidem tanquam venena tenellis mentibus parentum exempla: inde rarior etiam quam raris, eſt hymenalis honeſtas, quo qui eas vel emendatis inſtituant moribus, vel ſancto invitent exemplo, parentes ſimul rariores habeantur. Prodeunt poſtea in publicum quaeque etiam procaciores, aperta fronte, directo greſſu, quaſi pudicitiam ipſæ conſecraſſe videantur. Et quæ ſecretum intra cubile probra geſſerunt, cum veſtem induerint, illa contexiſſe atque occultaſſe exiſtimant. Voſque ea, vanum vulgus, ita ut cernitis, vera ducentes eſſe arbitramini. At ego nihil quam quod res habet, de eis judico: nuda enim hic omnia atque aperta ſunt. Non veſte hic teguntur maculæ, non pallio obnubuntur ſcelera: exertos omnes ac nudatos, rerumque omnium vacuos prorſus huc ingredi oportet. Quicquid in vita male tentatum, maleque actum eſt, hic fronte coram ipſa demum geſtatur, diſpoliatur, oſtentatur. Quare non mirum tibi videatur, ſi quorumcunque nota habeo crimina, qui quorumcumque etiam nudas, ita ut praedixi, transveho umbras. Quam proinde ingentem video earum turbam, quæ cum impudicitiam longe apertam oſtendant ſuam, pudiciſſimæ tamen in vita habeantur! Quantas ſecum in maritos fraudes gerunt, quot ſimulationes, quot proditiones, quantam hypocriſim, quot aliorum obſcoenos amores, quot pollutiones, quot ſuppoſititios partus, quot mentitas enutritiones, quot alieni ſeminis ſuſceptas meſſes! At, quod ridiculum magis eſt, lugent poſtea ignari mariti haſce ſibi extinctas uxores. Laudant inter coetus & praedicant quaſi pudicitiæ principes: ſtatuunt mauſolea: plurimi quoque epigrammata condi, orationes ſcribi & pronunciari curant in laudem ac memoriam caſtitatis fideique earum ſempiternam. An haec triſtia & amara eſſe cenſes, Palinure? Et an comparationem ullam habere putas cum his nautarum, quæ ea ſeveritate & acrimonia recenſuiſti, ut caetera laeta, fauſta, deliciarumque plena (ſi tibi fides daretur) exiſtimanda eſſent? PAL. Haud equidem tanta in civitatibus privatiſque domibus, quanta modo enumeraſti, mala regnare crediderim. CHAR. Ita proficit inexpertos ſermonem aliquando inire cum his, qui multarum rerum uſum atque experientiam habent. PAL. Ita fit. CHAR. Quod ſi ani-

 mad-

madvertas , labores quos perferunt nautæ, corpori magis quam animo infenſos ire, concedes amplius etiam ſententiam meam. Nam hujusmodi res duræ aſſiduo quodam uſu & aſſuefactione mitiores fiunt, & quodammodo domantur : quas vero ego memoravi, cum animum magis affligunt , non ita uſus & aſſuefactio mitigare atque edomare poteſt. PAL. Conſentio tibi jam, gaudeoque in eam lucem te illuſtrante perveniſſe, ut intelligam tam magnam aliorum & majorem etiam quam nautarum miſeriam. Sed illud non poſſum intelligere , quin principes ſaltem ac magni viri , non dicam nautis , ſed caeteris inſuper quibuscumque mortalibus beatiores ſint. CHAR. Cur? PAL. Quoniam omnibus abundent atque affluant bonis. CHAR. Quibus? PAL. Honore, gloria, opibus, deliciis, amicis, potentatu, imperio. CHAR. Hiſce ? PAL. Hiſce , & multo pluribus. CHAR. Erras. PAL. Errorem hunc optaſſem in vita mihi. CHAR. Deliras. PAL. Maluiſſem ita delirare , quam tua cum ſententia ſapere. CHAR. Quid ſi nihil illis miſerius ? PAL. Quid ſi nihil beatius? CHAR. Haud unquam hoc mihi demonſtrabis. PAL. Non tibi ii beati videntur, qui quicquid ad explendas voluptates optari poteſt , aſſequuntur ? Quibus convivandi, cubandi, ungendi, lavandi, ludendi, venandi, aucupandi, ad omnem nitorem atque ſatietatem ſemper facultas ſit ? Quibus quotquot velint concubitus foeminarum , quotquot velint arva , equi , canes: quibus tot ſunt ſervi , tot exculta palatia , tot munitæ arces, oppida ? Qui tantum poſſideant auri, gemmarum, veſtium, ſuppellectilis? Quibus audiant omnes , aſſurgant, inclinent? Quos populi vereantur, timeant, laudent, decantent? Qui leges dicant, mandent, exerceant, proſcribant, puniant, extollant amicos, vindicent inimicos, trucident rebelles? CHAR. Non eſt tam magna ut exiſtimas, Palinure, eorum beatitudo. Nam parit certe faſtidium tanta bonorum continuatio, tantaque affluentia , neque ſapit tantum, quæ non aliquando intermittitur voluptas. Praeterea quomodo eos tu beatos judicare potes , qui tantis opibus atque deliciis ſuis nunquam fruuntur cum jucunditate , nunquam cum gaudio? Qui in tanta rerum copia nunquam exhilarent ſe , nunquam relevent animum , nunquam exultent ? Qui tanta licet bonorum ubertate redundantes, triſtitia tamen ſemper obducantur , ſolicitudine premantur , anxietate torqueantur? Non tibi multo optabilior videtur privatorum conditio , quorum & vita ſecurior, & voluptates etiam , ſi mentem intendas , majores ſunt ? Quos ſumma ſemper condit hilaritas, mulcet feſtivitas, explet alacritas? Quantam putas afferre delectationem, quæ communis cum uxoribus & filiis vita exigitur, dum cubant tute, veſcuntur laete, jocantur modeſte ? Quam dulcem eſſe arbitraris amicorum inter ſe & aequalium parem vitam, domeſticum uſum, frequentem conventum ? Quid eorum amore ſuavius, confabulatione gratius, curis melius atque commodius ? Quantum credis laetitiæ & exultationis habeant eorum convivia, ludi, cantus, ſaltationes? Quantum dilatent animos & permulceant ? Quantum emanet mellis? Cujus nec ſtillam principum aliquis deguſtavit. PAL. Haud intelligo, Charon, hanc quam refers regum triſtitiam atque anxietatem, qui inter riſus tantum , blanditias, jocosque verſentur , quibus ſemper pſallatur , [illegible]atur, plaudatur : & quicquid ad tranſigendam hilarem vitam excogitari poteſt , exhibeatur. CHAR. Etiam, ut video, judicas, Palinure, quæ oculis tantum patent: quo errore decepti mortales, plurimum ſeduci ſolent: ſed quod certum afferre poſſunt judicium exteriora corporis , quæ velamenta quaedam magis ſunt veritatis? Aut quid certi promittere & oſtentare poteſt frons hominum, quæ plures quam Proteus ſpecies mentiri , atque in plures mutari queat ? Conſiderandæ ſunt ſecretæ animi fibræ : perſcrutandæ ſunt interiores mentis latebræ : quas ſi pervidere ita ut frontem poſſes, proh dolor, quantam ibi malorum turbam , quantam formidinum atque ſtrepitationum aciem introſpiceres ? Quot angores , ſolicitudines, ſuſpiciones ? Quot peſtilentes morbos & perturbationes? Quanta aperirentur ulcera , quot plagæ & caedes,

quot

quot inſidiæ, quot enſes, & telorum infinita genera? Quæ nec ſomnos eorum quietos, nec cibos placidos, nec opulentiam dulcem, nec imperium jucundum, nec delicias jocosque laetos eſſe permittant. PAL. Neſciebam adhuc haec eorum qui dominantur mala: ſed cur illis contingant tanta, non capio. CHAR. Contingunt tanta propter graves inimicitias, acerbaque odia quæ continue cum finitimis civitatibus, cum ſubditis ſibi populis, cum ſemet ipſis etiam gerunt: quo fit, ut ingraveſcentibus odiis, increſcentibusque injuriis, quibus quotidie afficiunt quemque, neceſſe ſit illos torqueri & affligi graviter, confidere nemini, ſuſpicari omnia. Poſſunt extimere muſcas etiam (ut ajunt) volantes, gaudere & laetari nunquam, triſtitia & moerore detineri ſemper. PAL. Adducis me facile ut credam ſuſpectas eos habere finitimas civitates, cum quibus & infenſa odia confiteor, propter continua quæ exercentur bella, & dominandi libidinem, qua plurimum incenduntur: Cum ſuis vero quibus imperant populis, nihil accipere poſſunt niſi amorem, & dulciſſimam pacem. Porro ſi cum finitimis ſint imicitiæ, ſi oriantur bella, ſic demum etiam augentur imperia, ſubducuntur oppida, profligantur acies, ſpoliantur & captivantur hoſtes, populationes magnæ fiunt, trophaeis decoratur patria, victoriis celebratur, triumphis extollitur. Ob quæ & principum gloria, & urbium ornatus, & inimicorum timor, & populorum inter ſe laetitia, atque erga principes fides & amor creſcit. CHAR. At tantum narras quæ proſpera ſunt & laeta, ac quæ frequentius accidunt adverſa & triſtia praetermittis, quaſi ſemper eos putes debellare hoſtes, potiri victoria, triumphis exultare, nunquam vero vinci, proſterni, agros ſuos populari, bona ſua diripi, & è ſuis ſe oppidis dejici. Sed majora haec praetereamus, de minoribus tantum dicatur. Quippe ſi conferas quas ſtrages ſuorum & caedes ſuſtinent, comperies longe majore damno quam lucro partas eorum victorias conſtare, diſcuſſaque ratione deceſſiſſe plus illis quam acceſſiſſe. His adjicias, ut populorum etiam ſuorum odia, ne dum finitimorum intelligas, quod ad inferenda bella & perſequendos hoſtes opus illis eſt ingenti & munito exercitu, multo navigio, longa armorum & machinarum praeparatione: quæ quum magno & inaeſtimabili conſtent ſumptu, nec proprii ſuppeditent reditus, neceſſe eſt novis vectigalibus vexare populos, novas indicere praeſtationes, novas angarias: augere tributa, multiplicare onera, exhaurire aes omnium, eradere marſupia, imo viſcera pauperum, parvos atque magnos diripere, ſpoliare, conculcare. Inde fit, ut quum inviſos manifeſte ſe cunctis intelligant, ſuſpectum tum ſibi incipiant habere quemque: nullius fidei, nullius amicitiæ credere, conjectare omnia in malam partem. Habet enim hoc in ſe peſſimum malefactorum conſcientia, ut quos injuria affecit, nunquam revocari in amicitiam, nunquam mitigari, & ad veniam moveri poſſe putet: proinde magis inſurgitur, graviores itur in injurias. Hunc proſcribunt, illum carcere includunt: quorundam patrimonia publicant, alios jugulari aut ſtrangulari jubent. Voluntate pro ratione utuntur. Eorum quoque quos tantis laeſerunt malis, cognatos, affines, amicos, ſocios, ſervos, quaſi fidei ſuæ diffidentes, perſequuntur. Tum caeteri qui chariores etiam videbantur, exempla aliorum proponunt ſibi, acuuntque ipſi non minus odia. Nam non minus rebus ſuis ac ſaluti ſuæ timent. Ita pedetentim civitas omnis indignatur, obmurmurat, rapitur ira, odiis incenditur, coquit novas cogitationes, nova conſilia molitur. Mox eo deveniunt, ut haec intelligentes videant quantæ ruinæ quantoque praecipitio ſubjaceant, quam tenuiſſimo quaſi quodam filo pendeant imperia ſua. Tunc cernas eos pallere, triſtari, conſumi, expavere omnia, torqueri ſcelerum ſuorum conſcientia (quæ prima eſt poenarum omnium) timere hoſtium inſidias, civium conſpirationes, domeſticorum proditiones, oppreſſorum vindictas. Tunc ſecurum nihil exiſtimare, niſi quod vi ac ferro tueantur. Propterea non credunt ſe tuto cuiquam, non miniſtris, non neceſſariis, non germanis, quorum majorem etiam quam aliorum auctoritatem magis formidant.

Arcent ſe ab aſpectu & praeſentia omnium, cingunt ſe foſſis & aggeribus, claudunt ſe arcibus, quaſi ad perpetuos damnati carceres. Cuſtodibus etiam tanquam ad expeditionem belli paratis, ut obſideri eos putes, circumvallantur. Nihil illis dulce, nihil apertum, nihil jucundum. Dormiunt cum magna inquietudine, cum majore etiam vigilant. Terret illos conventus hominum, angit ſolitudo: timent colloquia, timent ſalutationes, timent dona. Suſpecti illis aditus, ſuſpectæ ſellæ, ſuſpecti cibus & potus, qui nec etiam niſi praeguſtati ſumuntur. Suſpecti pellicum & item uxorum tori: quibus mirum eſt cur ſine cujusquam praeguſtatione congrediantur. Ipſos vero quorum ſe cuſtodiæ commiſerunt, non minus extimeſcunt: quibus quum carere nequeant ob tutelam ſuam, eo magis augetur eorum timor & miſeria, quo armatos pro firmiore illos praeſidio eſſe neceſſe ſit. Quare alienigenas & barbaros homines, atque abjectiſſimos quosque ſibi deligunt, eosque frequentius comitantur. Dejiciunt ſaepius ac exterminant, quo ſaluti ſuæ ſi non alia, at ſaltem hac via, conſulere poſſint. Quid foedius & ignavius dici queat, quam hominibus immanibus ac flagitioſis ſe committere: ſuos vero prudentes, ſobrios, juſtos ſpernere atque devitare? Quanta iſta tyrannorum felicitas, quos continuus & ingens ſemper angore afficit metus, quo non modo animi graviter excruciantur, ſed cuncta inſuper dulcia mundi dona fugantur & diſſipantur? Quantæ iſtæ eorum deliciæ, quanta gaudia, qui tranquillitatem nunquam & pacem ſibi, ne dicam populis ſuis aut hoſtibus conceſſerint, expertes omnino tam ſanctiſſimi atque omnium dulciſſimi boni? Quaenam ubertas illa bonorum, quæ diſtracti aliunde, neque ſciant, neque viſant, neque pertractent, neque guſtent unquam? Quanta iſta imperii bona, quæ quum ipſi videre & attrectare non poſſint, committant neceſſe eſt aliorum curæ & gubernationi? Ignari rerum ſuarum, neſcii omnium ferme quæ ſibi ſe geruntur, fraudati quotidie & decepti, ab his praeſertim, quos præ caeteris auxerunt: quibus tamen quum ſe credant, quot innocentium criminationes, quot facinoroſorum falſas commendationes audiunt? Quoties eorum fidem ſequuti, bonos pro malis, malos pro bonis ducunt, atque hos beneficiis, illos poenis afficiunt? Quodque gravius eſt, quoties ipſis etiam videntibus, hi quos tantum extulerunt, pro ſententia ſua in foro quosque laedunt, concutiunt, opprimunt, atque dilaniant? Quid mirum ſi exardeſcunt poſtea populorum odia? Si labefactatur poſtea eorum ſtatus atque deſolatur? Quanta iſta, quamque optanda imperia, cum quibus & ſervitutem peſſimam degant? Subjecti tantis perturbationibus, tantis inſidiis: ſubjecti ipſis etiam quos ſibi ſubjecerunt: conſtricti quaſi quibusdam regni compedibus: clauſi intra arces, quaſi magni alicujus criminis rei: coarctati inſtar ferarum: excluſi ab omni quæ foris capitur recreatione: privati libertate, quod eſt tam dulce & omnibus optabile bonum, non hominibus modo, ſed caeteris inſuper quibuscumque animantibus: cujus privatione quid eſt quod triſtius aut infelicius contingere poſſit? PAL. Non credis, Charon, bonos aliquos, mitisque & moderatæ naturæ Tyrannos eſſe? CHAR. Imo multos credo: ſed tanta eſt dominandi libido, tantus ardor, tanta neſcio quæ peſtis ingenita, ut quos ſemel invaſerint, [illegible] quamvis bonitate praeſtantes, adeo illiciat eos, illiciendoque depravet, ut iſta potius quam imperio, quod jam occupaverunt, carere poſſint. Vel ad converſandum, vel ad amplificandum contendunt unguibus dentibusque: ac propterea nemo eſt tam bonus tyrannus, cui non conſervationis amplificationisque ſuæ gratia, multis magnas inferre injurias, atque ob eas illatas non plurimum timere, plurimasve pati anxietates contingat. PAL. Miror cur tantis in malis, quæ plane ita ut narraſti, vera eſſe puto, appetant tantopere mortales imperium, niſi id fortaſſe faciunt cupidine honoris & gloriæ: quod nimirum tam praeſtans atque excellens bonum, tolerabiliores reddit tantas quas modo expoſuiſti miſerias. Dulce quippe eſt mandare aliis, praeferri omnibus, eminere, praecellere, venerari, timeri, ſuppliciter exorari, aſſur-

ſurgi ſibi, via decedi, inclinari cervicem, flecti genua, audire laudes ſuas, & rerum bene geſtarum decantationes. Quæ quum & divina numina plurimum capiant, facile intelligi poteſt quantum & his quoque mortalium mentes capiantur. CHAR. Quæ tanta capere poteſt Tyrannos ullos honoris aut gloriæ exhibitio, qui ſe certo inviſos omnibus eſſe ſciunt? A quibus ſi laudentur, ſi audiantur, ſi ſibi aſſurgatur atque incurvetur, intelligunt palam vel aſſentationis vel timoris cauſſa id fieri? Quare non eſt ita dulcis, ut putas, hujusmodi honoris & gloriæ extorſio magis quam exhibitio. At vero dulcior is eſt qui in privatos homines ab amicis & benevolis honor exhibetur propter aliquod eorum egregium facinus, aut excellentem virtutem. Vera iſta gloria, verus iſte honor, ac dignus quidem quo & divina numina capiantur. PAL. Nullam ergo video cauſſam cur tantopere imperia deſiderentur, deſiderataque conſerventur: niſi quod habendi cupido, qua tantum trahitur humanum genus, in his maxime expletur. Quo enim quisque plus auri, agrorum, aedificiorum, oppidorum, acquirere poſſit, nulli parcit labori quantumvis magno & intolerabili: neque ullus tam amarus labor, quin propter quaeſtum & majorem rerum cumulationem dulceſcat. Ita quum tyranni ſuper omnes plus poſſideant, ſuper omnes etiam beatiores videntur, licet caetera eis triſtia ſint atque peracerba. CHAR. Neque iſtud quidem affert ullam beatitudinem. Nam in primis non efficit divitem major abundantia, ſed minor cupiditas. Qui enim parvo contentus eſt, id tantum cupit, quod neceſſitati vitæ ſufficiat. Is abunde eſt locuples, propter honeſtum, quod facilius implere poteſt, deſiderium: quod quum & impleverit, liberatus eſt ab omni qua alii rapiuntur habendi anxietate. Qui vero quantumlibet dives plura concupiſcit, pluribus indiget, quia perſeverante acquirendi inſatietate efficitur minus voti compos. Quo enim magis creſcit multarum rerum poſſeſſio, magis etiam cupiditas: neque finem unquam habet vorago illa cupiditatis. Deinde non eſt judicandus quisque vel locuples multitudine, vel pauper paucitate divitiarum. ſed vel rerum magis implemento, vel neceſſitate. Nam ſi multitudinem excedunt ſumptus, quomodo poteſt is credi dives, qui minus habet quam neceſſe eſſet? Quare cum neceſſitatem ſaepius magnam patiantur qui tantam imperii molem adminiſtrant, indigentiores etiam putandi ſunt privatis hominibus: quibus licet tenues ſint opes, at neceſſitatibus ſaltem ſuis vel pares ſunt, vel ſuperiores. Taceamus graves quas quotidie expilationes vel rapinas perferunt a quaeſtoribus ſuis, & ab his maxime quorum fidei magis credunt: qui quo majora etiam nacti ſunt imperia, eo majora utique furta, majoremque proinde rerum ſuarum diminutionem patiuntur, a quibus privatos ſaltem homines liberos eſſe conſtat, qui & diligentius patrimonia ſua ipſi per ſe curare, & attentius omnia intueri poſſunt. Dicamus vero curas & labores quos in adminiſtrandis tantis opibus, gubernandoque tanto potentatu tolerare eos oportet, quorum fortitiores quam Herculis humeros eſſe neceſſe eſt ad ſuſtentandam tantam molem: plures etiam quam Argi oculos ad tantam rerum varietatem pervidendam atque diſtribuendam: plura quoque quam Jani aut Vertumni capita, ad intelligenda examinandaque tot ac tanta cum hoſtium tum populorum ſuorum, quæ illis negotia deferuntur. Quæ tanti animi vis, quæ non debilitetur? Quæ tanta ſoliditas, quæ non concutiatur? Quæ tanta promptitudo, quæ non remittatur? Cujus eſt tanta valetudo, tantum robur, qui ſe tam vaſto curarum ponderi parem audeat polliceri? Cujus eſt adeo aequabilis & moderatus animus, adeo perſeverans, quin tam multis tamque continuis laboribus non defatigari, non quaſſari, nunquam quoque confringi poſſit? Omittamus mortales: de nobis tantum, qui haec ultima loca colimus, loquamur. Utrum putas, Palinure, beatiorem eſſe, vel me, qui pauperrimus ſum omnium, qui nihil praeter hanc quam cernis puſillam lintrem poſſideo: vel Plutonem, tam lati tamque immenſi regni tyrannum? Intelligo, etſi taceas, quale de hoc ſis judicium prolaturus. Crede mihi, minime meum cum ſuo ſtatu commuta-

rem. PAL. Quare? CHAR. Quia laetus ago, & ſumma cum quiete. Non ullius rei ullam gero, niſi transvehendi haſce huc deſcendentes animas, & conſervandi incolumem hunc faſelum meum, ſollicitudinem: in quo dicam tibi quicquid eſt quod me gravet. Cum enim propter vetuſtatem fatiſcat aliquando rimis, curare me oportet ut reſtituatur integritati ſuæ: quare eum conſuo ſaepius, & obſtruo ſi quid rimarum eſt: haec omnis mea cura eſt, hic omnis labor. At Pluto cum tantis divitiis ſuis, ac regno tanto, nunquam laetatur, nunquam quieſcit: tot curis carpitur, quot repletur hic umbris locus. Implicatum ſemper habet ubique animum: hinc fertur, illinc rapitur, omnibus intentus locis, omnibus occupatus miniſtris: huic mandat, illum terret, alios acciri jubet. Metum illi omnia incutiunt: nunc terræ hiatus, nunc motus formidat. Saepe illum trepidare cogit lampas Phoebi, ne ulla ex parte irradiet regno ſuo. Saepe & fulmen magni fratris, ne penetret Averna atque labefactet. Quoties vidi ego illum, dum rebus ſuis timet, invectum ſummo curru peragrare omnem hanc regionem, luſtrare fines, ſcrutari omnia diligenter, aſcendere etiam in ſuperum orbem, circumire terras, perveſtigare quodcumque periculum perferre poſſet, nihil omnino incauti & inexplorati relinquere: quæ cum multis in locis, tum maxime ea ſolet efficere in terris Siciliæ, quæ magis etiam eum terrent, propter magnas reluctationes Typhoei gigantis, quibus totam conquaſſat illam patriam. Nam poſtquam ipſe auſus fuit bella inferre coelo, injecere ſuperi ejus corpori Trinacriam, ſub qua ab omnibus undique montibus preſſus & gravatus, conatur ſaepe ſe attollere, impoſitaque ſibi rejicere: proindeque magnos concitat motus, ac tantos quidem, ut haec loca noſtra concutiat graviter & tremefaciat. Cogita nunc quam laeta & optanda ſit ſors hujus inferni tyranni, cujus tot dividitur animus curis, tot propellitur tumultuationibus: quem tot oportcat praecavere pericula, tot diſpenſare miniſteria, omnia percenſere, omnia corrigere, omnia vel ipſum gubernare, vel aliis gubernanda committere. Attende, rogo, & vel ex uno collige ejus felicitatem. Nam ſi me deficere contingeret huic naviculario miniſterio, quod ita neceſſarium eſt, ut vides, neceſſe eſſet eum vices meas ſubire: ne alioquin deficiente portitore, regno ſuo male ſuccederet. PAL. Hoc profecto non modo verum eſſe video, ſed manibus etiam ipſis (ut ajunt) tango. Nam ea nocte qua alias ſomno gravatus e puppi in mare excuſſus fui, id continuo ſenſit Æneas meus, qui errantem ſine magiſtro navem intelligens, gubernavit eam tota ipſa nocte, non indignatus quod, quæ ſceptrum geſtare ſolebant, remum etiam manus attrectarent. CHAR. De magno ejus germano nihil loquor: non me latet quantos & ille labores ac curas ſuſtinet: ſed id praecipue ſcio, quum temeritate Phaëthontis totus pene orbis conflagraſſet, quantum tunc regno ſuo timuit, quantum tota coeli moenia circuit, & ne quid labefactatum viribus ignis corrueret, exploravit. Praetereo tertium fratrem, moderatorem undarum, cujus plurimæ etiam ac maximæ curæ non facile explicari poſſent, ſed praeſertim quæ ſub illa quoque Phaëtonthea conflagratione ad ſummum pene usque exitium cum toto regno ſuo eum affecerunt. PAL. De hoc poſſum, quod oculis meis vidi, afferre teſtimonium. Vidi equidem tempore illius, quam ſupra retuli, horrendæ apud Siciliam tempeſtatis, commotum graviter Neptunum & ex alto proſpicientem vocaſſe ad ſe Eurum & Zephyrum, & increpatis acriter eis pro tanta ſuſcitata tempeſtate, placaſſe ocyus omnia, atque tranquilla reddidiſſe. Quod argumentum praeſtat mihi evidens plurimarum, ut inquis, ac maximarum, quod omnia in latiſſimo imperio ſuo paria ſint, curarum ſuarum. CHAR. Dic oro, Palinure, putasne jam beatam eſſe tyrannorum vitam? PAL. Minime. CHAR. Optaresne vivens eorum ſortem? PAL. Ut quid optarem, in quo nihil omnino optandum eſſe manifeſte intelligo? CHAR. Ergo certo eos arbitraris miſeros? PAL. Non miſeros modo, ſed omnium etiam miſerrimos. CHAR. Mirum quod modo eos tanta frui beatitudine praedicabas. PAL. Quid mirum, ſi caecus laudet te-

tenebras, quas poſtea luci reſtitutus damnet? CHAR. Vis ut & alia eorum mala tibi referam. PAL. Reſtant item alia? CHAR. Et alia, & graviora. PAL. Quid audio graviora? Haud unquam iſtud credam, poſſe his quæ modo dixiſti, gravius aliquid addi. CHAR. Credes quum audieris. PAL. Dic ergo. CHAR. Vides ut appropinquamus jam ripæ. non poſſum longiora tecum jam facere verba. PAL. Rogo te, mi Charon, ne fallas avidiſſimam expectationem meam. CHAR. An caeterarum umbrarum quas in littore reliqui, avidiſſimam etiam expectationem vis ut fallam? PAL. Non diu moraberis, perge ô mi Charon. CHAR. Imo diutius quam ſoleo, demoratus ſum: ſed lentus etiam navigavi propter te, cujus confabulatione delectabar. PAL. Age ergo, ut facis, lentiorem protrahe navigationem, ut quæ reliqua ſunt dicenda, proſequi poſſis. CHAR. Ea tandem tanta eſt tibi audiendi cupiditas? PAL. Tanta. CHAR. Morem tibi geram: qua in re illud te ſcire velim, quod plurimum miſeram reddit mortalium vitam inſtabilitas ſcilicet, & ruina rerum. Nam certum nihil & permanens in vita quisquam ſibi polliceri queat. Quomodo is beatus cenſebitur, cujus ſummam quantumvis & plenam beatitudinem [illegible] omnis diſturbatio violare & auferre poteſt? Sane quum omnia apud mortales infirma atque mutabilia ſint, nulla tamen infirmior ſors eſt atque mutabilior, quam tyrannorum, quorum etiam quo major ſit exaltatio & ſublimata magis ſtatus altitudo, major eſt proinde, quum mutari eos contingit, caſus & ruina. Inde tantæ tyrannorum proditiones, everſiones, trucidationes, ut nemo eorum fere unquam evaſerit, qui non vel regno depulſus, vel veneno necatus, vel cruenta aliqua & peſſima morte caeſus vel peremptus ſit. Quis talem eorum vitam optarit, quæ pro modici temporis felicitate (ſi tamen illa felicitas appellanda ſit) tam triſti poſtea tamque amaro fine conſumatur? Horret animus dicere. Nam ne credas iis tantum mortales ſubjectos malis eſſe, ſenſimus & horum magnam partem aliquando nos inferi, licet tam valida nobis & munita ſit civitas, tam firma & praepotens, atque omnibus undique praeſidiis circumſepta. Non poſſum ſine dolore meminiſſe illius diei, qua Hercules heros ille fortiſſimus haec regna penetravit: perfregit fores, invaſit regem, exterruit reginam, quam & ante ſocii ejus rapere adorti erant, abſtraxit Cerberum, vinctumque eum catenatum magna vi in orbem duxit, concuſſit loca omnia, trepidare omnes umbras atque ipſos judices fecit: me quoque non modicum laeſit, quem erepta cymba conto hoc meo percuſſit, impulſumque graviter in mediam paludem exturbavit. Timui equidem tunc deſolatum iri barathrum totum. Credidi tunc ſupremum Plutoni finem adveniſſe regni ſui: neque minus illum cum conjuge in praedam duci ad ſuperos, quam tartareum canem: ſed paulo humanius cum eo actum eſt, quam opinabar. Nam tandem ſibi ac regno ſuo bene conſultum eſt: neque tamen ita conſultum eſt, quin tricipite cuſtode ſuo, qui tam perneceſſarius erat, ſpoliaretur. Quod ſi opinionem meam, quæ communis erat, fata coaequaſſent: tunc cernere fuiſſet, utrum beatior vel meus, vel Plutonis tanti regis ſtatus eſſet. Ego quidem nihil ambigo, privatus fuiſſem hac navicula. hoc enim habeo tantum quod adimi poſſit. privatus etiam fuiſſem rege meo: ſed quotquot alios voluiſſem reges, procul dubio inveniſſem, qui miniſterio meo indigentes, ſervitium meum perlibenter ſibi delegiſſent: & fortaſſe hoc lucri feciſſem, quod pro vetuſto & attrito, qualem hunc intueris, novum mihi & magis ſolidum lembum acquiſiſſem. At Pluto quantas opes, quantos honores, quantum regnum amiſiſſet: quantam in egeſtatem, quantam in calamitatem decidiſſet? Qui neque par aliud regnum, uti parem ego vel meliorem navim: neque parem alium famulum, uti parem ego vel meliorem dominum, inveniſſet. Excedo jam modum dicendi: ſed ſi tempus ſineret, narrarem, & quibus olim curis vexatus, quantoque timore perculſus propter bella Gigantum fuit ſummus Olympi rector: cujus narratio majorem etiam augeret eorum, quæ ſupra dixi, malorum confirmationem. PAL. Haud opus eſt exemplis mihi. Nam nemo

mor-

mortalium fuit qui majora quam ego unquam viderit eorum malorum exempla. Quid enim extitit his temporibus Trojano rege majus? Quid opibus ſuis cumulatius? Quid operibus munitius & pulchrius? Et quid demum exitu tantorum bonorum triſtius? Quid crudelius? Quid flebilius? Vidit infelix pater tam arduum & longum bellum, tot cruentas mortes natorum ſuorum. Vidit everſam funditus & incenſam urbem. Vidit latrantem conjugem, captivas nurus & filias, populationem tantarum divitiarum: ipſe quoque, quod ultimum reſtabat illi ſenectutis ſuæ ſolatium, Pyrrhi enſe confoſſus, & crudeliſſima morte conſumptus eſt. CHAR. Quis melius me haec novit, qui cunctos hic ſcapha transvexi? A quibus & omnem calamitatem ſuam ſeriatim perdidici. Notus eſt abunde mihi Priamus, cujus cognito acerbo caſu non potui non dolere: notus eſt Troilus: noti Hector & Deiphobus: nota eſt caetera tot filiorum ac nepotum turba: noti innumerabiles qui illo bello perierunt Trojani pariter & Graji duces. Nota eſt infinita quæ tunc occidit populorum manus. Nullo memini tempore longiorem interfectorum multitudinem huc deſcendiſſe, quam illo: quo ita laſſatus fui, ut præ multitudine omnibus transvehendis minime haec cymba ſufficeret plane. Quid opus eſt tibi monitore ad aperiendas eorum miſerias, quas tu ſubjectas oculis tuis habuiſti? Quod ſi pro anguſtia temporis liceret (jam enim video propius nos applicare ripæ) narrarem & millia aliorum tyrannorum, ex quibus creſceret etiam magis tibi opinio eorum calamitatis. Nam illud poſſum, quod certo ſcio, tibi verum confirmare, nullum fere me vidiſſe unquam tyrannorum huc deſcendentium (deſcendunt porro omnes) qui non vel alicujus veneni infectionem vel magnas ulcerum cicatrices, & ſanguinolentæ alicujus mortis horrida ſigna præ ſe ferret. Ita mirum eſt videre tot ac tantos necatos, confoſſos, cruentatos, trucidatos. PAL. Quis nunc ſe tantis in malis tyrannum unquam eſſe optabit? Quis imperia aſſequi quaerat, quæ jam certius certo cognoſco [illegible] eſſe, quam Meduſaeum caput? CHAR. Audiſti quibus apud ſuperos tyranni malis torquentur: ſed ſi intelligeres quæ hic apud inferos graviora etiam illis parantur, perhorreſceres & longe magis eorum ſortem. PAL. Ergo & alia hic tyrannis parantur? CHAR. Credis, Palinure, ſcelera quæ patrant mortales, hic aliquando impunita eſſe? PAL. Hoc modo animadvertebam. CHAR. Animadvertendum eſt igitur tibi, quodcumque in vita peccatur, pari demum poſt mortem & reſpondente peccatis poena puniri. Nam ut capias quod dico: ſi tu, Palinure, artem tuam naviculariam vivens male exercueris, ſi in dominum tuum mali quicquam vel cogitaveris, vel commiſeris, ſi inaudiens dicto ſuo extiteris: invenies hic tibi praeparatas his, quæ deliqueris, ſimiles poenas. PAL. Nihil profecto, Charon, ſcio quod male egerim, vel in dominum meum peccaverim, niſi ſomnolentam illam dormitationem meam, qua negligentius certe quam debebam, me geſſi. Nam magno in periculo navim ſimul & dominum, quem vehebat, meum reliqui, niſi vigilantior ipſe & cautior melius ſibi conſuluiſſet: ſed poenarum ſatis tum ob hoc craſſum peccatum meum etiam in vita recepi. CHAR. Recipies etiam in morte. Ibis enim quum e navi te dimiſero, ad ſeveros judices noſtros, qui examinant & cenſent delicta omnium. Ducent quoque te in examinationem, ſcrutabunturque crimina tua. Videor vero videre quali te judicabunt poenæ ſubjiciendum. PAL. Quali? CHAR. Parem peccato tuo tibi poenam ſtatuent. Nam quum ſomno peccaveris, aeterno etiam te ſomno damnabunt. PAL. Dormiam ergo in aeternum? CHAR. Ita puto: niſi gravius ſit aliud peccatum tibi. PAL. Sic mites habeam judices, ut non ſit gravius aliud mihi. CHAR. Nullam ergo niſi ſomni poenam patieris. PAL. Non haec gravis poena mihi videtur. CHAR. Neque aſinis etiam & bobus: at magnis & excellenti aliqua virtute praeditis viris graviſſima [illegible] deſtinatur. PAL. Quas vero, dic, poenas perferunt tyranni? CHAR. Audis tot clamantes & lamentantes voces? Tot horrificos planctus? Tantum ſtridorem ferri? Tot tractus catenarum?

rum? PAL. Delectabat me adeo ſermocinatio tua , ut his minime animum intenderem. Sed quid audio tam triſte atque horrendum, quod præ horrore poenæ aures meæ ſuſtinere non poſſunt? CHAR. Sunt haec quæ audis, tormenta tyrannorum. Nam quum illi in vita carcere quemquam incluſerint, ſpoliaverint, flagellaverint, trucidaverint, in ſummum luctum , in ſummam egeſtatem & calamitatem deduxerint , damnati ſunt etiam ab incorruptis judicibus ad perferendas pares poenas. Ideo teterrimis quoque carceribus incluſi, ſpoliati, flagellati, rotati, caeſi membratim, ac mille atrociſſimis mortibus cruentati , tantos edunt , quantos audis, gemitus, tantum luctum, tot ac tantos reboatus, clamores atque ejulatus. PAL. Dic etiam mihi, Charon, an his poenis plectuntur, qui magni atque primarii tyrannis aſſiſtunt? CHAR. Prorſus iisdem: nam ſuaſu & conſilio eorum maxime committunt tyranni ſcelera ſua. PAL. An & in vita illi beati? CHAR. Non ſecus ac tyranni quibus aſſiſtunt : nam iisdem quoque malis ſubjecti ſunt. eadem enim ſunt in eos populorum odia , majora etiam inter ſe, eaedem curæ, eadem pericula : & quod miſerabilius eſt , dejiciuntur ſaepe a tyrannis ſuis , ac vel carcere vel morte aliquando peſſima afficiuntur. PAL. Tanta eſt ergo , tamque generalis omnium calamitas. Ullam vero prorſus eſſe putas hominum ſortem, quæ beata duci poſſit? CHAR. Imo beatos aliquos non nego fuiſſe mortales, ſed perraros tamen. PAL. Quos perraros? CHAR. Qui amore virtutis & literarum contempſerunt caetera mundi bona : qui ſe innocuos , puros , caſtos, integros, incorruptos conſervantes , extulerunt animum altius ad guſtandam divinam excellentiam, humana quaſi ſordida & abjecta relinquentes. Nam virtus per ſe tam dulcis tamque jucunda res eſt, ut incredibiles amatoribus ſuis afferat voluptates. Tam nobilis & praeſtans eſt ejus poſſeſſio, ut ſumma quadam ubertate ditet poſſeſſores ſuos. Quam qui vere eſt aſſequutus , nihil praeter literarum ſtudia dulce , nihil praeter dei cognitionem habet amabile. Quæ tantum praedulcia ſibi bona ſtabilia, perpetua, incorrupta praeeligit, cuſtodit, amplectitur. Reliqua vero mundi, ſupremo tandem guſtu amara, infirma, momentanea, corruptibiliora fuco , mendaciora hilo , inaniora hila, jejuniora papis volantibus, fugit, contemnit, abjicit, conculcat: contentusque ſe ipſo , ac honeſtiſſimis ſuaviſſimisque ſtudiis ſuis totum nihili mundum ducit, ruentem etiam non formidat. In his recreatur , refocillatur, laetam & jucundam agit vitam , ridet tantas hominum , tamque ſtultas, & ultro ſibi quaeſitas anxietates, tot ineptias, tot caſſos labores, tot inanes curas. Nemini nocet , nemini moleſtus eſt. Laudant eum omnes , praedicant , admirantur, benevolentia complectuntur , favore proſequuntur. Quam vere hic beatus eſt , qui conſcientiæ ſuæ innocentia & integritate fruitur ! Quod primum eſt dulcius omnibus, bonus ſecurusque ſui, nullo timore angitur, nulla anguſtia torquetur , non timet largas (quibus caret, quasque nihili facit) divitias ſibi a potentioribus eripi. Non timet a quocunque ſe laedi , qui nec quenquam ſe laeſiſſe certo intelligat. Quam vere hic felix eſt, qui tot tantisque ſemotus curis & periculis, tantarum vacuus perturbationum, ſibi ſemper aliisque jucundus , laetetur ſemper, & omnibus quotquot ſunt mundi honeſtis, & his etiam quæ coelibum communes ſunt, perfruatur voluptatibus : qui humanioribus ſanctioribusque deditus ſtudiis , contemnat omnia, contemnensque omnia poſſideat. Nam is poſſidere omnia videtur, non qui omnibus abundet , ſed cui nihil deficiat. Porro illi nihil deficit, qui nihil concupiſcit. Concupiſcens autem nihil, contemnit omnia: contemnensque ita id aſſequitur quod deſiderat. Deſiderio vero ſuo frui , ea demum vera & ſola beatitudo, beatorumque omnium plenitudo eſt. PAL. Hi ergo cum nihil mali egerint , poenarum etiam nihil patiuntur. CHAR. Nihil prorſus , imo propter transactam bene vitam , meritum magnum aſſequuntur. PAL. Quod? CHAR. Vel coeli fiunt incolæ , communicantque aeternum illis coeleſtibus bonis: vel ſi huc deſcendunt, mittuntur in Elyſium: qui locus eſt quietis

ac deliciarum , ubi ſedes fortunatæ , campi aperti, laeti, omnium omnino poenarum expertes. PAL. O ſi mihi ad mortales redire aliquando contingeret, inclamarem quam magna poſſem voce , admonerem de ſuo quemque officio & dignitate , accuſarem tantam laborum fruſtrationem, tantam curarum vanitatem , tot corruptas opiniones, perverſaque judicia : ſed quam maxime increparem, qui vel magiſtratu quopiam magno vel imperio caeteros antecedunt : oſtenderem tanta, quæ antea ignorabam , ſed te docente nunc intelligo , mala eorum , graviſſima , dictu horribilia: revocarem omnes a vitiis, ab inferendis injuriis, ad meliorem victum, a ſuperflua agendarum rerum cura : incenderem deſiderio virtutis : laudarem innocentiam, praedicarem frugalitatem, exhortarer cunctos ad bene, graviter , caſtigareque vivendum, ad ſe cognoſcendum, ad contemnendum tot caduca , & ſomni cujuſdam vel umbræ magis ſimilia mundi bona : invitarem ad honeſtas artes, ad ingenuas exercitationes, ad ſtudia literarum , ad ſpem ac contemplationem divinæ bonitatis. CHAR. Et recte ſane: ſed vides nos ripam attigiſſe : egredere jam. PAL. Et jam egreſſus ſum. Ad judices eo. Placidam opto tibi ſemper navigationem. Salve, ô Charon, & vale. CHAR. Et ego ad reliquas umbras redeo. Placidos opto tibi ſemper judices. Salve, Palinure, & vale.

VIRTUS DEA.

MERCURIUS, VIRTUS.

MERC. Virtus Dea per epiſtolas oravit modo, ut ad ſe irem. Eo ut perconter quidnam me velit, illico ad Jovem redibo. VIRT. Salve, Mercuri: ago tibi gratias, quandoquidem tua in me pietas atque benignitas efficit, ut non penitus deſpecta ab omni coetu Deorum ſim. MERC. Expecto quid narres : tu modo perbreves narrationes facito : nam edixit, ut confeſtim ad ſe redirem , Jupiter. VIRT. Etiamne tecum nobis non licebit noſtras aerumnas exponere ? Quos igitur habebo ultores injuriarum , ſi non modo apud ipſum maximum Jovem, verum & apud te, quem ſemper in fratris locum habui, colui, obſervavi, condolendi facultas negatur ? O me miſeram, ad quos confugiam? Unde auxilium petam? Me quidem , cum ita deſpiciar , malo eſſe truncum aliquem , quam Deam. MERC. Tandem effare , dum praebeo operam. VIRT. Viden' quam ſim nuda & foeda? Hoc ita ut ſim , efficit Fortunæ Deæ impietas atque injuria. At eram ſane ornata apud Elyſios campos inter [illegible] cos , Platonem ſcilicet , S[illegible] ſthenem, Ciceronem, A[illegible] cratem, Praxitelem , & e[illegible] ctos, qui me, dum vitam agebant, pii[illegible] atque religioſiſſime coluere. Interea loci cum jam non pauci ſalutatum ad nos advolaſſent, è veſtigio Fortuna Dea inſolens, audax , temulenta , procax, maxima armatorum turba conſepta atque ſtipata , properans ad nos , jactabunda , En, inquit, plebeja, tune majoribus Diis adventantibus non ultro cedis ? Dolui injuriam nobis immeritis eo pacto fieri : ac nonnihil ira concitata , inquam , Neque tu maxima Dea his verbis me plebejam efficies : neque ſi majoribus cedendum eſt, tibi turpiter cedendum cenſeo. Illa vero illico in convitium ſeſe effert adverſum me. Praetereo hic, quas contumelias in me primum dum haec inter nos geruntur, effuderit: idcirco Plato philoſophus coepit contra eam nonnulla de Deorum officiis diſputare. Illa excandeſcens , Apagite hinc verboſi,

boſi, inquit. Non enim decet ſervos Deorum cauſſam ſuſcipere. Coeperat & Cicero orator plura velle ſuadere, at ex turba armatorum erupit, Mercuri, Antonius praepotens, latera illa ſua gladiatoria oſtendens, graviſſimumque pugnum in os Ciceronis injecit: hinc caeteri mei amici perculſi metu, fuga ſibi propere conſuluere: neque enim Polycletus peniculo, aut Phidias ſcalpro, aut Archimedes horoſcopo, aut caeteri inermes adverſus audaciſſimos armatos, eosque praedis atque homicidiis ſuetos, bello ad ſeſe tuendos valebant. Ergo me infeliciſſimam, ab ipſis Diis omnibus qui tum aderant, atque hominibus, deſertam, pugnis ac calcibus totam confregere, veſtes meas diripuere, in lutum proſtratam reliquere, demum abiere ovantes. Ego vero ita confecta, cum primum licuit, conſcendi huc, ut Jovem Opt. Max. his de rebus facerem certiorem. Jam quidem mihi ut intromittar expectanti, menſis elapſus eſt: dumque id ut impetrem, omnes Deos exeuntes atque redeuntes precor, novas ſemper aliquas excuſationes audio. Aut enim Deos ajunt vacare ut in tempore cucurbitæ floreſcant, aut curare ut papilionibus alæ perpulchre pictæ adſint. [illegible] Igiturne vero aliquid ſemper habebunt negotii, quo nos excluſas teneant ac floccipendant? Tum etiam & villicus ſuſcepit curam dudum, ne cucurbitæ ſiti pereant: nos tamen neque Diis neque hominibus cordi ſumus. Has ob res te iterum atque iterum precor obteſtorque, Mercuri, qui ſemper apud Deos ipſos interpres extitiſti, ut cauſſam hanc meam juſtiſſimam atque piiſſimam ſuſcipias. Ad te confugio, te ſupplex oro. In te omnis mea ſita eſt ſpes atque expectatio. Da quaeſo operam, ne dum a vobis excludor, ipſis quoque mortalibus ſim ludibrio. Nam erit quidem dedecus Deorum ordini, ubi homunculi me tametſi infirmam Deam floccipendant. MERC. Audivi, doleo: verum pro vetere noſtra amicitia unum admoneo, duram nimis atque difficilem cauſſam te adverſus Fortunam ſuſcepiſſe. Nam & Jupiter ipſe, ut caeteros omittam Deos, cum ſe ob accepta beneficia nimium Fortunæ debere ſentiat, illius vires atque potentiam veretur. Ea enim ad coelum Diis aſcenſum praeſtitit: atque ubi velit, valens ſua armatorum manu ejiciet. Qua de re, ſi ſapis, inter plebejos Deos ignota, quo ad Fortunæ odium extinctum ſit, latebis. VIRT. Æternum latitandum eſt. Ego & nuda & deſpecta abeo.

IO. MATTHIAE GESNERI
DE AETATE ET AUCTORE
DIALOGI LUCIANEI
Q U I
P H I L O P A T R I S
INSCRIBITUR, DISPUTATIO.

(Habita *Jenae* A. 1714. retractata & aucta publiceque diſputata *Lipſiae* 1730. retractata iterum & caſtigata *Gottingae* 1741.)

A R G U M E N T U M.

De auctore Philopatridis tres claſſes ſententiarum §. 1. 2. I.) *Qui Luciano tribuunt* 3. 4. II.). *Qui antiquiorem Luciano faciunt* 5. *Examinatur haec poſterior ſententia* 6. *In primis repugnat laudatus Artemidorus* 9. *Et ſimilitudo ſermonis cum ſermone Luciani. Obiter de Baraterio dictum* 10. II.) *Luciani non eſſe hunc libellum, oſtenditur teſtimonio antiquae annotationis* 12. *Quia unius tantum Imperatoris in Perſica victoria mentio ſit* 13. *Reſpondetur Ge. Bullo* 14. *& Dodwello* 15. *Major eſt in Philopatride rerum Chriſtianarum notitia, quam quae in Luciano obſervatur* 16. *Obiter quaedam ad Peregrinum diſputantur contra T. Fabrum* 18. 19. *Comparantur notitiae Luciani & auctoris Philopatridis* 20. *An* [illegible] *ſint Chriſtiani? contra Huetium* 21. *Stilus Philopatridis Luciano indignus* 22. [illegible] III.) *Ergo junior Luciano, quod putabat etiam Lacroſius* 26. *Et Moylius* 27. *Scriptus* [illegible] *Byzantii, cum ea jam eſſet Conſtantinopolis* 28. *Argumento de templorum* [illegible] *non utimur* 29. *Poſt Conſtantinum M. ſcriptum eſſe indicant* ἐξιτωταὶ, *& voces quaedam illius aevi propriae* 30. *Scriptus videtur ad primum nuncium victoriae Juliani Perſicae* 31. *Chriſtiano Imperatori tali libello gratulari non licuiſſet* 32. *Res geſtae Juliani ſatis magnae* 33. *Et auctae in immenſum a laudatoribus* 34. *De Aegypto in ſervitutem redigenda, Arabibus ac Scythis* 35. *Chriſtiani infenſi Juliano. De his agi, contra Basnagium* 36. *Male ominatos Juliano oſtenditur* 37. *Status felix imperii Juliano imperante* 38. *Galilaeorum appellatio Juliani temporibus propria* 39. 40. *Licebat apud Julianum etiam Deos gentilium irridere* 41. *Quî in Luciani nomen pervenerit?* 42. 43.

I.

QUo tempore, quove ſcriptus auctore eſſet Dialogus, qui Philopatridis nomine, inter Luciani libellos a librariis collocari ſolet, diu multumque a doctiſſimis hominibus diſputatum eſt. Me ad quaerendum excitavit illud, quod paſſim ad hunc libellum in diſputationibus de antiquitate fidei Nicaenae, aliisque rebus provocari viderem. Operae itaque pretium eſſe putabam etiam paullo exquiſitioris, ſi conſtitui poſſet aliquid, quod vel usque quaque certum eſſet, vel eum probabilitatis gradum haberet, quo in tali re acquieſcendum ſibi viri ſapientes putant.

II. Ad

II. Ad tria quaſi capita referri poſſunt, quae adhuc prolatae ſunt ſententiae. Sunt enim, qui Luciano auctori tribuendum putent; malunt alii antiquiorem Samoſatenſi credere, quin ad Neronis usque tempora retro aſcendentes parentem deformi foetui quaerunt; alii denique juniorem Luciano, quin ipſo tertio poſt C. N. ſeculo inferiorem ut ſtatuant, adduci ſe patiuntur. Nos in re non nimis facili ita verſabimur, ut primo ſententias aliorum proponamus, quam fieri poterit perſpicue, adjectis ſimul cauſſis, quas vel allegant ipſi, vel quae videntur illos, ut ita ſentirent, induxiſſe; tum quae contra hos ab aliis diſputentur, vel dici noſtra opinione poſſint, ſine cujusquam inſectatione modeſte indicemus; denique ut noſtram de tota re ſententiam & exponamus breviter, & argumentis pro virili parte adſtruamus.

III. Igitur qui Luciano tribuunt ſcelerati partus excluſionem, ab illis ne exigendam quidem eſſe probationem, videri alicui queat: cum, quod inter reliquas ejus viri commentationes compareat, ex eo ipſo ſatis conſtet, niſi ſit, qui meliori jure eum ſibi vindicet, illius eſſe, cujus per tot annos fuit poſſeſſio. Plurima enim eſſe plurimorum auctorum ſcripta, quae eorum, quibus tribuantur, eſſe, nullo alio argumento probentur, quam quod inter reliqua ipſorum ſcripta referantur. Atque haec cum ita ſint, accedere, quod argumentum tale hujus Dialogi ſit, quod a dicacitate Luciani & omnia inſectandi libidine non abhorreat. Olim enim effeciſſe Samoſatenſem illum ſcurram, ut, ſi quid in re gravi ridiculum, in ſeria ludicrum, in honeſta denique contumelioſe dictum appareat, id haud male, nec levi conjectura ad ipſum auctorem referatur. Neque Chriſtianis pepeciſſe, ſed in ipſos etiam maledicum ſtrinxiſſe calamum, vel Protea, ſeu de morte Peregrini dialogum luculenter admodum teſtari. Maximam autem omnium fidem huic ſententiae facit mira phraſium, ſententiarum, earum etiam, quas ex Homero ſolet depromere, totius denique oeconomiae, quam vocant, & diſpoſitionis convenientia: quae quidem tanta eſt, ut vix phraſis vel ſententia in toto hoc dialogo occurrat, quae non ſemel, aut ſaepius etiam in reliquis, quae Luciano nemo abjudicat, deprehendatur; oeconomia autem ſeu diſpoſitio, dialogi ei, quam in Nigrino ille adhibuit, magis ſimilis ſit, quam ovum ovo eſt ſimile, de qua quidem convenien[illegible] adhuc erit dicendi locus.

IV. Jam victoria illa de Perſis, cujus ſub finem dialogi epinicion quaſi quoddam a ſuperveniente Cleolao canitur, nihil vetare dicit celeberrimus FABRICIUS (a), quare non ſit eadem, de qua Marcus Antoninus & Lucius Verus triumpharunt A. C. 166. Vir doctiſſimu, DAVID BLONDELLUS (b), quem laudat FABRICIUS, *Anno Marci quarto*, inquit, *Chriſti 164. Macrino & Celſo Coſſ. Seleucia cum trecentis hominum millibus, & Cteſiphontis regia Veri nomine per Caſſium exciſa, priſco vere Perſarum ſupercilio nubem ademit Verus, cui ſpe falſus inani Suſae & Arabiae excidium Scythicarumque excurſionum ceſſationem (in bellum Marcomannicum, dum Parthicum geritur, natum, intentus) ſpondet Cleolaus. Nihil itaque nos cogit, quae Luciano vivente & ſpectante confecta ſunt, ad alium auctorem referre.* GEORGIUS vero BULLUS (c), laudante iterum FABRICIO, praeter victoriam de Perſis, Marco Antonino imperante reportatam, quam celebrat Cleolaus, illud inſuper monet, quae de malorum praedictionibus dicantur in Philopatride, illa apprime etiam in Divi Marci tempora convenire. Huc enim pertinere, quae SEXTUS AURELIUS VICTOR habet in epitome: *Marcus Antoninus virtutum omnium caeleſtisque ingenii exſtitit, aerumnisque publicis quaſi defenſor objectus eſt. Etenim niſi ad illa tempora natus eſſet, profecto quaſi uno lapſu ruiſſent omnia ſtatus Romani. Quippe ab armis nusquam quies erat: perque omnem Orientem, Illyricum, Italiam, Galliamque bella fervebant: terrae motus non ſine interitu civitatum, inunda-*

(a) Bibl. Gr. L. 4, 16. p. 504.
(b) De Epiſcopis & Presbyteris p. 227.
(c) Defenſ. Fidei Nic. 2, 4, 2. p. 73. ſeq. ed. Grabii.

dationes fluminum , lues crebrae , locuſtarum ſpecies agris infeſtae, prorſus ut prope nihil, quo ſummis angoribus atteri mortales ſolent, dici ſeu cogitari queat , quod non illo imperante ſaevierit. Nempe haec eſſe illa mala, a ſophiſtis, ut auctor appellat Chriſtianos, praedicta.

V. Qui antiquiorem faciunt Luciano, in diverſa abeunt. Eſt enim qui ita putet Luciano majorem Philopatridos parentem , ut ipſum Neronem aetate credat attigiſſe. Nimirum THEODORUS MARCILIUS , *Saperdae autem prorſus illi ſunt*, inquit, *qui propter ea quae in extremo dialogo iſto de Babyloniis, Aegyptiis, Perſis , Scythis verba fiunt, hujusce diſtortiſſimi foetus parentem ad tempora Imperatoris Trajani referunt , cum ea magis in Neronis aut etiam Claudii pertinere poſſe , quivis facile lolio non victitans perviderit. Plane quidem , quiqui tam belli pueri pater eſt , Neronis Principatu eum ſuſcepit.* Micyllum videtur notare , qui Trajano imperante ſcriptum eſſe Philopatrin putabat. Sed ipſius verba ponere ex argumento dialogi ab ipſo quondam converſi , commodiſſimum fuerit. ,, Lucianine ſit Dialogus ,, hic , an alterius cujuſpiam , dubitari poteſt. Nam quod ad argumentum attinet, non ,, abhorret ab illius ingenio & dicacitate. Pariter enim & gentilium Deos, & Chriſtianam ,, religionem , ut ſaepe alias , inceſſere videtur. Phraſis autem, & tota adeo compoſitio ,, caeteris illius ſcriptis haudquaquam ſimilis eſt. Nam quorſum pertinet excurſus iſte, re- ,, liquo prope toto corpore longior? Aut quid adeo grande aut affectuoſum ſequitur, quod ,, Tragico iſti exordio reſpondeat? Sed de his doctiores judicent. Caeterum cujuscumque ,, ſcriptum hoc fuit , videtur is Trajano Caeſari ob victoriam in Oriente partam potiſſi- ,, mum gratulari voluiſſe , contra eos qui per id tempus ſive ipſi urbi, ſive alteri alicui lo- ,, co, (nam patriam (*a*) ſolum vocat) pericula & clades praeſagiebant : quos ipſe a princi- ,, pio Sophiſtas appellat: ad finem tamen ita deſcribit , ut propemodum Chriſtianos intel- ,, ligere videatur. Eo enim pertinet, quod in fine de Perſico ſupercilio, de Suſis, de to- ,, ta Arabum regione meminit. Omnia enim illa a Trajano devicta in pop. Romani po- ,, teſtatem illis tum temporibus rediere, ut apud Dionem & Eutropium, & caeteros, qui ,, ejus aetatis hiſtoriam ſcripſerunt, videre eſt". Habet haec Micylli ſententia praeſidium quoddam in verbis dialogi c. 10. Ἡνίκα δέ μοι Γαλιλαῖος ἐνέτυχεν , ἀναφαλαντίας, ἐπίῤῥινος, ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας , καὶ τὰ κάλλιςα ἐκμεμαθηκὼς , δι' ὕδατος ἡμᾶς ἀνεκαίνισεν κ. τ. λ. His veriſimile Paullum Divum ſignificari, cujus proinde auditor Triephon : jam vero inter magiſtri mortem , atque hunc ſermonem diſcipuli plus XL. annis ad ſummum intercedere non potuiſſe credibile eſt, niſi decrepitum ſenem Triephontem , cum haec loqueretur, fuiſſe, dicere velis.

VI. Verum enim vero quo antiquiorem aliquis hunc dialogum ſtatuit, eo magis falli neceſſe eſt. Quid enim? Ut hinc incipiamus, Triephontis magiſter laudatur Γαλιλαῖος, ἀναφαλαντίας, ἐπίῤῥινος, ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας; Divus igitur Paullus intelligendus neceſſario eſt? Quid vetat, quemvis alium hac deſcriptione ſignari, recalvaſtrum, naſonem, myſteriorum cognitionem de ſe, ex vero forte , praedicantem , quam comica phraſi, ad raptum illum Apoſtoli nefarie accommodata, noſter περιφράζει. Quid vetat, ſi concedamus etiam , corporis & oris habitum, qualis hic deſcribitur, Paullo fuiſſe, (quod vix tamen probari poſſe puto) imaginem ſummi Doctoris a ſcurra viſam eſſe , eumque deinceps , ut protervius Chriſtianos inſectaretur, hoc ſchemate magiſtrum ſuum deridendum aliis propinaſſe? DAVID BLONDELLUS, quem paullo ante laudavimus, contra eos, *quibus Galilaei , recalvaſtri, naſonis, ad tertium usque caelum rapti, diſcipulum profeſſus Triepho, Paullum innuere videtur*, ita diſputat: *His argumentis*, (quae nimirum allata jam jam a nobis ſunt) *perſuaderi me non poſſe fateor*, (*ut credam, Philopatrin ante Luciani aetatem ſcriptum.*) *Ut enim nullum Luciani aetate Paulli auditorem ſuperfuiſſe largior lubens ; nec Paullum Tarſi natum Galilaeum dici*

(*a*) Quin urbis κατ' ἐξοχὴν mentio fieri videtur c. 19.

dici debuiſſe conſtat : utrumque ad majus Chriſtianarum rerum ludibrium a Luciano effictum, *non eſt quod negemus.* Nec difficile fuit Vener. MOSHEMIO (*a*) refellere ARTEMONIUM, id eſt SAM. CRELLIUM, qui ipſi Chriſto adſcribi raptum in caelum, ſententiis Socinianis inſerviens nimirum, putabat.

VII. Neronis Principatu non eſſe ſcriptum Philopatrin, non equidem probabo ex RUFI FESTI loco, qui *Armenias duas tunc amiſſas*, *Romanasque legiones ſub jugum a Perſis miſſas*, *extremo dedecore Romani exercitus ſacramenta* ait *foedaſſe* : Plura ſiquidem feliciter, ductu Corbulonis, Neronis auſpiciis in Armenia contra Parthos geſta, eademque magnifice celebrata, refert TACITUS (*b*) : quin neque poſt cladem ignominiamque, Paeti negligentia acceptam, *decreta a Senatu*, *integro adhuc bello*, *tropaea*, *dum aſpectui conſulitur*, *ſpreta conſcientia*, *omiſſa ſunt*, ut idem TACITUS (*c*) auctor eſt. Quidni igitur & vani cujusdam Graeculi Paeana ante victoriam, quin poſt cladem acceptam, canentis, gratulationem Nero acceperit? Firmiora proinde argumenta deinceps erunt adferenda. *Nec vero Trajano convenit*, verba recito DAVIDIS BLONDELLI l. c. *quod ſub dialogi finem oraculum recitat Cleolaus :* πέπτωκεν ὀφρὺς ἡ πάλαι βοωμένη Περσῶν, κ.τ.λ. *Nam nec Suſam nec Arabiam totam debellavit*, *nec quos ex Arabibus ſubegit*, *poſt devictos Perſas domuit Trajanus*, *immo inter belli Parthici initia anno imperii quarto Chriſti CI. Trajano quartum & Paeto coſſ. per Syriae praeſidem Palmam*, *Petraeam Arabiam ſub jugum miſit*; *eodemque anno*, *pereunte Decebalo*, *Dacicum bellum conſummavit. Anno vero imperii nono*, *Chriſti CVI. Commodo & Cereale Coſſ. Seleuciam*, *Babylonem & Ceſiphontem cepit.*

VIII. Sed, ne quid diſſimulem, tota illa diſputatio nec mihi, nec credo multis aliis, ex omni parte probatur. Prior ipſius ratio eſt, quod nec Suſa nec Arabiam totam debellaverit Trajanus. Sed debellavitne eam Marcus, cui ipſe epinicio illo gratulatum fuiſſe Lucianum putat? Fatetur non debellaſſe. At paratum eſt κρηνσφύγετον. SPE FALSUS *inani*, inquit, *Suſae & Arabiae excidium*, *Scythicarumque excurſionum ceſſationem*, *ſpondet Cleolaus.* Iniquus autem eſt BLONDELLUS, ſi quo ipſe effugio utitur, illud eripere velit parti adverſae. Ut lubentius concedat, movere eum debet ratio altera, qua adverſam ſententiam oppugnare ſibi videt[illegible]um abeſt, ut ea rem, quam vult, conficiat. Putat enim, quia jam ante Perſas, Arabum quosdam ſubegerit Trajanus, Cleolaus autem ei, qui jam victor eſſet Perſarum, Arabiæ ſubjugationem tanquam futuram ſpondeat; fieri non poſſe, ut de Trajano ea gratulatio accipiatur. Quid ſi autem dicamus, ideo enimvero ſpondere Cleolaum ut ΠΑΣΑ χθὼν Ἀραβίης, ſub poteſtatem Trajani redigatur, quod parte ejus jam ſubacta, facilior de reliquis ſpes eſſet. Haec, ut mihi quidem videtur, ita ſunt manifeſta, ut Blondello ipſi, ſi viveret, aſſenſum extorquerent.

IX. Haecne igitur, dicat forte aliquis, ſunt firmiſſima illa argumenta, quibus Trajani aevo abjudicatur Philopatris? Equidem, ut quod res eſt fatear, his nunquam mihi perſuaderi paſſus eſſem, ut non a Paulli quodam diſcipulo transfuga ſcriptum putarem. Sed bene res habet. Supereſt argumentum unum, a nemine, quod ſciam, adhibitum, ſed omni exceptione, uti arbitror, majus. Narrat nimirum Critias, c. 21. ſe cum interfuiſſet deliramentis atque vanis praedictionibus Sophiſtarum, ita ſententiam de illis dixiſſe: κατὰ μὲν τὰ Ἀριςάνδρου καὶ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ, οὐ καλῶς ἀποβήσονται ταῦτάγε τὰ ἐνύπνια ἐν ὑμῖν, & reliqua. Quis non videt ARTEMIDORUM ὀνειροκριτικῶν ſcriptorem ſignificari? Et ne dubitemus, nec infartum ab interpolatore aliquo Artemidori nomen ſuſpicemur, paullo poſt interrogat: οὐ κατὰ Ἀρίςανδρον τὸν Τελμισέα, καὶ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΝ τὸν ΕΦΕΣΙΟΝ ἐξήχνευσα τοῖς ὀνείρασιν; De ipſa re, ſi quis forte requirat ARTEMIDORI, hujus ut & ASTRAMPSYCHI, verba in notis po-

(*a*) Vid. viri magni diſſ. de raptu Chriſti in caelum §. IX. ſeqq.

(*b*) Annal. 13, 7. ſeq. c. 34. ſeq. L. 14, 23. ſeq. L. 15. init.

(*c*) Annal. 15, 18, 1. Ita in Perſii 5, 4. ad Corbulonis victorias reſpici ait *Caſaubonus*, quas aſſentatorie in majus extollerent Poëtae & Hiſtorici

poſita ſunt. Hic illud tenendum, quod hic ARTEMIDORUS EPHESIUS, (qui tamen Daldianum ſe dici maluit, ut nobilitaret oppidum unde maternum genus trahebat, obſcurius absque hoc futurum) teſtatur ipſe, *(a)* ſe noſſe homines, qui vixerint Antonini Pii temporibus, qui ſucceſſor fuit Hadriani, ante quem Trajanus imperavit. Hujus vero inter victoriam Perſicam & Antonini initia XXX. minimum anni interceſſerunt. Nemo igitur ſub Trajano ſcriptum Philopatrida poteſt aſſerere, niſi qui crediderit, triginta annis ante quam ſcriptus ſit liber, eum poſſe allegari. Quin, cum nihil aliud colligi queat ex Artemidori verbis, quam notos illi fuiſſe Athletas, qui interfuerint ludis quinquennalibus illis, quos Antoninus Pius Hadriano, a quo fuerat adoptatus, inſtituit, *(b)* ſuſpicari licet, poſt Antonini demum tempora, quin Severi etiam, qui Antonino ſucceſſor fuit, ſcripſiſſe Artemidorum, primum quod ex prooemio apparet, poſt longiſſimam cunctationem animum ad ſcribendum appuliſſe, h. e. ad edendas obſervationes longa peregrinatione experientiaque comparatas. Tum quod TERTULLIANUS quem ſub Severo Imp. in confiniis ſeculi II. & III. floruiſſe ſatis conſtat, cum ſomniorum interpretes enumerat *(c)*, noſtri nullam facit mentionem: Quae ratiocinatio, ſi cui aeque ac mihi probabitur, ut paullo dictum laxius accipiet, cum NIC. RIGALTIUS, l. c. atque JO. ALB. FABRICIUS *(d)* Hadriani & Antonini Pii temporibus vixiſſe Artemidorum perhibent: tum illud etiam colliget, vix eſſe, ut a Luciano Samoſatenſi laudatus Artemidorus, adeoque Philopatris ſcriptus eſſe potuerit, de quo infra videbimus.

X. Neque vero illud hoc in loco praetermittendum eſt, ſumma rerum verborumque cum iis, quæ haud dubie Luciani ſunt, convenientia, quam, credo, negabit nemo, qui annotationes noſtras vel curſim perluſtraverit, *facile aliquem induci*, *ut credat*, *vel ab ipſo* Luciano, vel ab homine qui eum ſibi imitandum propoſuerit, eſſe ſcriptum. Neque enim magis id caſu fieri potuiſſe exiſtimo, quam, ut ex temeraria formularum typographicarum commiſſione verſus Homeri aliquis, aut Ennii poſſit exiſtere. Sed pluribus in hac ſententia confutanda nos immorari nihil opus eſſe arbitror, cum quae jam nunc adverſus primam illam, quæ Lucianum Philopatridis auctorem facit, proferemus, ea magnam partem fortius etiam contra hanc ſecundam valeant. Neque protulit quidquam doctiſſimus puer (quo nomine honoris cauſſa hic utor in eruditiſſimo quatuordecim annorum homine) BARBARIUS *(e)*, quod dimovere nos de ſententia debeat. Favebam aetatulae hominis in mea patria nati & *iſta ſcribentis*, *ignoſcebam puero abſurditatis* accuſanti, quae neque cognoviſſet *ſatis*, *neque intelligere dum poſſet*: lubens me diſcipulum illi in re tali praebuiſſem. Sed *nihil dixit*, *quod non dictum*, *quod non refutatum ſit*. Molliter inter roſas violasque quieſcant oſſa hominis emendaturi, ſi licuiſſet, illa *παιδαριώδη καυχήματα*. Nos pergamus.

XI. Quod igitur alterum hujus diſputationis caput eſt, Luciani ne ſit Philopatris, an junioris alicujus, age, diſpiciamus. Qua in re ita verſabimur, ut primo contra eorum, qui id affirmant, rationes quaedam in medium proferamus, deinde, cur Luciani non eſſe putemus, generatim dicamus, denique, ut quibus inducti rationibus, juniorem Luciano auctorem arbitremur, eas rationes, quam fieri poterit breviter & perſpicue, proponamus.

XII. Luciano jure tribui Philopatrin, probatum primo inde eſt, quod is quaſi in poſſeſſione eſſet, cum inter ipſius opera jam longo tempore referatur; igitur non niſi validiſſimis rationibus poſſe inde exturbari. Verum enim vero, ne jam in locum illum communem de librariorum inertia & fraudibus excurram; ne etiam illud dicam, malae fidei poſſeſſorem praeſcriptione ſeſe tueri non poſſe: jam Aldina editio CIↃ IↃXXII fol. in fine dialogi haec ha-

(a) L. I. c. 28. p. 26. & c. 64 p. 55. quae loca allegantur a *Nic. Rigaltio* in notis ad inſcriptionem.

(b) Videndus *Ael. Spartianus Hadriano* c. 27. & Commentt. ad h. l.

(c) Lib. de anima c. 26.

(d) Bibl. Gr. 4, 13. p. 4. 2.

(e) In Anti Artemonio Noribergae 1735. 8. edito cap. 14. § 2. et 3. p. 84. ſeqq.

habet : οὗτος ὁ λόγος νοθεύεται τῶν Λουκιανοῦ. Quæ procul dubio ex veteri codice adſcripta, & poſt ab aliis repetita ſunt. Argumentum non abhorret, fateor, ab ingenio Luciani, ſi generatim illud ſpectes, ut ad irridendam cum ſuperſtitione religionem pertinet. Sed quam exiguum huic rationi pondus inſit, ſi dicerem, de Tua, Lector, prudentia dubitare viderer. Quid ſi vero inſuper negem, illam ſaltem dialogi hujus partem, ubi vaniſſima ſpe tot victoriæ, triumphi tot ſpondentur, quorum nihil vel parum, quamcumque etiam ſententiam amplectare, contigit, cato illi Samoſatenſis naſo ex aſſe convenire? Certe a prudentia non tantum viri, ſed a magna ad credendum res etiam ſatis certas tarditate, oppido id videtur alienum. Ingens porro illa rerum verborumque in hoc dialogo cum iis, quæ indubie ſunt Luciani, ſimilitudo, tantum abeſt ut a me negetur, ut potius paullo ante ea uſus ſim ad probandum, Trajani aetate non videri ſcriptum. Sed potuit ea ex alio etiam fonte profluxiſſe, imitatione nimirum, ſatis illa quidem inepta, qua de tum ex adnotationibus noſtris conſtare volenti poteſt, tum infra adhuc aliquid erit dicendum. Nunc reliqua perſequemur.

XIII. Victoriam de Perſis ingentem reportavit Lucius Verus, ob quam, communicato cum Marco fratre honore, triumphavit. Hanc eam ipſam eſſe, quam celebrat ſub finem Philopatridis Cleolaus, volunt, quos ſupra laudavi, viri doctiſſimi, aliique complures. Quibus aſſentiri ne queam, illud me movet, quod unius tantum αὐτοκράτορος deprehendam in illo epinicio mentionem, id quod ſecus factum oportebat, ſi ad hunc triumphum pertineret. Ambos enim fratres aequato jure imperium adminiſtraſſe, notius eſt; quam ut dici a me debeat. Nec eſt quod Lucium Verum ſolum celebrari dicamus, qui nimirum ſolus id bellum confecerit, ſolusque gloriam inde ſibi vindicaverit. Praeterquam enim quod per duces omnia ſunt geſta, Vero interim Imperatore in Daphnicis Antiochiæ deliciis molliter ventrem, Marco autem Romae rem publicam curante, ut teſtis eſt JULIUS CAPITOLINUS (*a*): jam eſt paullo ante dictum, confirmarique tum aliorum, tum ejusdem CAPITOLINI (*b*) teſtimonio poteſt, triumphum pariter utrosque celebraſſe. Ita enim ille: *Habuit hanc reverentiam Marco Verus, ut nomina quae ſibi delata fuerant, cum fratre co[illegible]unicaret, di[illegible]mphi, quem pariter celebrarunt.* Et jam ante c. 7. dixerat: *p[illegible] eſt Vero [illegible] Armenici, Parthici, Medici, quod etiam Marco Romae agenti delatu[illegible] eſt.* [illegible]lud forte dici ab adverſa parte poſſet, Imperatorem Verum, cum iſta ſcriberentur a Luciano, jam tum fuiſſe extinctum, ſolique adeo Marco hic applaudi. Et ſane EUTROPIUS 8, 5. cum triumpho Parthico, Veri obitum conjungit artiſſime. Sed certum eſt, interceſſiſſe aliquot annos inter triumphum iſtum atque mortem Lucii: nec quae ſcriptor brevitatis ſtudioſus narratione conjungit, tempore ideo ſunt conjuncta putanda. Sed haec cum quaeſtione careant, apud eos certe, qui aliquam cum hiſtoricis illorum temporum familiaritatem habent, lubens dimitto. Illud tamen non poſſum quin adjiciam, non videri Cleolaum noſtrum, qui ſui victoria Imperatoris effertur tantopere, Medorum atque Armeniae (ut diſtinctarum magni imperii partium, ſuosque ſibi regulos habentium) mentionem fuiſſe omiſſurum, cum de futuris audacter adeo ſpondeat, ſi modo materiem epinicio illi tum praebuiſſent, quod Marco imperante contigiſſe modo vidimus. Denique totum hoc argumentum tale eſſe meminerimus, ut ſi nihil etiam ſit, quo labefactari convellique poſſit, (quod tamen minime ita ſe habere, eſt, puto, luculenter a nobis oſtenſum) tamen amplius nihil eo efficiatur, quam hanc quidem περίςασιν nihil obſtare, quo minus Lucianus pro Philopatridis auctore haberi queat, cujus generis argumenta, plura etiam, ruere ſtatim neceſſe eſt, ſi vel unum quid proferri queat, quod cum reliquis conciliari & redigi in concordiam non poſſit.

XIV. Quod

(*a*) In *Marco Antonino* c. 8.

(*b*) In L. Vero c. 8.

XIV. Quod vero GEORGIUS BULLUS putat non parum momenti habere, ad aſſerendum Luciano Philopatridem, temporum ſub Marco Antonino iniquitatem, de eo etiam, diſſimulare non poſſum, alia omnia mihi videri. Mala etenim, quae ab AURELIO VICTORE enarrata ſupra retulimus, quorumque mentionem etiam JULIUS CAPITOLINUS facit (a), jam inde ab imperio Antoninorum fratrum, atque adeo ante victoriam Parthicam accidiſſe, totoque fere perduraſſe imperii tempore, iidem auctores ſunt. Tantum autem abeſt, ut, qua tempeſtate ſcriptus eſt Philopatris, calamitates publicae orbem Romanum inſigniter vexaverint, ut potius eam ob cauſſam Chriſtianis acerbe adeo inſultaſſe auctorem appareat, quod temporum felicitatem infauſtis praedictionibus, obſcoeniſque ominibus quaſi contaminarent. Quod ut appareat, audiamus Critiam, qui, ut videtur, ob patriae, quem profitetur, amorem, nomen dialogo dedit, cujusque ſub perſona auctorem latere voluiſſe, exiſtimaverim. Hic igitur Critias in Sophiſtarum, ut eos appellat, concilium introductus, interrogatusque c. 24. πῶς τὰ τῆς πόλεως καὶ τα τοῦ κόσμου; Χαίρουσίγε πάντες, inquit, καὶ ἔτιγε χαρήσονται. Habes gaudium publicum, habes felicitatem temporum. Quid ad haec Sophiſtae? Non placet illis laetitia effuſa gentilium, ſubjiciunt: δυστοκεῖ γὰρ ἡ πόλις, cujus verbi vim ibi declaravimus. Non negant igitur jam felicia eſſe tempora, ſed mala futura praedicunt. Hos dein proterve ridet Critias, ὀξυδερκέστατα νοεῖν illos inter alia ſcommata dicens, qui viderent ſcilicet, quod nec eſſet usquam, nec, ut putabat, futurum eſſet. Tum effunditur in enumeranda varia calamitatum publicarum genera, ita tamen ut ipſa phraſi ad riſum compoſita manifeſte indicet, nihil tale tum quidem vulgo homines timuiſſe, ne putes fuiſſe expertos. Confirmant iſta, quae ſub finem dialogi idem Critias commemorat: Ἡμεῖς δὲ, ὦ Τριεφῶν, τὰ κάλλιστα εὑρηκότες ἐσμέν· & paullo poſt: τοῦτο ἀρκεῖ τοῖς παισὶν, αἱ ἡμέραι τοῦ αὐτοκράτορος, πλοῦτος γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἐκλείψει, καὶ ἔθνος ἡμᾶς οὐ καταπτοήσει. Haec igitur ſatis, opinor, oſtendunt, non eo tempore ſcriptum Philopatridem, cum calamitates publicae per orbem terrarum graſſarentur, ſed ſatis laeto reipublicae ſtatu, ſecus atque viro doctiſſimo videbatur.

XV. Magnum nomen HENRICI DODWELLI praeſertim in ſuis cuique libro temporibus aſſignandis. Ille etiam aliquando Luciano adſcripſit Philopatrin: [illegible] ſe diſputandi neceſſitatem nobis remiſit, qui ſententiam ipſe mutarit. Itaque ſatis prope [illegible] verſi viri opiniones referre. In diſſertatione de fortitudine Martyrum (quae Cyprianicarum XII. eſt) §. 24. Luciano & M. Antonini temporibus attribuerat Philopatrin. In diſſertatione (b) de jure Laicorum ſacerdotali p. 284. de eodem dicit, *Quem ego Trajano longe recentiorem fuiſſe exiſtimo, & ipſo fortaſſe Luciano.* Sed in diſſertatione de Iſidoro Characeno (c) §. 5. p. 63. ait, „ Anno Chriſti CCII, quo Severus Imperator perſecutionem „ in Chriſtianos Alexandreae decreverit, huic perſecutioni Philopatride ſcripto quaſi praeluſiſſe Lucianum, praevias perſecutioni κωμῳδίας memorante Antiocheno Theophilo". Liceat hic quaſi interpellare Dodwellum. Spartianus in Severo c. 17. quem laudat, non Alexandriae ſed *in itinere* e Syria verſus eam urbem decretam ait perſecutionem. *Judaeos*, inquit, *fieri ſub gravi poena vetuit. Idem etiam de Chriſtianis ſanxit.* Κωμῳδίας illas apud Theophilum non obſervavi. Sed quid porro Dodwellus? „ In eadem urbe Alexandria „ ſcriptum Philopatrin argumento eſſe Alexandrini menſis nomen Meſori (c. 22.) Quod „ autem Arabes hoſtibus accenſentur, (c. 28) id facere, ne quis alius Princeps, praeter „ Severum, intelligi poſſit &c. Similia ſunt, quae diſputat Prael. Camden 7 p. 307. ſeq. Quanti ea ſint, cum aliunde ex hac diſſertatione & adnotationibus ad Philopatrin noſtris con-

(a) In vita Marci c. 8.

(b) [illegible] d[iſſ]. de Cornuae adminiſtratione ubi [illegible] ſunt, & alia hujus argumenti rara [illegible]. Lond. 16[illegible]

(c) In Geograph. Hud. [illegible] T.

conſtare poteſt, tum ipſe indicavit Dodwellus, qui in literis ad Moylium, quas paullo poſt laudabimus, novam ſententiam defendendam ſuſceperit, ſcriptum nempe libellum A. C. cccxi. ad recentem nuntium victoriae quam a Perſis Odenathus retulerit. Quae deinde pro noſtra dicemus ſententia, ea huic conjecturae evertendae putamus ſufficere.

XVI. Perduxit nos ordo diſputationis inſtitutus ad ea argumenta, e quibus generatim Luciani non eſſe foetum Philopatrin, colligi poſſe putamus. Nam illa quae juniorem Luciano auctorem ſuadeant, his ſubjuncturos nos eſſe diximus. Ad hanc igitur claſſem, praeter ea, quae modo contra Blondellum atque Georgium Bullum, viros doctiſſimos, diſputata ſunt, non dubito primo loco referre, quod major in hoc dialogo deprehenditur, quam in Luciani ſcriptis, Chriſtianarum rerum peritia. Quisquis diligentius paullo hujus viri commentationibus legendis attenderit, animadvertet profecto perpetuum fere illius morem, ut in quarum rerum mentionem inciderit, eas res, tanquam per digreſſiones, quas vocant Rhetorum filii, perſpicue, verbisque negotio, de quo agitur, quam aptiſſimis declaret, quo ipſo, quanquam interdum non taedium lectoribus, ſi qui ſunt delicatiores, creare non poteſt; facit tamen, ut, cum minime putes, plurima diſcas, ad omnem hiſtoriam, populorum ritus, clarorum virorum pernoſcendam indolem, linguae etiam proprietatem, totam denique humanitatis diſciplinam nimium quantum profutura. Quin ea ipſa ratio eſt, ut quoddam Ἀμαλθείας κέρας, aut cornu copiae bonae frugis pleniſſimum, opera ejus ſummo poſſint jure vocari. Profluxit iſta ſcribendi ratio partim ex charactere Luciani, qui eſt ἠθικώτατος, & ad comicum in multis accedens proxime, in quibusdam etiam ſuperans: partim, (non eſt enim infitiandum) ex oſtentatione quadam, Polymathianque demonſtrandi ſtudio, quod quidem in Sophiſta, id eſt eo, qui dicendi artem pro genio ſeculi profiteretur, non ferri facilius poterat, ſed laudi erat atque admirationi. Igitur nulla fere ſecta, hominum fere genus nullum eſt, cujus non hiſtoriam, characteres praecipuos, aliaque ἀξιομνημόνευτα conſignata ab eo literis deprehendamus: Philoſophorum autem cujuscunque ſectae, rhetorum, adulatorum, paraſitorum, divitum, pauperum, ſenum, juvenum, ſuperſtitioſorum, atheorum, Romanorum, Athenienſium, Scytharum, impoſtorum, hiſtrionum, lenarum, meretricum, militum, ruſticorum, regum tyrannorum, Deorum, Dearumque, & cujus non? velut imagines quasdam ab eo pictas admiremur.

XVII. Sed quorſum iſta diſputem, quaeret fortaſſe aliquis? Nimirum ita rationem ſubduco: quia Lucianus oſtentandae occaſionem doctrinae nullam ſolet facile praetermittere; quia nullius non hominum generis characteres, mores, ſententias, verbis cuique rei propriis & quaſi ſolennibus deſcribit: probabile non videri, ſi tantam habuiſſet Chriſtianiſmi peritiam, quantam in Philopatride reperimus, non alias etiam eam præ ſe tuliſſe; atque eo magis, cum occaſio in his ipſis, quæ habemus ab eo ſcripta, non defuerit, tum in bonam, tum in malam etiam partem ampliorem Chriſtianorum mentionem faciendi. In bonam quidem eo imprimis loco, ubi Alexandrum Pſeudomantin illum ab oraculo ſuo Atheos, Epicureos, Chriſtianos omnes removeri procul juſſiſſe tradit. Verba ipſa ſubjeci (*a*): εἴ τις ἄθεος, ἢ Χριςιανὸς, ἢ Ἐπικούρειος, ἥκει κατάσκοπος τῶν ὀργίων, Φευγέτω. Cur Epicureos abeſſe voluerit, declarat, ſed de noſtris tacet, nec rationem ullam cur exeſſe illos ſacris ſuis Alexander voluerit, profert: forte quod laudandi erant, hoc quidem in loco; quod a ſe paganus homo impetrare non poterat? Sed etiam cum ridet Chriſtianos (*b*), & res illorum dedita opera narrare videri vult, partim verbis ex gentilium diſciplina petitis utitur ad res ipſorum deſignandas, partim, vulgari errore, Judaeorum & Chriſtianorum miſcere negotia videtur, & in univerſum ita loquitur, ut ſatis appareat, neque libros ſacros legiſſe unquam, neque etiam aliunde ſanctiſſimae diſciplinae rationes ſatis habuiſſe cognitas atque per-

(*a*) In *Pſeudom.* c. 38.

(*b*) *De morte Peregr.* c. 11.

perſpectas. Quoniam id eſt parum ab hac diſputatione alienum, age, quaedam ad hunc Luciani locum annotemus.

XVIII. Ac primum quidem miror, Tanaquillum Fabrum, virum ingenioſiſſimum ad illa verba. (a) τὸν μέγαν γοῦν ἐκεῖνον κ. τ. λ. *annotaſſe: Iſtaec vocula* γοῦν *& ſenſus repente abruptus ſatis indicant, multa hic a Luciano adverſus Chriſtum ſcripta fuiſſe; quae a majoribus noſtris, hominibus nimium piis, ſublata fuere. Hinc itaque eſt quod dixerat Suidas, Lucianum* καταπτύεσθαι τοῦ χριστιανισμοῦ, καὶ αὐτὸν βλασφημεῖν τὸν Χριστὸν, ἐν τῷ τοῦ Περεγρίνου βίῳ. *Hinc factum ut in pleriſque Mſſ. Codd. non amplius extet Peregrinus.* Equidem fateor, ſi voculam γοῦν interpretere, *itaque*, ut eſt ab eo, qui hunc dialogum convertit, factum, male haec cohaerere cum iis, quae praecedunt. Sed quid vetat, quo minus vertamus *enim*, frequentiſſima nimirum, apud Lucianum etiam, vocis ſignificatione, ut quandam notet parentheſin. Qui enim, quaeſo, concinnius, quam ita loqui potuit Lucianus: Peregrinus noſter in Chriſtianos etiam incidit, & poſtquam illorum edidiciſſet myſteria, ſubito nimium quantum inter illos nomen & gloriam eſt conſecutus. Nam hodienum durat illa quorundam ſtultitia, ut celebrem iſtum in Palaeſtina ſuſpenſum hominem venerentur &c. Pergit deinde, ut videas a parentheſi reverti: τότε ΔΗ καὶ συλληφθεὶς κ. τ. λ. Senſus igitur abruptus non magis, quam γοῦν particula, deeſſe aliquid oſtendunt. Suidae verbis ſua conſtat veritas quam planiſſime, ſi vel nihil deſit. Quid enim ſunt blaſphemiae in Chriſtum, ſi hae non ſunt, quae hodienum extant in Proteo? Denique, quis iſte foret ſtupor, cum manum ſemel injeceris mutilando ſcripto, illud relinquere, quod ejici vel ſimiliter, vel magis etiam intererat? Duobus potiſſimum modis ulti ſunt Chriſtiani hujus dialogi contumeliam, primum omittendo illo penitus, quod factum facile Fabro credimus, tum acerbe, adſcriptis in margine notulis, refutando, quod ſcholia a Jo. Clerico edita teſtantur. Omiſiſſe quaedam ex ipſa orationis ſerie, ſaltem Faber quae attulit argumenta, iis vix perſuadebit.

XIX. Sed, ut pergamus ſtrictim quaedam ad Luciani verba annotare, Judaicum ſapit, quod ἱερέας & γραμματέας vocat Chriſtianorum Doctores, quanquam non ignorem, de Aegyptiorum etiam ſacerdotibus τῶν γραμματέων voce non ſemel uſum (b). Ethniciſmo eſt quod Alexandrum Chriſtianorum θιασάρχην vocat, & τελετὴν Chriſtianorum diſciplinam. Καινὸν Σωκράτην Chriſtianos Peregrinum vocaſſe, probabile non eſt: ſi noto Luciano Paulli Apoſtoli hiſtoria fuiſſet, hunc dubio procul ſubſtituiſſet. Ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος, qui perſuaſiſſe Chriſtianis dicitur, ut omnes ſe pro fratribus invicem haberent, non video, quin ipſe ſervator [illegible] eſſe queat. Neque hunc legiſlatorem ἀπὸ τοῦ ἀνεσκολοπισμένου ἀνδρὸς ubi diſtinguat L[illegible], reperio, quod utrumque tamen iterum vult Tan. Faber. Contra ea juſſit Chriſtus Matth. 23, 8. ut omnes diſcipuli ſui fratrum ſe loco invicem haberent: & ſecundum τοῦ ἀνεσκολοπισμένου νόμους vivere Chriſtianos, paullo poſt Lucianus dicit (c). Ad verba (d): εἶτα παρανομήσας τι εἰς ἐκείνους, ὤφθη γάρ τι, ὡς οἶμαι, ἐσθίων τῶν ἀπορρήτων αὐτοῖς, Palmerius confundi ait Judaicos ritus cum Chriſtianorum lege. Sed forte idolothytorum eſus, & ſuffocati ac ſanguinis ab Apoſtolis etiam prohibitus, obverti huic reprehenſioni poſſit.

XX. Juvat hic in brevem ſummam colligere omnia, quae de Chriſtianis tradit Lucianus, (tradidiſſe autem, quae ſciret omnia, probabile ſaltem ſupra reddere conatus ſum) tum ſimul [illegible] quaſi in tabulam quandam conjecta cum his comparare, quae in Philopatride de iisdem dicuntur. Lucianus ita Chriſtianos deſcribit: l. c. Sunt homines, qui ſuſpenſum in Pa-

(a) c. 11.
(b) e. g. de *Sacrif.* p. 369 T. I. Ed. *Graev.* it. in *Tox.* *Pſ.* c. 34
(c) Johannem Euang. intelligit *Fabr.* B. G. L. IV. c. XVI. p. 500.
(d) p. 570.

Palaeſtina hominem, novorum auctorem myſteriorum, ſpretis omnibus Graecorum Diis, colunt & adorant, immortalitatem expectant, atque propterea corporis cruciatus, ipſamque adeo mortem, ſubire non recuſant, ut potius ultro eam depoſcant. Praeterea pro fratribus invicem, ſic jubente primo illorum Legislatore, ſe habent, bona fortunae omnia tanquam vilia & vana contemnunt, benigneque iis impertiunt, quos propter ſuperſtitionem ſuam vident aut bonis exturbatos, aut alias male a magiſtratibus acceptos. Sacros libros habent, quos in conventiculis ſuis legunt, ſi qui autem ſunt doctiores, etiam interpretantur. Si quem videant leges ſuas migrantem, eum a communione & coetibus arcent atque excludunt. Haec Lucianus. Audiamus auctorem Philopatridis (*a*). Chriſtiani credunt in Deum unum, qui caelum & terram creavit & omnia, eumque Patrem magnum, immortalem, caeleſtem, Filium Patris, Spiritum ex Patre procedentem, unum ex tribus & ex uno tres. Hic Deus, qui eſt lux incorruptibilis, inviſibilis, incomprehenſibilis, creavit, (ut didicerunt a Moſe tardilingui) cum alta nox abyſſo incubaret, lucem, quae tenebras & vaſtitatem illam omnem abegit: tum terram ſuper aquis ſtabilivit, caelum expandit, ſtellas formavit, curſus earum diſpoſuit: terram ornavit floribus; hominemque ex iis, quae non eſſent, ut eſſet aliquid, produxit: jamque de caelo intuetur ſingulos, bonos, malos, actionesque illorum in libris deſcribit, ac retribuet ex juſto ſingulis, qua die ipſe conſtituit. Praeterea per aquas ſeſe renovari, atque ex impiorum coetu in beatorum veſtigia collocari credunt; quidam etiam in tertium ſe caelum raptos, reſque omnium pulcherrimas ibi edoctos praedicant, orationem quandam a patre incipientem, multiſque nominibus refertos hymnos recitant &c. Haec ſi quis cum iis, quae ex Proteo Luciani prolata ſunt, conferat, ſimulque illud conſideret, verbis propriis & ex Chriſtianorum diſciplina, quin ipſa Scriptura S. petitis uti Philopatridos auctorem: illum vero gentili more, nec uti ſolent noſtri homines, loqui, cognoſcet profecto, Lucianum ut de re parum ſibi cognita, & quam non niſi aliis temere narrantibus audiſſet; hunc vero, ut qui aut ipſe coetibus Chriſtianorum interfuiſſet, aut ſatis accurate omnia perveſtigaſſet, de hac ſecta expoſuiſſe.

XXI. Petrus Daniel Huetius, *Demonſtr. Euang.* 3, 20. poſtquam dixerat, in libello de morte Peregrini, quae in contumeliam Chriſtianorum eſſent dicta, laudi ipſis eſſe potius quam dedecori, haec addit: *Clariora etiam reperias in dialogo, qui inſcribitur Philopatris, & Luciani nomen prae ſe fert: Chriſti quippe & Chriſtianorum nominatim meminit, plurima profert ex Euangelio & Apocalypſi Johannis, ex actis Apoſtolorum, & ex epiſtolis Pauli, cujus os & habitum depingit, & evectionem in caelum refert. Chriſtum appellat Chreſtum, pro temporum illorum more, quo nomen id a bonitate, non ab unctione ductum credebatur ab Ethnicis.* Quo de more cum quaedam diſputaſſet, concludit: *Ex Chriſtianarum autem rerum peritia, quae major in hoc dialogo, quam in reliquis Luciani ſcriptis elucet, colligi poteſt, eum alterius eſſe auctoris.* Hactenus ille. Quae ideo adſcribenda putavi, quod partim hoc argumentum mirifice confirmant, partim vero dubii nonnihil habere videntur. Chriſti ſiquidem & Chriſtianorum *nominatim* meminiſſe dicit auctorem Philopatridis, ita tamen ut *Chreſtum* pro *Chriſto* dixerit. Ego vero fateor, illud me in hoc dialogo non reperire. Procul tamen dubio reſpicit vir ſummus ad illa c. 17. ἀλλά μοι τόδε εἰπέ· εἰ καὶ τὰ τῶν Σκυθῶν ἐν οὐρανῷ ἐγχαράττουσι; Reſpondet Triepho: πάντα, εἰ τύχοι γε ΧΡΗΣΤΟΣ ὢν καὶ ἐν ἔθνεσι. Interpres quem forte aliis diſtrictus ſecure nimium ſecutus eſt Huetius: *ſi quidem & inter gentes* Chrestus *fuerit.* Neque vero is ego ſum, qui Chreſtum & Chreſtianos pro Chriſto & Chriſtianis tam a gentilibus, verum ignorantibus, quam a noſtris, omen accipientibus, dictos fuiſſe negem, ſed illud dico, non videri Triephontem Chriſtum vel Chriſtianos verbis, quae modo adducta ſunt, ſignificare, tanquam proprio nomine voluiſſe. Di-

(*a*) c. 12. 13. 17.

xerat paullo ante hic Triephon : ὥςε ἔατον ἅπαντα, ὡς καὶ σὲ ἐν ταῖς ἐπουρανίοις βίβλοις ΤΩΝ ΑΓΑΘΩΝ ἀπογράψονται. Vult nimirum Critiam relictis illis gentilium fabularum nugis, ad Chriſtianorum Deum ac religionem ſeſe convertere, ut *& ipſe inſcribatur in caeleſtibus illis BONORUM libris.* Tum Critias, εὖ πάντα ἀνακυκλεῖς, inquit, ὦ Τριεφῶν, (ſupra enim jam de libris caeleſtibus, & in iis inſcriptione dixerat Triepho) ἀλλά μοι τόδε, & reliqua quae modo attulimus, ubi interrogat Critias, *an Scytharum etiam curam gerat Deus, & in librum illos BONORUM inſcribat? Quidni inſcribat*, reſpondet Triepho, *ſi modo BONI ſint?* Cui non apparet, χρηςὸν hic, ut alias apud quosvis ſcriptores, praeſertim eum, quem noſter eſt imitatus, Lucianum, poni ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ? Ita infra c. 23. χρηςὸς γὰρ ἂν εἴης ἀπό γε τοῦ σχήματος, *Nam frugi eſſe appares utique ex habitu?* Praeterea neſcio, an exemplo probari poſſit, χρηςὸν dictum pro Chriſtiano. Nam Chriſtum quidem ipſum quomodo intelligere quis cum bona bonae mentis venia velit, non video: cum appareat, pro genere hominum, quod plures ſub ſe complectatur, vocem poni, & hanc eſſe verbi τυγχάνειν vim, ut converti debeat: *ſi modo contingat eſſe inter Scythas aliquem &c.* Nec Chriſti igitur, nec Chriſtianorum *nominatim* mentionem in hoc dialogo fieri cenſeo; quod quorſum pertineat infra videbimus. Hic illud notari velim, quidquid etiam de Chreſto ſit, Lucianum ita non videri ſcripturum fuiſſe, cum Chriſtianorum nomen, quoties opus fuit, adhibuiſſe, ex *Pſeudomanti* pariter atque *Proteo* ſatis conſtet.

XXII. Venio ad argumentum ſatis firmum, ut ego quidem arbitror, ſed quod neque tractari bene, neque intelligi niſi ab eo poteſt, qui ad ingenium his rebus aptum uſum etiam aliquem adjunxerit. Modeſtia hic nos decebat, cum primum ſcriberemus ante hoſce XXV. annos: verſabatur enim in animo illud LONGINI ſ. 6. Ἡ τῶν λόγων κρίσις πολλῆς ἐςὶ πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα. Sed tamen quam familiaris tum nobis Lucianus fuerit, annotationes noſtrae teſtantur: & non exſtabat, cum haec ſcriberemus, index in Lucianum. Ab eo tempore nunquam plane abjecimus illum: & nunc cum tertium tractare iſta oportet, recentes ſumus ab interpretatione. Credet igitur nobis fortaſſe aliquis, agnoſci a nobis poſſe vocem & ſermonem antiqui a triginta pene annis ſodalis, quem nuper demum Latina loqui docuimus. Haec majoris eſſe debent, quam ſi quis dicat, lubricum eſſe quod a ſtilo ſumitur argumentum, & ſimiles huic loquatur ſententias. Sed in rem praeſentem veniamus, &, quantum ejus poteſt fieri, argumentum, quod melius ſentitur & guſtatur quaſi, quam verbis explicatur, declaremus. Olim jam THEODORUS MARCILIUS, non eſſe Luciani Philopatrin contendit, praeter alia id arguentibus ineptiis ſtili, quas paginis omnibus dicit occurrere. Iſtae vero ſtili ineptiae oriri magnam partem videntur ex affectato infeliciter ſublimi ac tragico dicendi genere, quod cum non aſſequeretur, in affine illi vitium ψυχρότητα incidit quam ſaepiſſime. Tanto id quidem magis, quod Poëtarum magnam partem verbis utitur, iisque parum ad rem aptis, qua de cauſſa indutae leonis exuviis ſimiae ſimilem interdum fieri neceſſe eſt. In utroque autem genere incomparabili facultate gaudet Lucianus, ad effingendum ſtilo quidquid libuerit, gravitatem etiam plusquam tragicam, & ad derivandum in ſuos hortulos, non rivos ex Veteribus Poëtis, Homero imprimis, ſed quaſi flumina, adeo quidem, ut cum male quaedam applicaſſe videtur, vel inflexione depravaſſe, tum demum ingenii vis admirabilis eluceat. Unum ex multis exempli cauſſa adferam: eſt Euripidis verſus decantatiſſimus: ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Quam lepide hoc accommodat ad jactatam Cynicorum ἀναλγησίαν; Ἡ φρὴν, inquit, (a) σοὶ ἀλγήσει, ἡ δὲ γλῶσσα ἔςαι ἀνάλγητος. Quam feſtive illud Homeri (b):

Ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις;

Ad

(a) Vitar. auct. c. 9.

(b) Iliad B. verſ. 363

Ad Philoſophorum certamen traducit (*a*): ξυνασπίσωμεν ἐπ' αὐτὸν,

Ὡς πήρη πήρῃσιν ἀρήγῃ, βάκτρα δὲ βάκτροις.

Sed infinita ejusmodi habet Lucianus, Plutarcho hac parte comparandus, niſi quod hic ſeverior.

XXIII. Noſter autem, quisquis etiam fuerit, ut utraque in re peccaverit, jam videamus. Quis negabit, eſſe nimis παρατράγῳδον illud c. 2. quod MARCILIO jam bilem movit: φῦ, φῦ, φῦ, φῦ, τῶν ὕθλων ἐκείνων, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, τῶν δεινῶν βουλευμάτων, αἶ, αἶ, αἶ, αἶ, τῶν κενῶν ἐλπίδων. Vix in comoedia vel tragoedia ferimus haec talia, ubi tamen actoris geſtu efficitur, ut ſint aliquantum tolerabiliora & minus φορτικά. Sed bene tamen eſt, quod cavet auctor, ne ab tam altiſſimo cothurno ſtatim deſiliat. Triepho enim, apud quem haec eructarat Critias, ſtudet ingentiſſimo mendacio, omnem hanc tragicam ſupellectilem longiſſime ſuperare: his enim ſingultibus Critiam ipſas convertiſſe nubes, tantumque in Propontide excitaſſe borean dicit, ut onerariae naves funibus contrahendae ſint. Apud nos mentiuntur interdum homines ut trabes inflectantur, quod eſt in Germanorum noſtrorum proverbio; Sed hic, ne caelum ipſum & maria pervertat, timor eſt. Vix Lucianus cum id agit, ut mentiatur ſtrenue, quemadmodum *in verae hiſtoriae Libris duobus*, talia proferre monſtra auſus eſt, ut hic bonus vir ſerio colloquentibus amicis tribuit. In Poëtica facultate, qua tamen mirifice placuiſſe ſibi videtur, quam parva operae pretia fecerit, ex his, quae jam, ut ordine percurrenti ſeſe offerent, producam, credo, apparebit. Integra Homeri aut aliorum carmina vix inſeruit centoni ſuo, praeterquam quae Lucianus jam olim attulerat; ut appareat, non ipſos illum magnos auctores cognoviſſe, ſed ex viri ſuae aetati propioris aliquot dialogis pleraque conſarcinaſſe. Ex Ariſtophanis tamen Nubibus & Ranis quaedam habet, ut & Homerica pauca, quae apud Lucianum nondum obſervavi. Ut mox ab initio c. 3. ponit, ex Homero Ἀλλ' ἐπεὶ σε πρῶτον κιχάνω τῷδ' ἐνὶ χώρῳ, ἀπίωμεν κ. τ. λ. Amicus veteranus alteri amico, a quo aliquantum abfuiſſe, non conſtat, quicum jam plura locutus eſt, dicit: *quoniam primum hoc loco te reperio, age illuc abeamus, ubi reſpirare a malo meo poſſim.* Inter honoris verba, aulae imprimis incolarum, cum ad epulas aut comiſſationes perlicere advenas volunt, haec talia eſſe ſcimus: apud Homerum pulchre dicitur, ὦ φίλ' ἐπεί σε θύοντα κιχάνω τῷ δ' ἐνὶ χώρῳ. ſed in hoc Philopatridis loco ſunt prorſus, ſi quid video, ἀπροσδιόνυσα. Deinde, ſi carmen eſſe debet, ut certe apparet, bis in metri leges peccatum eſt. Primum, cum poſterior in ἐπεὶ contra diphthongi naturam, correpta eſt; Tum quando prima in κιχάνω, brevis apud Homerum & optimos quosque, producta adhibetur. Non defuiſſe autem apud Graecos malos Poëtas, qui vel in ſyllabis dimetiendis impingerent, ne hodiernis tantum hominibus hanc laudem relictam putes, vel ex nuptiali elegeio miſeri cujusdam Poëtae, quod LUCIANUS *in Lapithis* (*b*) adfert, conſtare ſatis ſuperque poſſit.

Incipit Ἡ οἵη πότ' ἄρ' ἦγε Ἀρισταινέτου ἐν μεγάροις κ. τ. λ.

Meliorane autem ſunt quae ſequuntur noſtri carmina? Jovem dicit c. 4. συνευωχεῖσθαι Aethiopibus.

Ἀνδράσι μελαντέροις, καὶ τὴν ὄψιν ἐζοφωμένοις.

Euge ſepties peccatum in pedibus ſex. Vix verſum agnoſcas, niſi de morbo hominis, & Politico illo carminum genere paullatim e talibus orto conſtaret. In ὅρκῳ c. 12. primum hexameter poſitus eſt, tum pauca proſa oratione ſcripta, mox Jambi ſequuntur quinque, & ſenarius, niſi quod primus pes contra carminis legem trochaeus eſt. Alibi c. 16. βιώσῃ καλῶς, inquit,

Οὐδέ σ' ὦκα θέμις τέλος θανάτοιο κιχεῖν.

Hic

(*a*) Ἀλιεῖ c. 1.

(*b*) c. 41.

Hic bis metri leges migrantur, & praeterea, quid hoc θέμις ſibi velit, non apparet: ſi legas θέμισι, & ſenſus concinnior paullum erit, & metrum hac parte conſtabit melius. Sed an ita voluerit auctor, non dixerim.

Ille c. 18. καὶ ἕτερον μὲν κεύσῃς ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃς

Semel tantum claudicat, & poteſt reponi, ſi tantum μὲν poſt κεύσῃς colloces. Septem pedibus incedit, c. 25.

Πνειόντων δόρυ καὶ λόγχας καὶ λευκολόφους τριφαλείας, truncatus ex Anapaeſtico Ariſtophanis. Qui hunc proxime antecedit:

Θήγοντες ὀδόντας κατ' ἀνδρῶν θυμολεόντων.

Semel redundat, bis deficit. Claudat agmen deficiens tribus moris (ut ex veteri ratione loquar, qua longae Syllabae duo tempora ſ. χρόνους, brevi unum tribuebant) c. 28.

Μήτε παραδράμῃς γε ποσὶν μηδὲ παρέλθοις. Si παραδραμέης γε πόδεσσιν legas, Metro erit conſultum; ſententia ut non ſit inepta & ταυτολόγος, non efficies. Ultimi jambici quam parum exacti, quivis non rudis ſuavitatis Poëticae videt. Quam abſurdum illud ſit, quod Poëticis vocabulis flexionibusque, omnibus fere in locis, etiam ubi verſus non facit, utitur Auctor, malo ex ipſius lectione dialogi, notationumque noſtrarum cognoſci, quam ejusmodi quisquiliarum congerie hic nauſeam lectoribus, ſi qui fuerint, creari.

XXIV. Copioſus mirum quantum eſt Lucianus, & varie unam rem, ſi ſaepius recurrat, effert. Hic noſter autem, quanquam copiam aliquam affectat, & ſub initium ſtatim, tum alias etiam exergaſiis utitur: tamen quaſi effuſa ſemel omni ſupellectili, eo ſubinde inopiae redigitur, ut ad ea, quae inconſulte velut prodegerat, recurrere cum dedecore opus habeat. Ita illud ἄνω καὶ κάτω περιπολεῖν, intra verſus non multos c. 1. & 2. bis ponit: ἄμπνευσον τοῦ δεινοῦ vix aliquot interjectis verſibus c. 2. repetit. ὡς καὶ Νιόβη τὸ πρὶν c. 1. ὡς καὶ Ἴκαρος τὸ πρὶν c. 2. parum invicem diſtant: διάτορον βοῶν bis c. 6. & 25. occurrit: ὥςε ἐάσωμεν τούτους. ὥςε ἔασον καὶ ταύτην. ὥςε ἔασον ἅπαντα. ὥςε ἐάσατο τὰς φαντασίας. τοὺς δὲ λοιποὺς λῃρεῖν ἐάσωμεν, quinquies redire in tam paucis paginis, c. 8. 10. 16. 26. 29. & in dialogo ad oſtentationem, ut videtur, τῆς Ῥητορικῆς δυνάμεως compoſito, quis ferat? Creationis Univerſi hiſtoria bis, c. 13. & 17. iisdem fere verbis, nulla cogente neceſſitate, narratur.

XXV. Hiſtoria porro de Neptuno, precibus lacrymisque, Martis in adulterio deprehenſi liberationem impetrante, c. 6. quam quaeſo impedita eſt, quam a Luciani facilitate aliena! Martem enim indiſſolubilibus cum Venere vinculis conſtrictum, reliquisque Diis propter adulterium prae pudore ſilentibus, equeſtris Neptunus liberavit. Quam illa deinde taedii plena & a muliercularum narrationibus non abhorrens repetitio: ἐπέκειτο δὲ τῷ Ἡφαίςῳ λῦσαι τὸν Ἄρεα. τὸ δὲ ἀμφίχωλον τοῦτο δαιμόνιον, οἰκτείραν τὸν πρεσβύτην θεὸν, τὸν Ἄρη ἀπηλευθέρωσεν. In illo c. 8. τί τὸ χρήσιμον τῆς Γοργόνος, καὶ τί τῷ σήθει τοῦτο ἡ θεὰ ἐπιφέρεται; vox τοῦτο ad Γοργόνα vel κεφαλὴν erat referenda. Reliqua de Gorgone narratio ineptiſſima, ut in qua per quatuor verſus αὔτην ſemel, ταύτην ter repetitur, & quae ſeparanda erant, pueriliter miſcentur. Quae illa quaeſo inſania eſt, quod Triepho introducitur c. 4. jusjurandum exigens, de non nocitura ſibi Critiae narratione, & is tamen ſtatim poſt jusjurandum c. 18. eadem omnia vult experiri, quae in Critia viderat? Quid de illo exiſtimem c. 17. καὶ γὰρ σοὶ οἰκίδιον κατασκευάσαντι —— οὐδέποτέ σε διέλαθε κ. τ. λ. dixi ad ipſum locum. Statim ſequitur c. 18. πάνυ εὖ λέγεις καί με ἀντιςρόφως τῆς Νιόβης παθεῖν, ubi ποιεῖς vel ſimile eſt omiſſum. Parum etiam Atticum, hoc eſt Lucianeum, illud eſt, quod aliquoties (c. 21. ter, c. 25. ter, c. 26. quater) cum neutris pluralibus, non ſingulare verbum, ſed plurale conſtruitur. Quae hactenus a nobis allata ſunt, ſingula forte in optimae etiam notae, optimi auctoris ſcripto poſſe occurrere, longiori praeſertim, non nego: poſſim enim quam plurimis praeſtantiſſimorum hominum locis, ubi ipſorum humano errore, (neque vero librariorum ſemper a talibus culpa abeſt) aliquid peccatum manifeſto deprehendatur, redargui. Illud vero ne-

nego, a caſtigatiſſimi ſermonis & ſubacti judicii ſcriptore Luciano, dialogum inquinati adeo ſtili, judicio autem aut nullo ſcriptum aut exiguo, potuiſſe proficiſci. Et gaudeo non Marcilio tantum & mihi ita viſum: ſed in eadem ſententia eſſe acutiſſimum virum WALTERUM MOYLE (a), qui, *infinitis adeo ſpatiis*, ait *ſubſidere infra ingenium, acumen, & elegantiam Luciani, incomparabilis ſcriptoris, auctorem Philopatridis, ut prope miraculum ſit, Ge. Bullo, viro ea doctrina & judicandi vi praedito in mentem potuiſſe venire, ut ad eum auctorem referret.* Et (p. 292.) *ſigna omnia barbari aevi ineſſe ait huic libello, nec virtutem unam, qua commendari poſſit, cum duabus rebus contineatur, quae poſſunt eſſe vel in homine vel in libro, peſſimis, ſtupore atque impietate.* Denique (p. 362.) *plura eſſe ait in Philopatride, damnata non in Soloeciſta modo,* (quem Luciani eſſe negat) *ſed in Lexiphane & Rhetorum doctore, qui ſine dubio a Samoſatenſi ſint.* Magna cum aſſeveratione GUIL. WHISTONUS (b) de verbis juris jurandi c. 10. *Sermonem*, inquit, *hujus partis dialogi niſi haereticorum veterum alicujus ſit, aperte referendum ad quintum, ſummum ad quartum exiens ſaeculum.* Et p. 381. *Si quis affirmet haec verba eſſe primi, aut ſecundi, aut tertii adeo Eccleſiae ſaeculi, illum ſe putare cogi nihil plane familiaritatis habere cum ſermone priſci illius aevi, cum ipſe contra ſe rem habere, irrefragabili experientia certus ſit.* Sed nempe cauſſae ſervit vir doctus, & tanto minus noſtram rem juvat, quod addit hic etiam, *Niſi tamen ponatur, auctorem incidiſſe in antiquos quoſdam haereticos, eumque ab iis ſermonem didiciſſe* &c. Nempe hoc tantum vult, orthodoxos primorum ſaeculorum de S. Trinitate non ita locutos; de reliquo ſermone libelli non eſt ſollicitus. Nobis contra ea hic non de Chriſtianorum dogmate, ſed de ſtilo Luciani contentio eſt. De hoc cum Moylio nobis convenire jam indicavimus: illum ſatisfeciſſe etiam credibile eſt Dodwello, qui ſcripſerat ad Moylium (p. 347.) ſe non agnoſcere barbariſmos in Philopatride Luciano indignos. Quod quidem excidiſſe viro mirarer, niſi illum aliis rebus omnibus, quam λόγων κρίσει operam dediſſe, appareret.

XXVI. Igitur neque Luciano antiquior neque ipſius Luciani eſt Philopatris: ſed junioris auctoris, & Samoſatenſem imitati, quod §. 10. monuimus. Juniorem Luciano ſuſpicatus fuerat etiam Dodwellus, ut vidimus. Suſpicatus etiam fuerat vir, dum viveret, doctiſſimus MATURINUS VEYSSIERE LA CROZE, idque indicaverat in ſpecimine obſervationum hiſtoricarum in Lucianum (c): ac poſtea declaravit, edita jam hac diſputatione in literis ad veterem & ſummum amicum meum C. A. HEUMANNUM (d). Ponit nempe characteres hiſtoricos, *virgines Cretae caeſas*, non ſatis, puto, feliciter, ut ad c. 13. oſtendiſſe mihi videor, deinde ex fine dialogi *Aegyptum in officio non manentem, Arabiam & Suſam brevi vincendam, ſupercilium Perſarum* (Palmyram) *dejectum*: quae quidem commode applicari ad Aurelianum poſſe, certum eſt. Supereſt, ut animadvertant lectores, ſint ne ea a nobis prolata in his quae ſequuntur, quae excludant Aurelianum. Mihi quidem ita videtur.

XXVII. Quanta cum aſſeveratione juniorem Luciano faciat Philopatrin MOYLIUS, indicatum eſt. Etiam hoc recte vidit, ſub imperatore Chriſtiano non auſurum fuiſſe quemquam in libello, quo illi adulatum veniret, adeo irriſui habere religionem Chriſtianam. Itaque removit a bona aetate quantum potuit Philopatrin, ſcriptumque Diocletiano rerum potiente voluit. Hic itaque omnium proxime ab ea ſententia abeſt, quam mox proponemus, ubi, cur in Diocletianum non videatur competere, oſtenderimus. Nam ſi hoc planum fecerimus, nihil nobis obſtat, ſi quaedam ſint, quae ad Diocletianum & A. C. CCXCVII, hunc

(a) *The works of Walter Moyle Esq. none of which were ever before publiſh'd, in two Vol. Lond.* 1720. 8. p. 338.

(b) In *Primitive Chriſtianity reviv'd* vol. 4. p. 381.

(c) Inſertum id eſt Miſcellaneis Academiae Berolin. T. I. n. 4. p. 27. ſeq.

(d) Qui illas publici juris fecit in Poecile I, 3, 7 p. 438.

hunc enim poſt fluctuationem aliquam ponit, referri poſſint. Itaque dicto Diocletiani tempori repugnat primo, quod in dialogo noſtro unius modo *αὐτοκράτορος* fit mentio: Diocletianus autem reportatæ victoriæ Perſicæ tempore, quemcunque demum illi annum aſſignes, collegam habuit poteſtate ſibi aequatum, Herculium. Non videtur autem, quod in monumentis publicis tum obſervabatur, neglectum a Sophiſta famelico, quod genus plures adulatione complecti ſolet. Deinde ſenex illa tempeſtate fuit Diocletianus, eamque cauſſam allegavit deponendæ mox purpuræ (*a*): ut alia argumenta (*b*) taceamus, quibus illud poteſt confici. In fine Philopatridis autem non ſibi tantum, ſed liberis ſuis ad felicitatem ſufficere ait Critias dies imperatoris, quod nimis ridiculum eſt in ſene imperatore dicere, qui ſibi Caeſarem jam aſſumſerat. Sunt caetera in illa parte hiſtoriæ, quantum ad annorum rationes, valde impedita, & varie a viris ſummis diſputata. Haec duo tamen quæ diximus, in quantum ad noſtram cauſſam pertinent, controverſiam, quod ſciam, non habent. Sed puto, ipſum Moylium, ut erat vir in ſumma doctrina candidiſſimus, ſi viveret ac legeret, quae jam porro dabimus, ſua ſententia relicta ad noſtram tranſiturum eſſe.

XXVIII. Occaſio illius nobis fuit, idemque argumentum, ut mihi videtur, minime infirmum, locus, ubi hoc colloquium haberi, ſcena in qua hac velut fabula agi fingitur. Hunc locum, hanc ſcenam Conſtantinopolin, Chriſtianorum *μέγαν οἶκον ἀνάκτων*, ut ille ait (*c*), fuiſſe ita colligo. Sub initium dialogi c. 4. haec Triephontis verba relata ſunt *βαβαὶ τοῦ ἀναφυσήματος, ὡς τὰς νεφέλας διέςρεψε. ζεφύρου γὰρ ἐπιπνέοντος λάβρου, καὶ τοῖς κύμασιν ἐπαθίζοντος, βορέην ἄρτι ἀνὰ τὸν Προποντίδα κεκίνηκας, ὡς διὰ κάλων αἱ ὁλκάδες τὸν Εὔξεινον πόντον οἰχήτονται, τῶν κυμάτων ἐπικυλινδούντων ἐκ τοῦ φυσήματος.* Aguntur itaque haec in littore Propontidos: qui loquuntur a fronte hanc ipſam Propontidem & auſtrum, a tergo Euxinum Pontum & ſeptentriones habent. Si enim ſpiritus vehementior ore erumpens boream in Propontide debet excitare, ut haec non ita ſe habeant, fieri non poteſt. Igitur ad Boſporum Thracicum res geſta eſt, ſeu anguſtias illas, quæ Propontida ab Euxino Ponto dirimunt, verbo Conſtantinopoli. Non improbabilis autem conjectura eſt, hunc dialogum in ea ſcriptum urbe eſſe, quæ tum caput rerum & ſedes eſſet imperii. Imperatori enim victoriam gratulatur auctor, quod majori, credo, celebritate in urbe quam in Provinciis ſolet fieri. Quid quod urbis *κατ᾽ ἐξοχὴν* dictæ aliquoties meminit, aurata item tecta commemorat, qualia ante Conſtantini profuſum aedificandi & exornandi eam urbem ſtudium, Byzantii fuiſſe, mihi non fit veroſimile, licet moenium robora olim celebrata ſint. Neque Aegypti menſis nomen, Meſori, ab hac me ſententia poteſt dimovere; quare enim eo utatur Auctor, ſatis puto, eſt ad c. 22. indicatum. Si igitur in Conſtantini urbe ſcriptus eſt Philopatris, certe actus eſſe fingitur; non poteſt non ſaltem Conſtantini aevo eſſe ſuppar, Luciano autem ſeſquiſaeculo ad minimum junior.

XXIX. Si corradere omnia & congerere animus eſſet, quæ in hanc rem dici queant, forte colore aliquo illud poſſet imbui, ab auctore dialogi imaginem Paulli Apoſtoli in templo viſam (*d*): jam imagines in templis ante A. C. CCC adhiberi non ſolitas: conſequens igitur eſſe, ut poſt id tempus ſcriptus ſit Philopatris. Sed gratis illud a THEOPHILO aſſumtum, apparet. Illud forte majorem ſpeciem habet, quod jam BARONIUS (*e*) templum ſeu baſilicam deprehendere ſibi viſus eſt in illis dialogi verbis c. 23. *καὶ δὴ διήλθομεν σιδηρέας τε πύλας καὶ χαλκέους οὐδοὺς, ἀναβάθρας δὲ πλείςας περικυκλωσάμενοι, ἐς χρυσόροφον οἶκον ἀνήλθομεν κ. τ. λ.* Ac il-

(*a*) *Lactant.* de Mort. Perſ. c. 18. qui etiam paſſim *ſenem* & *ſeniorem* circa haec tempora appellat.

(*b*) V. G. quod apud Vopiſcum Numeria. c. 14. miratur Diocletianus jam eo tempore quo Aurelianus adipiſcebatur imperium, i. e. A. CCLXX, ſe poſt multos a ſe apros interfectos nondum conſecutum eſſe promiſſum ſibi Druidae Vaticinio imperium &c.

(*c*) *Dionyſ. Perieg* verſ. 355.

(*d*) Quod viſum eſt *Theophilo Raynaudo* Erotemat. de libris bonis & malis p. 195.

(*e*) Ad A. C. 57. §. 101.

illum quidem non eſſe audiendum, jam BLONDELLUS (*a*) olim demonſtravit. Sed melius fortaſſe procedet, ſi invertamus argumentum Baronii, atque ita dicamus: quia baſilicæ ſumtuoſæ meminit auctor dialogi, tales autem baſilicæ Conſtantini demum aetate & poſt aedificari coeptæ ſunt, inde ſequi, dialogum noſtrum non ante Conſtantini tempora fuiſſe ſcriptum. Verum enim vero ne ita rationes putem, primo illud obſtat, quod non usque adeo certum confeſſumque eſt, templa & baſilicas majores pretioſioresque ante Conſtantini imperium non extitiſſe: LACTANTIUS (*b*) certe meminit Eccleſiæ, quam editiſſimam vocat, a Diocletiano & Maximiano A. C. CCCIIII deſtructæ, quæ aliquot minimum annis ante, forte jam ſub Alexandro Severo fuerat condita. Deinde ſi certiſſimum etiam ſit, poſt Conſtantini ad noſtros acceſſum baſilicas aedificari demum coeptas, nolim tamen ex hoc loco quidquam de aetate auctoris inferre, cum probabile non videatur, baſilicam, quam eccleſiam aetas illa vocabat, intelligi velle Critiam. Atque ita aliquoties nobis laudatus DAVID BLONDELLUS adverſus BARONIUM diſputat, *cum nihil occurrere* ait *praeter coenaculum in ipſo privatae domus faſtigio conſtratum, affixo nullo crucis titulo inſigne, quoque vix per multiplices ſcalarum gyros Critiae, manuducente alio, evadere licuerit.* Adde, non reperiſſe Critiam concionem omnis generis hominum, juvenes, mulieres, viros, ſenes, ſed ἄνδρας aliquot ἐπικεκυφότας καὶ κατωχριωμένους, qui obviam procedentes ſermones cum illo miſcuerunt. Nec ex *Perſarum* nomine, quo utitur noſter c. 29. efficere quidquam conabor. Quanquam enim ſatis conſtat, anno demum CCXXX. aut CCXXVI. ut ANTONIO PAGI placet, aeræ vulgaris, Artaxerxe duce, Perſas priſtinum Imperii decus, ademtum Parthis, qui plus CCCC. annis illud tenuerant, recuperaſſe, minus tamen hac parte ſibi conſtare ſcriptores, & DODWELLUS monuit (*c*), & infinitis auctorum locis comprobatur. Meliora proinde cauſſae praeſidia circumſpicienda ſentio.

XXX. Succenturiabo igitur aliud, validum, opinor, & quod non ita facile loco ſe pelli patiatur. Scilicet bis occurrit in Philopatride mentio τῶν ἐξισωτῶν, c. 19. & 20. Qui vero eſſent ἐξισωταὶ, quod illorum munus, ibi dictum eſt. Hic illud monere e re mea eſt, non occurrere antiquiorem, quantum ſedulo inquirenti reperire licuit, qui ea voce uſus ſit, vel ipſius adeo muneris mentionem fecerit, EUSEBIO (*d*) Nicomedienſi, qui originem, ni fallor, expoſuit. Subjeci ipſa verba, ne fucum facere lectoribus velle videar, Ἐπεὶ δὲ ἕτεροι τὰς τῶν πρότερον κρατούντων τῆς γῆς καταμετρήσεις κατεμέμφοντο, βεβαρῆσθαι αὐτῶν τὴν χώραν καταιτιώμενοι· πάλιν κἀνταῦθα θεσμῷ δικαιοσύνης ἄνδρας ἐξισωτὰς κατέπεμπε, τοὺς τὸ ἀζήμιον τοῖς δεηθεῖσι παρέξοντας. Apparet, ſi nihil aliunde adferatur, quod prohibeat, commode verba EUSEBII de prima hujus muneris origine poſſe intelligi. Occaſio mittendi Peraequatores indicatur, juſtitia in ea re Conſtantini laudatur, quod non adeo magnam vim haberet, niſi ille primus id beneficii tribuere oppreſſis inſtituiſſet. At loquitur, tanquam de hominibus olim notis EUSEBIUS. Recte illud quidem. Quo enim tempore haec ſcribebat, noti fuere. Ante Conſtantini aetatem potuerunt fuiſſe incogniti. Euſebium quaſi agmine facto deinde ſequuntur GREGORIUS NAZIANZENUS, BASILIUS, Imperatores aliquot in codice Theodoſiano & Novellis, & reliqui. Haec ipſa cauſa eſt, quod Lexicographi communiter hanc vocem omittunt, ad gloſſaria ſcilicet lapſæ Graecitatis eam relegantes. Idem dicendum de nomine Πολιτικὸς c. 19. in quantum ἐξισωτὴν ſignificat. Atque iſta quidem generaliter hic monuiſſe ſufficiat. Ita Galilaeos quod vocat Triepho Chriſtianos, aut recentio-

(*a*) De Epiſcopis & Presbytt. l. c. Joſephus etiam Mede ex hoc loco probare volebat, templa jam Trajani aevo exſtrui ſolita, refutatus ab Ill. Boehemero Diſſert. Jur. Eccl. ad *Plinium* & *Tertull.* 2, 13. p. 52. neſcio quam bene, cum *aurea* illa *tecta* ironice pro miſeris & pauperibus, accipit, quod etiam ab *Ablancurtio* factum video. Noſtra in neutram partem aliquid refert.

(*b*) De mortibus perſecut. c. XII.

(*c*) Diſſ. de Iſidoro Characeno §. 4. p. 62. Add. *Spanhem.* ad Julian. Or. 1. p. 123. 149.

(*d*) De vita Conſtantini 4, 3.

tioris multum Luciano ſcriptoris, aut antiquiſſimi indicium credimus: cum vero antiquiſſimum non eſſe, vel ſolus Artemidorus in eo laudatus arguat, conſequens eſt ut recentiorem dicamus. Sed & hanc diſputationem commodius differemus. Caeterum hoc referre fere audeam, quod πολυάσχολος μαθηματικὴ vocatur, inſolito bonis ſcriptoribus duplicandi ſeu componendi genere, & neſcio quid affectatæ fucataeque dictionis ſapiente, quæ ſeculo quarto, & deinceps paullatim in Graeciam a priſtino candore deflectentem irrepere coepit. Ξυνωρὶς apud antiquos, quantum conſtare mihi potuit, tantum de biga equorum vel mulorum adhibetur; apud noſtrum in fine dialogi ὦ καλὴ ξυνωρὶς de amicorum pari dicitur, quomodo etiam apud eum, qui vitam Gregorii Nazianzeni ſcripſit, ζηλωτὴ ξυνωρὶς de Gregorii & Baſilii amicitia, & ſaepius deinde apud ſequiores dictum reperio. Sic κράτος pro Imperatore in ipſo fine libelli poſitum ex Nazianzeno illuſtravimus. Sed de uſu talium vocabulorum, nolim profecto contendere vehementius. Fieri enim facillime in tanta ſcriptorum Graecorum copia poteſt, quibus legendis vix aetas ſufficeret, nedum memoria comprehendendis, & inopia Lexicorum, ut egregie fallatur aliquis, in primis ſi non ſoleat ſcripto omnia obſervata ſua committere (a). Arbitror autem, cum multa concurrunt τεκμήρια, quæ ſingula quidem poſſent oratione elevari, quaedam etiam ratione rejici, hominis eſſe impudentis, omnia velle repellere, praeſertim ſi quaedam illorum ad majorem paullo probabilitatis gradum accedant, & nihil caeteroquin ſit, quo ſententia, quæ hoc modo probatur, everti poſſit.

XXXI. Igitur venio tandem ad ultimum eorum, quæ dicere mihi propoſueram, caput, idque in tota hac diſputatione praecipuum. Nempe ſub Juliani τοῦ ἐν ἀθέοις, ut vocant noſtri, vel Apoſtatae imperio, & eo quidem tempore ſcriptum ajo Philopatridem, cum primum nuncius de felici expeditionis Perſicæ ſucceſſu Conſtantinopolin adferretur. Scriptum autem a gentili homine, forte Luciano, Sophiſta & ipſo, Lucianeo certe more, qui Chriſtianorum ominibus praedictionibusque exploſis, Imperatori victoriam Perſicam gratulatus, felices porro ſucceſſus, victoriasque innumerabiles apprecetur. Cum primum iſta ante hoſce XXV annos proponerem, faciebam, quod aetatem & conditionem meam decebat, uti deprecarer invidiam novitatis apud Theologos, qui fidem Ante-Nicenam ſolent ex hoc dialogo oſtendere. Hoc jam opus eſſe non puto. Niſi enim actus tot annis docendi & vivendi tenor me purgaverit his, quibus me probari oportet, fruſtra veniam mellitiſſimis etiam verbis poſtulem. Quare ſtatim ad probandum quod ſuſcepi progrediar.

XXXII. Primum autem illud meminiſſe te, mi Lector, velim, ſupra probabile admodum factum a nobis eſſe, in Conſtantini urbe, quæ jam tum ita vocaretur, ſcriptum eſſe Philopatridem. Nunc addendum hoc eſt, nunquam auſurum fuiſſe gentilem hominem, Chriſtiano Imperatore, acerbe adeo Chriſtianos, & ſcripturas divinitus nobis traditas traducere, & deridiculo delectamentoque ſibi habere, ac fecit hujus dialogi auctor. Licet enim non vi atque ſuppliciis in gentiles, ſi quiete alias ſe gererent, animadverterint ſanctam noſtram fidem amplexi Imperatores (b), vix tamen id videntur fuiſſe paſſuri, ut aperte quis illam conviciis proſcinderet. Si enim capital eſſe juſſerunt Conſtantius, Theodoſius, Imperatores alii, ſi quis gentili ritu ſacrificaret, aut haruſpicinam exerceret (c): ſi capite puniendum cenſuere Theodoſius & Valentinianus (d), qui ſervum ſeu ingenuum, invitum ſeu ſuaſione ex cultu Chriſtianæ religionis in nefandam ſectam ritumve traduxiſſet: quid putemus illi factum, qui apertam adeo contumeliam inferre Chriſtianis eſſet auſus? Relinquitur igitur, ſub Imperatore Conſtantinopolitano, qui idem gentilis eſſet, venenum ſuum effu-

(a) Sic deprehendi apud *Euripidem* Phoeniſſ. 1092. [illegible] Et tamen puto, uſum noſtri auctoris [illegible] id eſt quarto ſeneſcenti ſaeculo deberi.

(b) Vid. L. 6. Cod. de paganis & ſacrificiis.

(c) Vid. tit. Cod. de paganis.

(d) L. 5. Cod. de Apoſtatis.

effudiſſe Philopatridos auctorem, ſub quo ſcilicet non impune ſolum id laturus erat, ſed favorem etiam & forte dona meriturus. Alius autem non occurrit, quam Julianus Apoſtata, quo Imperatore & licentiam habuit, & propoſita praemia, quisquis has nugas procudit.

XXXIII. Deinde victoria de Perſis, quae ſub finem dialogi celebratur, & occaſionem ſcribendo dediſſe videtur, ſi in quem alium, in Julianum certe convenit. Jam ab initio ſuſcepti imperii magna vi expeditionem Perſicam moliebatur, eosque ab initio ſucceſſus fortunæ habuit, qui epinicio utique eſſent digni. Si nihil aliud, magnum certe erat, deſiiſſe Romanum imperium vinci a Perſis, & vincere poſſe iterum didiciſſe, poſtquam infeliciter adeo Conſtantius rem adverſus crudeliſſimam gentem geſſerat. Placet EUTROPII verba 10, 6. quia ſunt breviſſima, adſcribere: *Diverſa Conſtantii fortuna fuit. A Perſis enim multa & gravia perpeſſus, ſaepe captis oppidis, obſeſſis urbibus, caeſis exercitibus: nullumque ei contra Saporem proſperum praelium fuit: niſi quod apud Singaram, haud dubiam victoriam ferocia militum amiſit.* Poſt has clades utique contemnenda non erant, quæ Julianus brevi adeo tempore feliciter geſſit. Facilis labor eſſet, ſed nimium lectoribus longus, parum autem, ad hanc quidem rem neceſſarius, ex AMMIANO MARCELLINO, ZOSIMO, LIBANIO (*a*), & reliquis, quo apparatu, quas res, quo tempore geſſerit, explicare: quare contenti iterum EUTROPII erimus brevitate, qui 10, 8. *Julianus*, inquit, *ingenti apparatu Parthis intulit bellum, cui expeditioni ego quoque interfui. Aliquot oppida & caſtella Perſarum in deditionem accepit, vel vi oppugnavit. Aſſyriamque populatus, caſtra apud Cteſiphontem ſtativa aliquandiu habuit: remeansque victor, dum ſe in onſultius praeliis inſerit, hoſtili manu interfectus eſt.* Addere fas ſit, quod ZOSIMUS poſt enarratas 3, 12--29. res geſtas Juliani, ἀπέθανεν, inquit, οὐ πόῤῥω τῶν Περσῶν ἡγεμονίαν τῆς ἀπωλείας καταστήσας ἐσχάτης. Et c. 18. de Berſabora urbe capta dixerat. Ἐντεῦθεν οὐχ ἡ τυχοῦσα τῷ Ῥωμαίων ἀξιώματι προσεγένετο δόξα, πόλεως μεγάλης, καὶ τῶν ἐν Ἀσσυρίᾳ μετὰ Κτησιφῶντα μεγίστης, οὕτω δὲ ὠχυρωμένης, ἐν δύο μόναις ἡμέραις κατὰ κράτος ἁλούσης. Sublatum igitur Conſtantii cladibus Perſarum ſupercilium, Juliani cecidit victoriis. Sed in proclivi etiam eſt illud probare, has ipſas Juliani victorias, mirifice, & hyperbolικῶς etiam ab iis, qui Imperatori faverent, eſſe celebratas. Audiamus GREGORIUM NAZIANZENUM (*b*), qui, cum de expeditione Perſica ſermo eſt, τὰ μὲν οὖν πρῶτα, inquit, τῆς ἐγχειρήσεως αὐτῷ (Juliano) καὶ λίαν νεανικὰ (*c*), καὶ πολλοῖς τῶν τὰ ἐκείνου φρονούντων περιβεβοημένα. Alio loco (*d*) ita inſultat epiniciis & gratulationibus Juliano dictis, ut mihi quidem minime obſcure ad hunc ipſum Philopatrin reſpexiſſe videatur: ποῦ Βαβυλὼν ἡ ἔνδοξος θρυλλουμένη, καὶ οἰκουμένη πᾶσα περινοουμένη, ποῦ δὲ οἱ ἐν τῇ χειρὶ κρατούμενοι Πέρσαι καὶ Μῆδοι; κ. τ. λ. Babylonis interitum ſpondet noſter Cleolaus, cum inter alia hoc relinquere ſe dicit liberis ſuis, ὡς ἴδωσι Βαβυλῶνα ὀλλυμένην. Et ipſum etiam Julianum ſpe praecepiſſe Babylonis expugnationem, AMMIANUS MARCELLINUS auctor eſt, apud quem 23, 3. *oſtento equi, Babylonii nomine, humi ſeſe prae dolore provolventis, laetior Julianus exclamavit, plaudentibus proximis: Babylona humi procidiſſe.* Alterum vero illud, ποῦ δὲ οἱ ἐν τῇ χειρὶ κρατούμενοι Πέρσαι καὶ Μῆδοι; manifeſte cum illis Cleolai verbis conſpirat: Πέπτωκεν ὀφρὺς ἡ πάλαι βωμένη Περσῶν —— Χειρὶ κρατοῦντος εὐσθενωτάτῳ κράτει. Si quis vero nobis objiciat, nec Suſa a Juliano occupata, nec in Arabia quidquam rei geſtum, nec Aegyptum perdomitam, illi jam eſt reſpondendum.

XXXIV. Quin

(*a*) Orationibus duabus in Juliani necem habitis quae To. 2. locum inter opera ejus, ut ſunt a *Morello* edita, obtinent. it. de vita ſua p. 44. ſeq. T. 2. Multa de iisdem rebus idem *Libanius* in Orat. de Juliani nece ulciſcenda, & altera parentali, quae volumine VII. Bibl. Gr. *Fabricianae* primum editae ſunt. Vid. V. G. p. 175. ſeq. & ibi *Olear.*

(*b*) Oratione στηλιτ. II. inter reliquas orationes IV, p. 114. edit. Billii.

(*c*) De hac voce vid. *Jo. Andr. Boſius* in exerc. Philol. ad 1. *Tim.* II, 22. p. 13.

(*d*) p. 123. ib.

XXXIV. Quin reſpondit jam bonam partem pro nobis Gregorius, verbis proxime a nobis adductis, quibus vanas hominum ſpes, & praeſumtas animis victorias ridet: imprimis autem id locum habere debet, cum ita loquitur Cleolaus, ut nunc praeeunte La Crozio a nobis verſiculi illi interpuncti ſunt, ut praeter *collapſum Perſarum ſupercilium* reliqua verbis futuri temporis efferantur omnia. Quis vero neſcit, epinicia, panegyricos, & id genus ſcriptiones, ad adulationem compoſitas, plerumque, ſi non mendaciorum, certe ſpei ominumque quam rerum geſtarum plus continere? De iis igitur, quae tanquam futura ſpondet Cleolaus, GREGORIO ita factum ab adulatoribus confirmante, non erimus ſoliciti. Quod ſi quis durior paullo illud δ' vel δὲ perperam omiſſum dicat, idque indicio eſſe contendat, incidendum aut interpungendum adeo eſſe demum poſt ἄςυ· illi tamen non abſurdum videri debet, ſi dicamus, de Suſis aut rumorem falſum tum Conſtantinopolim allatum, ut hodienum fieri ſingulis fere diebus aſſolet, aut imitatum illud eſſe Cleolaum, quod vatibus, non falſis minus quam veris, in more poſitum eſt, ut, quas res certo futuras aut ſciunt, aut imaginantur, eas tanquam factas atque praeteritas hominum oculis animisque repraeſentent. Quin hiſtoricos etiam qui ſe dicerent, non immunes ab ea vanitate olim fuiſſe in conſcribendae hiſtoriae praeceptis Lucianus memorat c. 31. Ἤδη δ' ἐγώ τινος καὶ τὰ μέλλοντα συγγεγραφηκότος ἤκουσα, καὶ τὴν λῆψιν Οὐολογέσου καὶ τὴν Ὀσρόου σφαγὴν κ. τ. λ. De Parthis & hic mentiebatur. Caeterum qua ſpe proſecuti ſint Julianum amici, LIBANIUS (*a*) indicat, cum Deos rogat, velint, jubeant, ἡμετέραν ςρατιὰν ἐν Σούσοις δειπνῆσαι Περσῶν οἰνοχοούντων. ταῦτα εὔχεσθαι καλὸν, ταῦτα εὔλογον προσδοκᾷν. Nec poſt obitum Imperatoris, ſe aliosque ea ſpe fuiſſe, diſſimulat idem Sophiſta, cum alteram in necem illius orationem (*b*) ita auſpicatur: ἔδει μὲν, ὦ παρόντες, ἅπερ ἤλπιζον ἐγώ τε καὶ πάντες ἄνθρωποι, τὸ τέλος εἰληφέναι καὶ τὴν τῶν Περσῶν ἀρχὴν νυνὶ καταλελῦσθαι· τῆς δὲ ἐκείνων γῆς Ῥωμαίους ἄρχοντας ἀντὶ Σατραπῶν ἐπιμελεῖσθαι νόμοις ἡμετέροις κ. τ. λ. & poſt multa alia (*c*) Ἡμεῖς μὲν ᾠόμεθα τὴν Περσῶν ἅπασαν μέρος Ῥωμαίων ἔσεσθαι κ. τ. λ. Nec parum ad rem noſtram facit, quod idem LIBANIUS cum feliciter & ſtrenue a Juliano geſta retuliſſet, καὶ τούτων, inquit, (*d*) ἕκαςον ἤγγειλε μὲν οὐδεὶς, τὴν δὲ τῶν ὁρώντων ἡμεῖς ἡδονὴν ἡδόμεθα, πιςεύοντες, ἃ δὴ καὶ ἐγίγνετο, γενήσεσθαι. Si enim oratoris floſculos demas, illud certe relinquitur, incertos & ſine auctore rumores, ex ſtudiis, ut fit, hominum ortos, praeceſſiſſe tantae felicitatis nuncium: Quod enim Antiochiae factum eſt, loco Perſiae propiori, quin aeque Conſtantinopoli ſit factum, nihil impedit.

XXXV. Quod vero Aegyptum δεδουλωμένην filiis relicturum ſe ſperat Triepho, id mirum alicui videri queat, cum de Aegyptiis imperii Romani hoſtibus, vel rebellibus potius, in Juliani hiſtoria nulla fiat mentio. Sed in hoc ipſo etiam praeſidium cauſſae meae inveniſſe mihi videor. Scilicet Aegyptii, ab innata animis levitate, ad ſeditiones & res novas fuere ſemper quam maxime proclives (*e*): nec poſtquam Chriſtiana inter eos religio invaluit, populare hoc vitium exuerunt, ut potius haec ipſa ſaepe turbarum maximarum & periculoſiſſimarum occaſionem, innocens tamen ipſa per ſe, demta hominum malitia, praebuerit (*f*). Aetate Juliani, imprimis Alexandriae aliquoties ingentes turbae, caedes etiam & aedium expugnationes, ex diſſenſione Arianorum & recte ſentientium, ſed recte non ſemper

per

(*a*) Orat. VIII. quae eſt Panegyr. in Julian. p. 250. To. 2.

(*b*) Tom. 2. x mam p. 260.

(*c*) p. 325. D.

(*d*) De Vita ſua p. 45. A.

(*e*) Ita ſub ſaeculi tertii finem Achilleo duce tota fere Aegyptus rebellavit, ab Imperatore Diocletiano ea cauſſa pervaſtata, ut teſtatur in Chronico Euſebius circa A. C. 295.

(*f*) Videnda quae de hoc Aegyptiorum ingenio *Jac. Gothofredus* ad Cod. Theod. L. 1. de defenſoribus civit. L. 3. de his qui ſuper relig. L. unica de his qui plebem audent, denique L. 31. de his quorum appellationes, magna induſtria & doctrina incomparabili congeſſit, quae huc tranſcribere nihil attinet.

per viventium exortæ, graviter urbem illam & rempublicam concuſſerunt: de quibus nemo tacuit, qui de Hiſtoria Eccleſiaſtica illorum temporum ſcripto aliquid mandatum reliquit. Habentur etiam epiſtolæ aliquot imperatoris Juliani ad populum Alexandrinum, inter reliqua ejus opera editæ, quibus graviter ea de cauſſa illos objurgat. Probabile igitur eſt, aut agitaſſe Julianum conſilia, de compeſcenda atque opprimenda in perpetuum illa animorum ad ſeditiones proclivitate, aut Cleolaum certe optaſſe, grave adeo jugum imponi Aegyptiis, ut ſub illius onere ſuperbiæ, ex qua oriri fere ſolent contumeliæ atque ſeditiones, obliviſcerentur. Quomodo autem quæ de Aegypto hic dicuntur cum Dodwelli ſententia (de qua §. 15. diximus) conciliari queant, non video. Lucianus cum Aegypti procurationem ſibi creditam refert (*a*) ut pacatæ Provinciæ meminit, eodem tempore quo iſta ſcripſiſſe illum vult Dodwellus; & Spartianus (*b*) quo loco perſecutionis adverſum Chriſtianos decretæ meminit, ſtatim gratiæ Imperatoriæ adverſum Alexandrinos, Aegyptiorum fere primos, ſpecimen adfert, jus *Buleutarum illis attributum.* Sed nondum a Dodwello diſcedo. Putabat enim vir doctiſſimus, quod Arabes inter hoſtes imperii Romani referantur, clare ſatis indicare, Severo imperante ſcriptum Philopatrin, ut qui poſt Trajanum ſolus Arabas bello petiverit. Et fateor, vim haud exiguam hujus argumenti futuram, niſi aliæ rationes abjudicarent Luciano Philopatrin, atque Juliani temporibus vindicarent. Quæ cum ita ſint, vitio verti nobis non poteſt, ſi ad ſpem Cleolai referamus, quæ de Arabibus, inquieta gente & latrociniis infami, Cleolaus ſpondet: imprimis cum τὴν οἰκουμένην περινοουμένην ex Nazianzeno viderimus. Licet enim Petraea Arabia jam a Trajano redacta ſit; tamen Nomades illi & Scenitae Arabes, in quibus & Saraceni, ſubigi non potuerunt. De utraque Arabia quæ dicta noſtra firment protulit e ſuis theſauris Ez. Spanhemius (*c*), qui etiam multa collegit (*d*) e quibus intelligamus, optabile fuiſſe eo tempore, quo Philopatrin ſcriptum cenſemus, videre, quod optat Triephon, τὰς ἐκδρομὰς τῶν Σκυθῶν παυομένας.

XXXVI. Adhuc igitur bene ſibi conſtant omnia, ut feliciter ac ſtrenue geſta, quæ in Philopatride celebrantur, illa poſſint eſſe, quæ Julianus ſub initium expeditionis Perſicæ perfecit. Videamus reliqua an ſententiæ noſtræ faveant. Inducuntur Chriſtiani male adfecti erga Imperatorem, &, ut interpretatur auctor, ipſam patriam. Chriſtiani inquam. Neque enim aſſentiri poſſum Basnagio (*e*), qui negat in ultima dialogi parte de Chriſtianis ſermonem eſſe, ne Baronio concedere cogatur, templum ibi deſcribi, templaque adeo fuiſſe diu ante Conſtantinum: ſed mathematicos fuiſſe ait, & ob id ipſum non Chriſtianos. Verum qui attente & dialogi verba, & quæ nos ibi adſcripſimus legerit, inveniet, negari potius, eſſe illos mathematicos; illaſque de rebus caeleſtibus interrogationes potius ad ludibrium pertinere. Porro dicit Basnagius, Triephontem, qui ut Chriſtianis ſacris initiatus introducatur in priori parte dialogi, in fine ipſum quoque maledicere illis male erga Imperatorem affectis: hos ergo non videri Chriſtianos. At Triephon ita de ſua initiatione loquitur, ut ſatis appareat, illum ludibrio habere & magiſtrum illum ſuum & totam religionem. Qui ergo priori parte libelli ridet Chriſtianos, illum non mirum eſt eoſdem in poſteriore parte accuſare ut male animatos adverſus imperatorem. Caeterum hi male animati deſcribuntur, ut homines aſcetæ, jejuniis, vigiliis malis, veſtibus, & duro victu ſe macerantes, de magnis rerum converſionibus loquentes, hymnos canentes, quales Juliani aetati multos fuiſſe Chriſtianos, longiori probatione non indiget. Chriſtiani ergo inducuntur male ominantes reipublicæ, μεταλλαγοῦσιν, ajunt, τὰ πράγματα, ταραχαὶ τὴν πόλιν

(*a*) Apol. *pro Merced Cond.* c. 12.
(*b*) In Severo c. 17.
(*c*) Ad Juliani Or. 1. p. 164. ſeq.
(*d*) Ibid. p. 51. ſeq.
(*e*) Annal. Eccleſ. ad A. C. 213. n. 3. p. 267.

λιν καταλήψονται, τὰ στρατόπεδα ἥττονα τῶν ἐναντίων γενήσεται· & aliud illorum dictum, tanquam nimis mali ominis reticet Critias. Haec minime profecto conveniunt in ea tempora, quibus oppreſſa adhuc gentilium multitudine gemebat eccleſia; (quidni enim liceat hic transeundo quaſi confirmare quæ ſupra dicta ſunt) tunc enim gentiles quidem calamitates omnes, ſtrages exercituum, terræ motus, famem, ſterilitatem, inundationes, publica omnia mala Chriſtianis imputabant; horum vero erat oſtendere, nihil tum accidere quod non olim accidiſſet, quia nunquam fuiſſe felicius Romanum imperium, quam exorta & invaleſcente Chriſtiana religione. De Imperatoribus autem qui tum viverent, non niſi maxima cum veneratione & fauſtis ominibus loquebantur; tantum aberat, ut aut imperii mutationem, aut exercituum clades, aut ſimile quid auderent praedicere. Atque de his nemo dubitabit, niſi qui in antiquorum Eccleſiæ Doctorum ſcriptis, apologeticis imprimis, plane ſit hoſpes. Speciatim Severi aetate, qua ſcriptum tamen vult Philopatrin H. Dodwellus, ita ſe rem habuiſſe, e Tertulliani Apologetico ſatis conſtat. Quod autem is quem modo laudavi Dodwellus mala Chriſtianorum, mundi finem in dies expectantium, de rep. Romana auguria occaſionem perſecutioni dediſſe autumat, cui praeluſerit hac *κωμῳδίᾳ* Lucianus, in eo ratio fugit virum doctiſſimum. Saltem in locis ab ipſo adductis nihil eſt praeſidii. Eusebius enim (*a*) & Hieronymus (*b*), qui illum fere ad verbum expreſſit, de Juda Chronographo diſerte affirmant, eum Severianæ perſecutionis atrocitate motum, in decimum illius annum Anti-Chriſti adventum, finemque mundi contuliſſe. Perſecutionis igitur atrocitas, ut finem mundi imminere crederet Judas, eum permovit: non, ut Dodwellus interpretatur, praedictio Chriſtianorum de fine mundi, perſecutioni occaſionem (*c*) praebuit. Fit haec vel inde probabilis ſententia, quod de Nerone (*d*) Anti-Chriſto ſimile quid creditum olim fuerit. Juliani autem aetate longe aliam rerum fuiſſe faciem conſtat. Sub Conſtantini M. imperio, alte caput Chriſtiana res extulerat. Propenſa, quin profuſa hujus Imperatoris in Epiſcopos voluntas atque benivolentia, tantum eis cum auctoritate conciliaverat ſupercilium, ut jam tum iniquitatis myſterium operari occulte in quibusdam occiperet. Luxuriari itaque jam & inſolentius efferri coeperant animi, ut mirum non ſit, cum ejurato veri Numinis cultu, ad gentilium Deorum, Solis imprimis venerationem defeciſſet Julianus, non defuiſſe inter Chriſtianos, qui liberam vocem mittere auderent, infelicitatem quæ ipſi, mortem homini impio, atque imperio ejus portenderent. Et ſane ingens cauſſa ſuberat, cur interitum ejus optarent Chriſtiani. Quid enim ſperare aliud poterant a victore reduce, quam bonorum direptiones, infamiam, & corporis etiam cruciatus atque ſupplicia? Quorſum multa ſunt in Gregorii Nazianzeni *orationibus Philippicis adverſus Imperatorem Julianum*, & alibi, quæ facile a nobis, ſi id quidem nunc ageremus, poſſent adferri: Illud tamen monuiſſe liceat, gentiles etiam ſpe majoris adverſum Chriſtianos licentiæ poſt reditum Juliani obtinendæ fuiſſe erectos. Ita Libanius (*e*) ſperaſſe inter alia ſe dicit, *τοῖς ἱεροῖς ὑποχωρήσειν τοὺς τάφους*, quorum ea procul dubio ſententia eſt, ſperaſſe, ut everſis martyrum tumulis idolorum fana in eorum locum reſtituerentur.

XXXVII. Probatum eſt, tum voluiſſe Chriſtianos tum potuiſſe paullo liberius de Juliano loqui: locutos eſſe, jam eſt auctoritate idoneorum ſcriptorum confirmandum. Ut taceam pervulgatum illud de Athanaſio, quem, cum ab Juliano pulſus Epiſcopatu ſuo, & ur-

(*a*) Hiſt. Eccleſ. 6, 7.
(*b*) De Scriptor. Eccl. c. 52.
(*c*) Veriorem perſecutionis occaſionem ex *Tertulliano* adfert *Chriſtianus Kortholtus* de perſecutionibus c. 6. §. 7. p. 180.
(*d*) Vivum nimirum aſſervari alicubi credebant ut Anti-Chriſtum aut ipſe ageret ſub finem mundi, aut ejus ſaltem praecurſor eſſet. quorſum videndus *Lactantius* de mortibus perſecutorum c. 2. & *Auguſtinus* de civit. Dei 20, 16.
(*e*) Orat. 11. in necem Jul. T. 2. opp. p. 326. Add. quae ad ejusd. *Libanii* librum de illicit. morte Juliani §. 5. p. 149. ab *Oleario* notata ſunt.

urbe Alexandria excederet, dixiſſe ferunt: *cedamus, amici, nubecula eſt cito tranſitura* (*a*). Item alterum illud de Paedagogo Antiochienſi, qui interrogatus paucis ante Juliani obitum diebus: ecquid ageret Fabri filius? (Chriſtum putabat) capulum Juliano parare, reſpondiſſe traditur (*b*). Hoc ut taceam, locuples hiſtoriæ horum temporum auctor AMMIANUS MARCELLINUS 32, 12. haec habet: *quae maximis moliminibus feſtinari cernentes* (loquitur de praeparatione expeditionis Perſicæ) *obtrectatores deſides & maligni, unius corporis permutatione tot cieri turbas intempeſtivas, indignum & pernicioſum eſſe ſtrepebant, ſtudium omne in differendo procinctu ponentes: & dictitabant his praeſentibus, quos audita referre ad imperatorem poſſe rebantur, eum, ni ſedatius ageret, immodica rerum ſecundarum proſperitate, velut luxuriantes ubertate nimia fruges, bonis ſuis protinus occaſurum.* Quos *obtrectatores deſides & malignos* AMMIANUS gentilis homo vocat, Chriſtianos eum intelligere, VALESIUS obſervat ad hunc locum, & conferri ſecundam NAZIANZENI Philippicam jubet, in qua diverſa verbis, re habentur eadem. Idem AMMIANUS 23, 1. & 5. varia portenta atque omina refert, quæ a bello Julianum adverſus Perſas retinere debuiſſent. Cum vero eadem ſpreverit, qui tamen alias ſuperſtitionibus, vaticiniis, oraculis & ejusmodi nugis ad ſtuporem eſſet deditus (*c*), videtur haud abſimile vero, ſuſpicatum fuiſſe, Galilaeorum, ut ipſe Chriſtianos vocabat, fraude ea ſibi quaſi terriculamenta objici, ne victor reverſus gravius illorum cervicibus incumberet. Quid? quod LIBANIUS Chriſtianos inſidiarum in Juliani caput ſtructarum, tum caedis etiam ipſius inſimulat. Qua in re ecquid veri inſit, jam non disquiro, neque etiam ſimpliciter vera eſſe, quæ in Philopatride de iis dicuntur, crediderim; hic modo, quæ fuerit tum de Chriſtianis inter Gentiles exiſtimatio, quaeritur. LIBANIUS igitur, cum (*d*) conſpiratum ſaepe in caput Juliani dixiſſet, quaeſiviſſetque quid cauſſae ſubeſſet, quod mitiſſimus Princeps inſidiis aliquoties eſſet petitus, ἐγὼ δὲ, ſubjicit, τούτου τὴν αἰτίαν ἐν τῇ μνήμῃ τῆς ὀδυνηρᾶς ἐμοὶ τελευτῆς φράσω. Deinde cum ad illum locum perventum eſt (*e*), primo a ſuorum aliquo interfectum eſſe arguit, quod nemo inter Perſas fuerit, qui promiſſum praeconis voce praemium illi qui tantum facinus auſus eſſet, vindicare ſibi voluerit: tum propius auctores caedis deſignat (*f*) (adſcribam enim verba, ſi forte interpunctione commoda clariora poſſim, quam primum intuenti videntur, reddere,) οἷς γὰρ οὐκ ἐλυσιτέλει ζῶν, (οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ ζῶντες οὐ κατὰ τοὺς νόμους) πάλαι τε ἐπεβούλευον, καὶ τότε δυνηθέντες εἰργάσαντο. τῆς τε ἄλλης ἀδικίας αὐτοὺς ἀναγκαζούσης, οὐκ ἐχούσης ἐπὶ τῆς ἐκείνου βασιλείας ἐξουσίαν, καὶ μάλιστά γε τοῦ τιμᾶσθαι τοὺς θεοὺς, οὗ τὸ ἐναντίον ἐζήτουν. (*g*) Eos igitur caedis reos facit, qui non vivebant ſecundum leges, ſuperſtitioſas ſcilicet & idololatricum quidquam habentes, quique Deos coli aegre ferebant, verbo Chriſtianos. Vix, qui haec cum cura inſpiciet, dubitabit, Chriſtianos peti in Philopatride eos, qui male Juliano ominari fuerant auſi.

XXXVIII. Antequam ab iis argumentis diſcedamus, quæ ex publica rerum facie, qualis ea tum erat, ſunt depromta, duo juvat paucis attingere. Unum eſt, laudari in Philopatride laetas Romani res imperii, & felicitatem temporum, cum interrogantibus Chriſtianis,

(*a*) Vid. *Rufi.* H. E. 2, 3.

(*b*) *Theodorit.* H. E. 3, 18. cap. 19. autem Juliano cuidam monacho Imperatoris caedes eadem qua contigit hora revelata eſſe narratur. De Didymo Alexandrino Philoſopho ſimilia refert Sozom. 6, 2. Add. *Olear.* ad *Liban.* de Juliani morte ulciſc. p. 164. Maris Chalcedonenſis Epiſcopus quam contumelioſe Julianum tractaverit, narrat Socrates 3, 2. De tota multitudine Antiochienſium Chriſtianorum *Jo. Malela* Chron. P. 2. p. 15.

(*c*) Vid. *Ezech. Spanh.* in Praefatione, quam operibus Apoſtatae a ſe editis & ex parte illuſtratis praemiſit, fere circa medium, ubi luculenta tum Juliani ipſius, tum aliorum in hanc rem teſtimonia profert.

(*d*) Or. x. p. 307.

(*e*) p. 323. ſeq.

(*f*) p. 324.

(*g*) In libro ſ. oratione *de vindicanda Juliani nece* quam in *Fabric.* Bibl. Gr. vol. 7. editam diximus aperte etiam Chriſtianos accuſat. Vid. in primis §. 5. p. 149. Suſpicioſa maxime ſunt quae narrat *Jo. Malela* Chron. P. 2. p. 21. ſeq.

nis, quid ageretur in urbe & in mundo? Reſpondet Critias: χαίρουσίγε πάντες, καὶ ἔτιγε χαρήσονται. AMMIANUS autem MARCELLINUS 22, 9. teſtatur, dum Julianus imperium teneret ſolus, nec motibus internis eſſe concitum orbem Romanum, nec barbarorum quemquam exſiluiſſe fines. Alterum autem hoc eſt, quod quæ περὶ τῶν ἐξισωτῶν, de Peraequatoribus, in Philopatride dicuntur, in Juliani tempora & ipſa videntur convenire. Sed quid probabile hac de re nobis videatur, diximus in notis ad c. 19. obſcuriſſimum in toto dialogo locum, in quibus etiam expoſuimus, quæ de Cretenſium virginum caede in Philopatride c. 9. memorata, quam nec ipſam a Juliani aetate abhorrere conjicimus, noſtra ſit ſententia. Pergamus igitur ad ea quæ reſtant.

